APPARATVS

LATINAE.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTECA DE LOYOLA

Sala H Estante 2 Plúteo 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex co. Regio Sopolis

APPARATVS LATINAE LOCVTIONIS,

Ex M. T. Cicerone, Cæsare, Salluſtio, Terentio, Plauto, ad Herennium, Aſconio, Celſo, ac de Re ruſtica, per BARTHOLOMAEVM Riccium Lugienſem in ſuum ordinem deſcriptus.



APVD SEB. GRYPHIVM
LVGDVNI,
1534.

Del Col.º de la Comp.ª de Jesus de Otaen

BARTHOLO-

MAEVS RICCIVS ALOISIO

Cornelio Ioannis F. patritio Veneto, ac in diui Ioannis ordinem honestißime co-optato, S. P. D.



VM equidem præcipue res esse duas scirem, quæ maxime ad dicendum pertinerent: Alteram, ut acute inueniretur: Alteram, ut quicquid inuentum esset, latinè exprimeretur: uideremq; inuentionem in sane quàm multis oratoribus assidue uiguisse: elocutionem uero in priscorum, eorumq; perpaucorum scriptis, iam per multa secula incultam, ac penè abiectam iacuisse: necnon sentirem quantum dignitatis oratoriæ facultati pars hæc afferret: quamq; contrà iam ferè ab omnibus explosa illa esset oratio, quæ in sua lingua penè hospes loqueretur: Contendi quantum in me fiat olim, siquam mihi uiam ipse (non autem, ut nunc fit, in uulgus ut exiret) ad hanc latinæ facultatis puritatem, atq; elegantiam communire possem. Quam quoniam nulla certa aut ratione, aut scientia: sed tantũ bona recte loquentiũ consuetudine constare uiderem, hancq; ipsam consuetudinẽ nisi ex ueterum libris peti posse, non ignorarẽ: ad illorum assiduã lectionẽ statim me contuli, multa cum simpliciũ, tum non pauca etiam coniunctorum inter se diligenter obseruãs. Sed cum maxime oratio ex nomine & uerbo conficiatur, hisq; duobus uniuersæ ferè orationis ratio contineatur, hæc uti inter se optimi ueteres scriptores constructione cum proprie, tum figurate coniunxerint, in primis non obseruaui solùm, sed ita in suum certũ ordinẽ mihi descripsi, ut siquid aliquãdo à me ipse dixissem, haberem statim unde id la-

tine pronunciatum nec ne esset, facile scire possem. Quod quidem opus ad eam mihi paulatim iam magnitudinẽ creuerat, ut si inde omnia promi (ut certe non poterãt) nequaquã possent, non multa tamen in eo desiderare uiderer. Quo etiã factum est (ut ipse optime nosti) ut amici, quibus hæc nostra studia nota erant, me cohortari non desisterent, ut iam eorum omnibus copiã facerem. Quos ego ad hunc usq; diem ægre sustinui, non equidem, ut si quis ex hoc nostro labore ad alios fructus peruenire posset, id ægre ferrem: sed magis, quia uerebar, ne dum cæterorũ utilitati consulere studerem, in aliquam audaciæ ac temeritatis suspitionẽ incurrerẽ. Proxime uero M. Antonius Flamminius & summa uir bonitate præditus, & ea in me fide, qua qui optima in amicum: & eo in uniuersa re literaria iudicio, quo omnes literati iam pridẽ norunt, hoc ipsum à me ita contendit, itaq; omni ratione edendum librum mihi comprobauit, ut cum cæterorũ quoq; amicorũ, literatissimorum uirorũ crebras exhortationes recordarer, ei de edẽdo negare non potuerim: etsi paulopost promissi magnopere pœnituit. Nã hoc editionis nomine addito, longe mihi res alia cœpta est uideri, atq; antea fuerat, cum apud me unum erat, uniq; mihi tantum sese cõmunicabat. Verum ad id illi tamen præstandũ multum illud me adiuuit, quòd per hanc ipsam editionẽ ad meam in te summã beneuolentiã omnibus testatam relinquendã, mihi tandem non paruã facultatem dari sentiebam, si tibi hunc nostrum Latinæ locutionis apparatũ mitterẽ, ac dicarem. Nam cui ego hunc magis ex animo meo donarẽ, alium habebam neminẽ: neq;, si habuissem, illud recte permitti posse uidebatur. Etenim, cũ per hocce quinquenniũ, quo tibi in docẽdo operã dedimus, ex eo non nihil tibi priuatim ad dicendi speciẽ in singulos dies exscribere consueuerim, particulam tantum tibi, quamq; ex officio negare non poterã, ostendisse: illi uero, cui hunc inscripsissem, omnẽ copiã effudisse, uideri potuissem. Illud etiam accedebat, quòd si eloquẽti uiro (quãdo prorsus infanti nunquã cõmisissem) cõmendatus exisset, ne in hominũ ser-

monem

monem incidere magnopere uerebar. Non enim statim deessent, qui me his uocibus prosequerẽtur: En, qui Latinum hominẽ Romanè loqui docere est ausus. Quare cum hæc istorũ annorũ, atq; istius eruditionis magis esse uiderentur, isq; tu semper fueris, qui à quo die uia illa tibi cõmonstrata est, in ea te plurimũ oblectaueris, tantumq; absit, ut nostris contentus fueris, ut ipse etiã per te complures codicillos confeceris, nemo fuit omniũ, cui rectius noster hic liber hoc suo publico exitu cõmitteretur. Habe igitur à nobis cum ex uerborũ suis nominibus, tum contra ex nominum suis item uerbis ex ordine coniunctorũ ratione Latinæ locutionis apparatũ. Atq; ita habe, ut quod ad te attinet, ita elabores, ita contendas, ut muneris nostri in tua oratione mox fructũ aliquẽ tibi constitisse uideamus. Est hic quidẽ tecũ omnibus cõmunicatus. Verum (si quid ad rem facit) uni tibi soli inscriptus. ut posthac non leue tui ipsius negligẽtiæ crimen subiturus sis, nisi quicquid utilitatis percipi poterit, id à te uno potissime percipietur. Itaq; dare maxime eam operã debebis, ne in quo à nobis uberrime te adiutũ esse omnes intelligẽt, in eo ipse solus tibi defuisse uideare. Vale.

BARTHOLOMAEVS RICCIVS LECTORI S. D.

NVNC uero est, quod tecum agam humanissime lector, ne quid à me, quod ad hanc rem pertinere existimem, desideres. Nam cum rem sanè quàm difficilem esse non ignorem, uel uni in quaq; re etiam leui satisfieri posse, ex eo, quod non solũ cum alijs, sed interdum etiam nobiscum dissentire solemus: fit enim sæpe, ut, quod antè nobis maxime probabatur, paulopost illud ipsum magnopere cõtemnamus. Multò multis difficilius. Omnibus uero, longe difficilimũ esse uideo. Vt mihi nunc, & omnibus ijs, qui non solum unius seculi hominũ iudicium, sed quod multorũ ætatum subiturum sit, aliquod opus ædificant, cuenire planè

nire planè sentio: semper enim habent homines quod operi illi aut addant, aut commutent, aut ex eo detractum uelint. Quare mihi recte factũ iri uisum est, si ijs quæ à me quæri fortasse possent, ipse totius cõsilij mei rationẽ explicãdo, occurrissem. In quibus illis statim, siqui forte in hoc apparatu nostro facilimis quibusdã rectius supersedendum fuisse rati sunt, ita responsum esse uolumus: Me, simul ac primũ ad hanc latini sermonis copiam colligendã animũ adieci, neminẽ ad unum respexisse, sed in me omniũ cuiusq; ætatis personã sustinentẽ, si unquã tamen in uulgus exisset, æque ut uni uersis consulerem, magis attendisse. Nam cum tria sint scriptorũ genera: unum eorũ, qui penè infantes: alterũ, qui mediocriter: tertium, qui magnifice, ac splendide & loquũtur, & scribũt: Si quod ullum horũ genus fuit, de quo ego in hisce meis de Latina lingua obseruationibus minime laborarẽ, tertium id sanè esse apparebat, ne mihi nimũ arrogare uiderer, si sus (ut aiunt) Mineruã docere uoluissem. Etsi existimaui tamen, siqui etiã ex horũ numero inuenirentur, qui nostras has lucubrationes cõsulere aliquãdo nõ dedignarẽtur, fortasse fore, ut illis noster hic labor haud omnino ingratus esse uideretur. Reliqua uero duo genera mihi magis in animo uersabantur, siquid illis afferre possem, quod meo periculo in suum ipsi usum cõuerterent. Sed prioris generis, quippe quod maiore ope indigeret, longe etiam maiorẽ mihi rationem adhibendã duxi. Ideo factũ est, ut & tritissima quædã diligenter persecutus sim, & quasi ad mansum (ut aiunt) cũ illis descẽderim. Quod ut facerẽ, ac quæ humillima sunt, ut cũ insignibus cõiungere nõ dubitarem, illud Platonis effecit: quo uir diuinus præcipiebat, ut, siquis linguæ alicuius compos fieri uellet, is in populũ dimitteretur. Nihil ad cumulate gentis eius linguã percipiendã defuturũ arbitratus, si inter eos, qui tam de humilibus, quàm grauibus rebus loquerẽtur, assidue interesset. Ad cuius præcepti rationẽ ego quoq; hũc meũ non solũ in populũ Latinæ linguæ, id est, in bonorũ authorum libros deduxi, à quibus tam quæ tritissima, quæq; mediocriter nota,

ter nota, quàm quæ ignorarẽtur percipere posset: sed ut in tali studio ei summus, ac diuturnus labor abesset, magnopere curaui. Nã illum populũ, cui eum audiẽdo operã dare uolumus, ita penè rem unã quamq; ordine loquentẽ induximus, ut quod primũ à multis sparsim multo cum labore ei erat sumendũ, id nunc ab uno tantũ certissimo in loco, summa cũ facilitate petere possit. Quid uero si ijs quoq;, qui tantũ insignia illa perquirũt, illud quoq; responderem, Et doctissimis uiris interdũ euenire solere, in facilioribus aliquãdo rebus & ipsi animo ut hæreãt? At (Dij boni) cui eorum hoc aliquando euenit? Vni fortasse ex nostris recentioribus? Imo uerò Atticus, qui quantũ dicendo ualuerit, & Ciceronis testimoniũ, & ipsius Atticũ cognomen testatur. Atticus inquã Ciceronẽ aliquãdo, qui, In Pyræũ, dixisset, ausus est reprehẽdere: quòd scilicet oppido præpositionẽ adiũxerit. In qua tota parte Cicero se excusans, perurbanè cũ illo iocatur: nõ nihil etiã Grãmaticorũ superstitiosam diligentiã irridens, quãdo se dicat magna molestia liberatũ fore, cum docebitur, num id recte usurparit. habebat enim Terentiũ, quẽ secutus erat, hominẽ ita Romane loquentẽ, ut eius fabellæ, propter elegantiã sermonis, id quod Cicero etiã asserit, à C. Lælio scribi putarẽtur. Hic item ad ipsum Ciceronẽ Inhibere remum male usurpauit, quem locũ Cicero postea correxit. Cuius igitur Romanus, & cuius Atticus in tam facili re & dubitare, & errare potuerit: nos uero, quibus iam pridẽ aliena illa lingua facta sit, omnia à nobis audebimus libere proferre? Ego (etsi me in doctissimorũ numero nequaquã pono) tamen ut de me ipse potius dicã, quoties calamũ ad scribendũ sumo, unũ ferè quodq; quod mihi ad dicendũ exoritur, dubiũ facit, utrũ Latinũ sit, in his præsertim, quæ Italico sermoni persimiliter cadunt. ut exẽpli gratia, Facere compromissum: Debere animã; Repugnare naturæ: Habere commertiũ. Contrà uero, quæ non dicũtur recte, ut Dare fidem: iuxta uulgi sermonẽ credere: quod tamen per, tribuere, Latinè dicetur: & sexcenta alia:

quæ nisi habeamus, cuius testimonio ea proferre securè possimus, aut dubitãdo omittimus, aut ignorãdo barbare loquimur. Neq; illud unquã dissimularim, ad hanc usq; nostrã ætatem Latinã illam dicendi puritatẽ, atq; elegantiã ita in tenebris oppressam iacuisse, ut, quicquid inde in suũ splendorẽ educatur, pro digno, quod obseruetur, haberi debet. Quì uero potui, aut etiam debui hæc facilima præterire? cum scirem Ciceronis esse præceptum hanc latinæ dictionis facultatem nullis certis, & terminatis præceptis constringi, sed ea tantum in bonorum consuetudine obseruanda acquiri posse? ut si, Extra urbem esse: Item, Foris esse: ac eo modo, Peregre esse, suo uerbo adscripserim, & in cæteris huiusmodi non paucis, quia planissima sint, mihi ulli uitio adscribi non debeat. Ac ne tandiu in re minime dubia uersor, non uident in hoc ipso, quod ego facio, me naturam ipsam ducem optimam sequi? Quæ in animalibus creandis humanis figuræ, quia cæteris præstantior esset, non solum operam dedit, sed eo usq; descendit in animalibus formandis, ut in insectis etiam operam suam occupet. Quid? quod in ipso etiam homine non continuo partes omnes nobiles fabricata est? Sunt enim quædam in eo ita obscœnæ, ut etiam in illis appellandis honos maxime præfandus sit: quas quoniam hominis fabricæ necessarias esse uidebat, eas omittere noluit. Nam continuo Oculi, Labia, Genæ, Frons, Os totum cæterarum partium munus obire neque possent, neque si potuissent, recte permitti posse uidebatur. Ita ego in hoc apparatu meo si quædam solum insignia sectatus essem, partem tantum unius corporis expressisse uideri potuissem, cum totum ferè corpus conformandum mihi sumpsissem. Sed iam illuc redeat, unde tam longe prouecta est oratio mea. Tantum ego ab horum sententia absum, ut etiam fatear (quanquam omnino, quæ à nobis obseruata sunt, haud pauca uideri debent) multa me subterfugisse, quæ in hunc nostrum apparatum recte conijci possent. Sed id à Iulio Camillo uiro in hac una præcipiendi facultate facile principe cumulate ab

late absolutum expectare licebit: qui in suo Theatro ita ad sua capita uel unumquodq; , quod homini in mentem dicere uenire possit, ex ordine digestum habet, ut inde uel infanti Latina oratio in calamum scribenti quàm uberrime confluere possit. Quod quidem diuinum opus ne aliquo maligno fato nobis intercipiatur (nam aliquot annos ad Regiam uoluntatem nobis proferri æquo animo perferri potest) summis precibus à Dijs immortalibus contendendum est. Venio nunc demum ad eos, qui cum his oratorijs locutionibus poëticas fortasse etiam dicendi formulas adiunctas expectabant: præsertim cum eius ipsius ætatis, in qua Latini sermonis gloria constitit, poëtæ complures ad hæc usq; nostra tempora feliciter extent, ac celebrentur. His in hac parte mei consilij rationem hanc fuisse respondeo, non quòd Lucretium, Virgilium, ac Horatium, & cæteros felicissimi illius seculi poëtas planè Latine locutos esse nescirem, qui in ea & nati, & coalti essent lingua: Sed cum ego hanc unam oratoriæ dictionis facultatem attenderem tantum, sciremq; poëtas sæpius aliena ab oratoris lingua esse locutos, liberiusq; eis permissum in priscis, ac uetustis, & ab usu quotidiani sermonis intermissis uerbis uersari, in transferendis uero multo etiam licentiosiores eos fuisse, ne imprudenter, id quod uix uitari poterat, in planè poëticam aliquam dicendi formam ac speciem incurrerem, me propterea à poëtis prorsus abstinuisse. Nam quòd hæc religio in Comicis nubi haud iniecta sit, nemini mirum uideri debet: quandoquidem eorum oratio magis cum oratorum, quàm cum poëtarum cæterorum oratione consentiat. In quibus si quid tamen animaduertendum fuit, illud sanè quidem fuit, ut quæ quasi nascentis linguæ situm redolerent, aut non adscriberentur in nostrum uolumen, aut si quædam omnino præteriri nequirent, non sine lectoris, quod factum est, admonitione, ut fieret. Quanquam poëtarum quoq; ad hanc dicendi rationem formulas separatim à nobis habuisses, nisi subita illa uis Corneliani incendij extitisset: quod quidem non solum Cornelio-

liorum familiæ, sed ipsi etiam urbi Venetijs calamitosum extitit: mihi uero calamitosius. Hoc enim opere cum uita ex medio incendio uix erepto, cætera mihi omnia multorum annorum studia concremata sunt: in quibus cum his poëticis locutionibus, quicquid in simplicibus obseruaram, haud mihi ingratus labor perijt. Nec non etiam Cornelij Celsi, ac quas obseruaram in libris de re Rustica locutiones, quas per illud tempus reliquo operi adiungebam, nefario illo incendio consumptæ sunt: ut, si minus crebro, quàm in operis principio institueram, ex his duobus autoribus adduci exempla uidebis, me excusatum habeas, totamq; hanc culpam in illud crudelissimum incendium transferas. Siqui uero neque defuerint, qui me coarguant, quod nõ satis pauca in exemplis adduxerim, quæ ad uerbi rationem, cui uni obediendum fuit, nihil, aut parum admodum attinent: his id respondemus: Neq; nos id fugisse, sed ad maiorem apparatus nostri copiam id fecisse: præsertim cum ea ipsa cum ijs uerbis, quibus subscripta erunt, sæpius in oratione coniungi soleant. Neq; præterea sint quæso, quibus fastidium creet illa quàm creberrima repetitio. Aliquid alicui: &, Aliquid ad aliquid: nam mihi potius ad genus aliquod spectãdum fuit, quàm ad speciem ullam, quod uero aptius occurreret, non habui. Quin etiam ut hanc interdum satietatem uitarem, illud omisi, cum tamen ad locutionis formam intelligi uelim. Ac etiam inter exponendum siquando à uerbi proprietate discedens, rei totius sententiam assumens exposuero, ne mihi illud tanto uitio detur, quin uel leuissime dilui possit: nam sæpe penè necesse fuit ita facere, ut uerbum cum reliqua parte magis congruere demonstraremus. Interdum etiam quoniam aptissime cadebat, effecimus. Iam uero, ut omnibus satisfaciam, si collocandorum exemplorũ rationem à me quis requirat: is sciat nullam mihi certam legem in ijs collocandis propositam fuisse. Nam quorum uerborum exigua admodum copia fuit exemplorum, nihil attinere sum ratus, quoquo modo ea adnotarentur. Quorum autem uariæ

uariæ significationes fuerunt, eædemq; aut non multæ, aut non perplexæ, ad eas interdum exemplorum ordinem instituì: cum etiam non desint multa, in quibus propria primum, tum translata persequar. In quibus uero longus exemplorum ordo describendus fuit, magis primam uocum literam sequi constitui, ne in ijs, cum aliquid quæreres, tibi longius errandum esset, quoquo alio modo adnotassem. In uerborum etiam significationibus reddendis multas me ex eis præterijsse non ignoro: in quibus poëtæ maxime frequentes sunt: de quibus ego eo nomine, quia mihi cum illis res non erat, mentionem nullam feci. Si uero cum de simplici uerbo ageretur, exemplum compositi uerbi citatum est aliquando, non enim nescimus quàm compositorum & simplicium uerborum diuersa sit ratio, eum non magnum errorem haberi debere excusamus, cum præsertim ea compositio cum simplici suo eadem penè, ut fit in multis, esse possit. Restat ut, quando non satis fideli scriptorum opera in opere describendo usi sumus, siqua lectio fortasse aliter in nostris exemplis, atque in autoribus legitur, nisi nota emendationis adscripta, legetur. Item si numero citato folium non respondebit aliquod, à me prorsus hanc omnem amoueas culpam, non enim omnes numeri, nisi summo negotio, cum interim opus cuderetur, consuli potuere. Codices uero ad quos te reijcio, scito præter unum Asconium, ita casu factum, Aldinos esse omnes. Vnum uero punctum post numerum cum habebis, primam paginam: cum duo, secundam indicare scito. Codicum uero, siue autorum nomina, qui primoribus tantum literis præscribuntur, eos ut infrà uides, explicatos habebis.

Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In or.lib.	id est, in oratorijs libris.
1. uol.or.	ideſt, primo, ſecundo, tertio uolumine orationum.
2. uol.or.	
3. uol.or.	
1. uol.ph.	id est, primo, ſecundo uolumine philoſophiæ.
2. uol.ph.	
De off.	id est, de officijs.
Att.	id est, Attico.
In fa.	id est, in familiaribus.
Cæ.	id est, Cæſar.
Sall.	id est, Salluſtius.
Pl.	id est, Plautus.
Ter.	id est, Terentius.
Aſc.	id est, Aſconius.
Cel.	id est, Celſus.
De re ruſt.	id est, De re ruſtica.
.	prima pagina.
..	ſecunda pagina.

APPARATVS
LATINAE LOCVTIONIS, EX M.T. Ciceronе, Cæſare, Salluſtio, Terentio, Plauto, Ad Herennium, Aſconio, Celſo, ac de Re ruſtica, per Bartholomæum Riccium Lugienſem in ſuũ ordinem deſcriptus.

A ANTE B.

ABALIENARE planè uerbi ſignificatio per ſe nota eſt: eſt enim abalienare, quod noſtrum erat, alienum fieri. Et dicimus alienare aliquid, & aliquid ab aliquo, ut in exemplis. **Aliquid.** 2.uo.or.80.. Vectigalibus alienatis, ſocijs uexatis, regibus atq; gentibus omnibus exinanitis. **Aliquem.** in fa.7.. Qui nos, quos fauendo in communi cauſa retinere potuerunt, inuidendo abalienauerunt. Ter.73. Ita nos abalienauit. **Aliquem ab aliquo.** in fa.9.. Amiſſa eſt culpa eorum, qui à ſenatu ordinem coniunctiſſimum abalienauerũt. Att. 233. Sed totum ſe à te abalienauit Dolobella. Pl.162.. Iſtuc crucior, à uiro me tali abalienarier. **Beneuolentiam.** in or.lib. 125. Valde beneuolentiam conciliant, abalienantq; ab ijs, quibus hæc non ſunt.

Abdere. Modò uerbum hoc in loco, modò ad locum, modò cum præpoſitione, modò ſine à bonis uſurpari comperies. ut, **Se literis** aliquem. 2.uo.or.188. Si qui ita ſe literis abdiderunt. id eſt, in ſtudijs literarum aſſiduè ſunt. **Rus ſe aliq.** Ter. 104. Nam ſenex rus abdidit ſeſe. **In Aegyptum ſe.** Att.154.. In Aegyptũ nos abdimus. Ita, **In claſſem.** in fa.130.. Et ſeſe abdiderit in claſſem. Ita, **In bibliothecam.** in fa.108. Abdo me in bib

in bibliothecam. Ita, In solitudinem. Cæ. 42. In solitudinem, ac syluas abdiderant. In tenebris. 3. uol. or. 109.. Cum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. Ex conspectu alicuius. Pl. 195.. ex conspectu heri sui sese abdiderunt.

Abdicare Aliquem aliquid: &, se aliqua re. ut, Generum. Terent. in Andriæ periocha: Recusat nuptias, generum abdicat. Magistratum. Sall. 16. Senatus decreuit, uti abdicato magistratu &c. Et se aliquem Magistratu. 2. uol. Ph. 176. Quid magnificentius, quàm posse decernere, ut magistratu se abdicent COSS? Ita, Consulatu. 3. uol. or. 185.. Eo die non modò cõsulatu, sed etiam libertate se abdicauit. Ita, Dictatura. Cæ. 160. Dictaturáq; se abdicat. ita tu in omnibus magistratibus recte usurpabis. Libertate. uide consulatu. Scriptu se. Piso apud Gel. 95.. Scriptu sese abdicasse.

Abdicere aliq. 2. uol. Ph. 87. Cumq; in quatuor partes uincam diuisisset, trisq; partes aues abdixisset, quarta parte, quæ erat reliqua in regione distributa, mirabili magnitudine uuam, ut scriptum uidemus, inuenit. Est enim abdicere, reijcere: & augurale est uerbum.

Abducere, Donatus cum exponit illud Ter. 85. Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeum dicit, Volentes ducimus, abducimus uero inuitos. Cicero tamen uim interdum addit. 1. uol. ora. 165. Hic est Docimus, ad quem iste deduxerat Tertiam Isidori Mimi filiam, ui abductã ab Rhodio tibicine. Animum à solicitudine. in fa. 48. Quæ etiam si minus prodessent, animum tamen à solicitudine abducerent. Item in orat. lib. 136. Abducere animos à contraria defensione, & ad nostram conor traducere. A molestijs aliquem. in fa. 70. Itaque, ut mones, quantum potero me ab omnibus molestijs & angoribus abducam. Ab angoribus. uide, à molestijs. Discipulos ab aliquo. 1. uol. ph. 142.. Quem discipulum cupio abs te abducere. in ora. lib. 112.

Aberrare Aliquem re: &, à re. ut in multis uerbis ex præpositionibus

tionibus compositis, in quibus præpositio appositiuam uim retinet. Proposito. 1. uol. ph. 165. Sed de te æternitate dicentem aberrare proposito facile patiebar. A distributione. 2. uol. ph. 212. Ac ne uidear aberrare à distributione mea: id est, non agi quod propositum sit per distributionem. Ab aliquo aliq. Pl. 130. Puer inter homines aberrauit à patre. Absolute etiam protulit Cicero Att. 199. At ego hic scribendo dies totos nihil equidem leuor, sed tamen aberro. Etsi intelligi potest, à dolore eum aberrare.

Abesse. Præter propriam significationem, modò ad rerum defectum siue carentiam, modò ad loci & temporis interuallum uerbi significatio accommodatur: ut in exemplis. Animum alicui. Pl. 17.. Ita mihi animus etiam nunc abest. Præ timore dicit ad se nondum animum redijsse. Aliquid alicui. in or. lib. 89. Quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? Historiam latinis literis. Abest enim historia literis nostris: id est, historia Latinis scriptoribus caret. Laudem alicui. in or. lib. 190.. Aberat tertia illa laus, qua permoueret animos. Item. 190.. Hoc unum illi si nihil utilitatis attulit, abfuit: si opus erat, defuit. Vt magis omnino sit deesse, quàm abesse. A scelere aliq. Att. 46. Ego uero tantum illum puto ab isto scelere abfuisse &c. A culpa. in fa. 81. Nec esse ullum magnum malum præter culpam, à qua quando tantum absumus &c. A reprehensione. in fa. 157. Dum, si quid acciderit mihi, à reprehensione temeritatis absim. A molestijs. in fa. 47.. Ideo leuius ferendum est, quod eodem tempore à multis ac magnis molestijs abes. A bello. Cæ. 68.. Druides à bello abesse consueuerunt: id est, belli immunes esse solent. A cogitatione aliq. 2. uol. orat. 93.. Et nomen ipsum crucis absit, non modò à corpore ciuium Romanorum, sed etiam à cogitatione, oculis, auribus. A turpitudine. ad Her. 6.. Et à simili turpitudine hominem nunquam abfuisse. Aliquem alicui. 2. uol. orat. 169. Vt mirari torquatus

quatus desinat, me, qui Antonio abfuerim, Scyllam defendere: id est qui Antonium non defenderim, Scyllam defendam. **Calamitatem.** Att. 296.. Neque discordiarum domesticarum calamitatem, abfuturam fuisse. **Suspitionem.** de offic. 46.. Auaritiæq; absit suspitio. **Febrem.** Cel. 59. Dum febris absit. **Infortunium** ab aliquo. Ter. 65.. Nisi animus me fallit, haud multum à me aberit infortunium. **Frumentum** à maturitate. Cæ. 134. Quo neque frumenta in hybernis erant, neque multum à maturitate aberant. A' **Domo.** 1.uol. ora. 252.. Vt ille non solum abesset à domo: id est, peregre esse. **Bidui** à loco aliquem. Att. 77. Cum & in castra proficiscerer, à quibus aberam bidui. **Et locum** ab aliquo. Att. 76.. Nos in castra properabamus, quæ bidui aberant. Vtrobiq; est duorum dierum iter intercedere. **Triduo.** Cæ. 79.. Ne longius triduo ab castris absit. Nũc est tris dies abesse. **Ab aliquo aliq.** in or. lib. 189.. Multum ab ijs aberat L. Fusius: id est, maximo interuallo L. Fusius eos sequebatur. **Spacium** magnum aliquid. Cæ. 233.. Reliquæq; legiones magnum spacium abessent. **Magnam** partem temporis. in fa. 47. Et abfui magnam partem consulatus tui. **Iter paucorum** dierum. Cæ. 38.. Cum paucorum dierum iter abesset. Ita XXII. Millia passuum. Cæ. 152. **Longe** à re. in ora. lib. 95.. A' qua ipse longe absum. **Longe gentium.** in fa. 196.. Nostriq; τυφωνοκτόνοι longe gentium absunt. **Propius.** Att. 1.. Quoniam propius abes. **Plurimum.** 1. uol. ph. 91. Sed ab eo plurimum absum. **Ab sole.** 1.uol. ph. 246. Nunc quidem paululum, inquit, ab sole absis: offecerat uidelicet apricanti. Cum his uero particulis **Tantum, &, Vt** geminato, cum frequenter, tum perornatè poni consueuit: idemq; significat, quod non modò non. Att. 102.. Tantum abest ut ille meam sententiam moueat, ut ualde ego ipsi, quod de sententia sua decesserit, pœnitendum sit, putem. Item in ora. lib. 178.. ubiq; tanquam impersonaliter cum tertijs personis, nunc personaliter cum prima

prima persona. In or. lib. 107.. Equidem tantum absum ab ista sententia, ut non modò non arbitrer subsidium senectutis in eorum &c. Cum tertia persona. Cæs. 201. Hoc detrimento milites nostri tantum abfuerunt, ut perturbarentur, ut incensi potius, atque incitati magnas accessiones fecerint in operibus hostium expugnandis &c. Aliquando etiam sine **Vt** sequenti particula. in ora. lib. 190.. Itaq; tantum abfuit ut inflammares nostros animos, somnum isto loco uix tenebamus: id est, ut uix tenerem us. Aliquando primum **Vt** conuertitur in **A**, uel **Ab.** De off. 9.. Id autem tantum abest ab officio, ut nihil officio magis possit esse contrarium: id est, tantum abest ut officium sit, ut nihil &c. Item. 3. uo. or. 135. Tantum abes à perfectione maximorum operum, ut fundamenta, quæ cogitas, nondum ieceris.

Aliquando dissoluitur uerbi compositio. Cæs. 124. Qui erat ab oppido millia passuum circiter tria: id est, aberat.

Abhorrere, Omnino crebrius **à re:** ut Lau. Val. interdum tamen & **rem** boni dixerũt. **Animum** alicui. **Ab aliqua re.** Ter. 117. Nam omnino abhorrere animum huic uideo à nuptijs. **Voluntatem** à re. 1. uo. or. 110. A' quo mea longissime ratio, uoluntasq; abhorrebat. **Rationem.** uide, uoluntatem. **Orationem** à re. 3. uo. or. 23. Et ut arbitror, nec ab utilitate eorum, qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa Pub. Sestij abhorrebit oratio mea. **Ab auribus** uulgi. in or. lib. 149. Abhorrens ab auribus uulgi. Item. 167.. **Aliquid.** 2. uo. or. 26. Nemo illum aditu, nemo congressione, nemo sermone, nemo conuiuio dignum iudicabat: omnes aspernabantur, omnes abhorrebant &c. La. Val.

Abigere, Pecudum est omnino **Abactio:** sed tamen recte ad complura alia uerbum transfertur. **Pecus.** 3. uol. ora. 97.. Pecus abegerunt. **Gregem.** 1. uolu. orat. 81.. Præterea greges equarum eius istum abigendos curasse. Item. 112. **Muscas.** in or. lib. 131.. Puer abige muscas. Cel. 131. **Lassitudinem** à se.

Plaut.166. Agè dum Acanthio, abige abs te laßitudinem. **Alicunde** aliq. Plaut.3. Abigam iam ego illum aduenientem ab ædibus. **Aliquò** aliquem. Ter. 85. Abigam hunc rus. **Partum** mulierem.2.uol.orat.24. Quod ab hæredis secundis acceptã pecunia partum sibi ipsa medicamentis abegisset: nunc est medicamentis abortum facere.

Abire. Discessum habet germana uerbi significatio, sed aliorum more peruenuste transferas licebit, ut exemplis docebitur. **Abiure** aliquem.1.uolum. oratio. 99. De suis bonis ita dat, ut ab iure non abeat: id est, ut contra ius non faciat. **Ab iudicio.**1.uolum. orat.51.. Nunquid causare, quin ab iudicio abeas turpißime uictus? **E uita.**1.uolumine philosophiæ 164. Cato autem sic abijt è uita. **E medio.** Terentius 145.. Ea mortem obijt, è medio abijt. **Magistratu.** in familiaribus 60.. Atque abeuntem magistratu contionis habendæ potestate priuauit. **Consulatu.** Attico 11. Qua cum abiens consulatu sum domum reductus. **In sumptum** aliquid. Attico 171. In quos enim sumptus abeunt fructus prædiorum? **In malam crucem.** Terentius 130. Abi hinc in malam crucem. **In diem** aliquid. Terentius 140. Præsens quod fuerat malum, in diem abijt. **Nauseam.** Attico 226. Nausea iam planè abijt. **Obuiam** alicui. Terentius 56. Abi dum tu Dromo illis obuiam. **Pestilentiam** de loco. in familiaribus 232.. De loco nunc quidem abijt pestilentia. **Pessum.** Plautus 40.. Ne pessum abeat. Sic. primo uolumine philosophiæ 125.. Etsi hoc inquit fortasse non poterit sic abire. Item Terentius 4.. **Tempus.** secundo uolumine orationum 125.. Abijt illud tempus, mutata ratio est. Ita, **Illa.** in familiaribus 138. Illa mea, quæ solebas antea laudare, ò hominem facilem, ò hospitem non grauem, abierunt. **Viam** suam. Plautus 243. Sine me hinc abire: tu abi tacitus uiam tuam.

Abijcere

Abijcere Aliquid. **Abijcimus** modò quod in nobis est, modò quod in alio: prius habet rei contemptum, & recusationem: posterius aduersarij uictoriam posidet. ut **Aliquem.** in fam.151. ⁀ 151.. quantáq; contentione tytium interfessorem abiecerim. Item, Att.327.. **Autoritatem** alicuius. Att.16.. Nam & senatus authoritatem abiecit. **Ad pedes** se alicui. Att.55. Abiecta toga se ad generi pedes abiecit. **Amorem.** 3.uol.orat.175. Omnem se amorem abiecisse illinc. **Commentationem, Curam, Cogitationem.** in fam.339.. Nam omnem nostram de Rep. curam, cogitationem de dicenda in senatu sententia, commentationem causarum, abiecimus. **Consilium.** 2.uol.or.107. Consilium belli faciundi abiecerit. **Conclationem.** de off.15. Sed ijs, qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum abiecta omni conclatione adipiscendi sunt magistratus. **Dolorem.** in fa.70. Quanquam tuis monitis & præceptis omnis abijciendus est dolor. Item, Att.182. **Gloriã.** in orator.lib.128. Seseq; si quam gloriam peperisse uideatur, tametsi non sit æqua merces periculi, tamen ea non delectari, totamq; abijcere, & deponere. **Obedientiam.** de offi.20.. Relinquunt enim & abijciunt obedientiam. **Aedificationem.** in familiar.202.. Quod te abiecisse illam ædificationem constabat inter omnes amicos tuos. Item.3.uolum. orat. 120. **Togam.** uide, ad pedes. **Onus.**1.uol.orat.20. Opprimi me onere officij malo, quàm quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abijcere, aut propter infirmitatem animi deponere. **In rem aliquid.** De officijs 102. Qui omnes suas cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, atque contemptam: id est, collocarunt, sed uerbo apto usus est ad rem contemptam.

Abiudicare. Est per sententiam aliquid ab aliquo auferre, sed plurimũ ualet in transferendo, usus est, ab aliquo aliquid alicui care. abiudicare.2.uolu.orat.66. Iudicabit Alexandriam Regis esse, Iudicare. Abiudi-

à Po. Romano abiudicabit. 1. uol. or. 77. Neq; tanta fortunis omnium pernicies potest accidere, quàm opinione Po. Rom. ratione ueritatis, integritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abiudicari: id. est, quàm si Pop. Rom. persuasum sit hunc ordinem nullam ueri. inte. fid. reli. rationem habere. **A uita** se aliquem. Pl. 27.. Nam equidem me iam quantum potest, à uita abiudicabo. **Libertatem** sibi. 1. uol. or. 304. Ipsum sibi libertatem abiudicasse. **Aliquid**. in or. lib. 118. Vbi plus mali, quàm boni reperio, id totum abiudico, atq; reijcio.

Abiurare Aliquid. Att. 5. Mihi certius est abiurare quàm dependere. Sallu. 9. Sed ea sæpe antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat, cædis conscia fuerat. Est autem abiurare iureiurando aliquid negare.

Abiurare

Ablaqueare. De re Rust. 7. Stercus diuidito sic, partem dimidiam in segetem, ubi pabulum seras, inuehito: & si ibi olea erit, simul ablaqueato, stercusq; addito.

Ablegare Aliquem **Aliquò**. Terent. 110. Aliquò mihi est hinc ablegandus, dum parit Philumena. **Ab aliqua re** aliquè. Att. 133. .Et à fratris aduentu me ablegat.

Abluere Aliquid aliqua re. ad Herenn. 28. Tui clarissimi nepotes suo sanguine abluerunt inimicorum crudelitatem.

Abortare Prægnantes. De re Rust. 48.. Ne dum exilire uelit, prægnans abortet.

Abradere Aliquid ab aliquo. 1. uol. orat. 288.. Atq; illis paucis diebus, posteaquàm uidet nihil se ab A. Cæcinna posse litium terrore abradi.

Abrogare. Est infirmare inquit Sext. Pomp. ut **Imperium**. in orat. lib. 169. Qui collegæ suo imperium abrogauit. Item de offic. 60. **Magistratum**. 3. uol. orat. 115.. Qui collegæ magistratum per seditionem abrogauit. **Legem**. in orat. lib. 184.. Vt legem Semproniam Pop. frequentis suffragijs abrogauerit. **Fidem**. 1. uol. orat. 52. Si iam tibi deliberatum est, quibus abroges

abroges fidem iurisiurandi, respondes.

Abscedere Aliquid ab aliquo. Terent. 119. Cito ab eo hæc ira abscedet. **Aliquid**. Cel. 17. Sed cum inferioribus partibus aliquid abscesserit.

Abscindere. Linguam. Pl. 8.. Iam quidè Hercle ego tibi istam sceleslam scelus linguam abscindam.

Absoluere. Est omnino liberare: maximeq; ad iudicia pertinet. Verum quoniam re semel incepta impedita esse uidetur donec ad finem suum perducatur, eò factum est, ut absoluere sit rei finem imponere. Estq; interdum pro soluere, ut nauem: & dicimus, aliquid, & de aliqua re absoluere, ut in exemplis demonstrabitur. **Pro absoluere aliquem** omnibus sententijs. 1. uol. orat. 223.. Seruus ille innocens omnibus sententijs absoluitur. **Magno** numero sententiarum. Asc. 33. Magno numero sententiarũ Cornelius absolutus est. **Copiosè**. Att. 11.. Senatorum enim urna copiosè absoluit. **Plenissime**. Asc. 33. Sed Syllanus plenissime absolutus est. **Aperte**. Att. 324. Domitius Saluinus is aperte absoluit, ut omnes uiderent. **Sutorio** attramento. in fa. 139.. Iam pater eius accusatus à M. Antonio sutorio atramento absolutus putatur. Ita paucis punctis inter damnationem, & absolutionem ad illud. Asc. 10. **Iniuriarum** aliquem. in orat. lib. 10. Item C. Cælius iudex absoluit iniuriarum eum, qui Lucilium poetam nominatim in scæna læserat. **Aliquem** alicui. 1. uolum. ora. 113. Hunc hominem ueneri absoluit, sibi condemnat: maluit uidelicet homines peccare, quàm deos. **Se ab aliquo re aliqua**. 1. uolumine orat. 51. Vt ne Roscium stipulatione alliget? neque à Fannio iudicio se absoluat? **Pro perficere**. **Aliquid**. de officijs 54. Vt nemo pictor esset inuentus, qui Veneris eam partem quam Apelles inchoatam reliquit, absolueret. **Opus**. in oratorijs libris 206. Itaque hoc sum aggressus statim Catone absoluto. **Viam**. Attico. 1.. Propterea quòd curator est uiæ flaminiæ, quæ cum ab-

soluta erit. Iurisdictionem. *in fa.55.* Reliquamq; iurisdictionem absoluerem. Temperantiam, Modestiam, Iustitiam. *1.uolum.phil.110.* His initijs, ut ante dixi, tanquam sermonibus à natura datis, temperantia, modestia, iustitia, & omnis honestas perfecte absoluta est. Paucis aliquid. *Sallust. 13.* Nanque uti paucis uerum absoluam. De re aliqua. *Sall.2.* Igitur de Catilinæ coniuratione quàm uerissime potero, paucis absoluam. Breui aliquid. *Pl.94..* Te absoluam breui. Creditorem. *Terent.82..* Ego ad forum ibo, ut hunc absoluam. Item, Obsecro te Hercle, hominem istum impurissimum quamprimum absoluito te. Nam quibus debetur, ueluti ligati sunt, ait Do. Nauem. *Pl.162..* Philocomasium quærito, à matre illius uenio, si est itura, eat, omnis moratur, nauem cupimus absoluere. Nunc aperte est pro soluere.

Absorbere Aliquid aliquem. *in oratorijs libris 191.* Sed hunc quoque absorbuit æstus quidam insolitæ adolescentibus gloriæ.

Abstergere Aliquid alicui. *Att.313.* Amabo te aduola, consolabor te, & omnem abstergebo dolorem. Metum. *in fam.136..* Volo enim abstergere animi tui metum. Sorditudinem. *Plaut.211..* Quam orationem hanc aures dulces deuorant, ut mihi absterserunt omnem sorditudinem. Vulnera. *Terent.42..* Sine sanguine hoc fieri non posse, quin abstergerem uulnera?

Absterrere A se aliquem. *2.uol.orat.296.* Nolite eum supplicem à uobis absterrere.

Abstinere Aliquem aliqua re, & ab aliqua re. *Plaut.140.* Et illi quoque haud abstinent sæpe culpa. Pecunijs aliorum. *Att.140.* Consilium primum est suffocare urbem & Italiam fame, deinde agros uastare, urere, pecunijs locupletum non abstinere. Iniuria. *de offic.66.* Quotus enim quisque reperietur, qui impunitate & ignoratione omnium proposita abstinere

nere possit iniuria? Virgine se. *Terent.103..* Quid ais? cum uirgine unà adolescens cubuerit, plus potus, se illa abstinere ut potuerit. Aliquem aliqua re. *Plautus 13.* Ego isthæc feci uerba uirtute irrita, nunc quando factis me impudicis abstines, ab impudicis dictis auerti uolo. Id est, quando me impudicitiæ non accusas. Ab aliquo aliquid. *Attico 41.* Quòd me ad uitam reuocas, unum efficis, ut à me manus abstineam.

Abstrahere in seruitutem aliq. *Cæs.89.* Bona ciuium Romanorum diripiunt, cædes faciunt, in seruitutem abstrahunt. A conspectu alicuius. *in orat.lib.156.* Atque in altum à conspectu penè omnium abstraxit.

Absumere. Morbum aliquem. *Cels.19.* Isque maxime pueros morbus absumit. Aliqua re aliquem. *Ter.129.* Cum ille & cura & sumptu absumitur. Vinum. *Ter.6..* Pitissando modò mihi quid uini absumpsit? Opes in aliquid. *Asco.9.* Adeo, ut in eius impensas opes suas absumpserit.

Abundare Aliqua re. *Teren.125..* Amore abundas Antipho. Præceptis. *de offic.1.* Quanquam te Marce fili annum iam audientem Cratippum, idq; Athenis, abundare oportet præceptis, institutisq; philosophiæ. Laude bellica. *de offic.16.* Mihi quidem certe uir abundans bellicis laudibus. Honoribus. *in fam.149..* Mihi crede amplissimis honoribus abundabis. Doctrina, & Ingenio. *in orat.lib.148.* Qui cum ipsi doctrina & ingenijs abundarent. Otio. *in or.lib.154.* In quam homines quasi caducam, atq; uacuam abundantes otio nobis occupatis inuolauerunt.

Abuti. Est rem & fructum perdere, ait Don. *super illud,* Operam abutitur. Et, abuti rem: &, re, ueteres dixerunt. ut, Argentum. *Plaut.221.* Nam hoc argentum alibi abutar. Meretricem. *Terent.131.* Ita ne tandem quæso, meretricem ubi abusus sis. Operam. *Terent.1.* Nam in prologis scribundis operam abutitur. Patientia. *in.2.uolumine orat.97..*

Quousq; tandem abutêre Catilina patientia nostra? Sermone. Att.111. Nisi forte non dedit, & hic sermone aliquo arrepto pro mandatis abusus sit.

Accedere Modò adire, seu uenire: modò addere, seu adiungere significat: necnon perpulchre in utraq; significatione transfertur: quarum etiam eadem constructio est. Dicimus enim aliquid alicui, ad aliquid, & in aliquid accedere. Somnum alicui. Cel.13.. Etiam si interdiu somnus accedit. Item.58. Vel si somnus non accedit. Febrem. Cel.24. Quisq; febre liberatus est, simul atq; ea uno die non accessit: id est, non redijt. Ita quartanam. Ad ignem. Terent.26.. Accede ad ignem hunc. Ad pedes alicuius. Att.9. Ad pedes omnium sigillatim Clodio accedente. Ad corpus. Att.322.. Sicut ad corpus eius accederet. Ad aurem aliquid. Teren.112. Pamphile ad aures haud inuito sermo mihi accessit tuus. Ad conditionem aliquem. 1.uol.or.162. Condemnari cum istius inuidia, infamiaq; malebãt, quàm ad eius conditiones, pactionesq; accedere. Item, Att.133. Ad pactionem. uide, ad conditionem. Ad rationem aliquem. 1.uol.orat.14. Cur ex tot creditoribus alijs ad istam rationem nemo accesserit. Aliquo. 1.uol.orat.262. Cum ego noctu ad Heraclium accederem: id est, peruenirem. Cominus ad aliquem. Att.23. Ad te ut uideo cominus accessit. Intro. Terent.9. Accessi intro. Propius. in fa. 45. Hoc tempore uelle te mecum si propius accessissem, de officio utriusque nostrum communicare. Prope ad aliquid. Att.100. Quòd tam prope accederet ad similitudinem tuæ literæ. Propius ad ueritatem. in orat. lib.103. Et ad ueritatem uitæ propius accedere. Ita, Dicendo. 1.uolumine philosophiæ.111. Sed ut propius ad ea Cato accedam, quæ à te dicta sunt. Id est, quæ magis ad ea faciunt, quæ à te dicta sunt. Ita, Proxime ad aliquem, tertio uolumine orationum. 112. Proxime accessit ad deos Clodius, propius quàm tu, cum ad ipsos penetrarat.

Item

Item.2.uolum.orat.296.. de offic. 103. In funus. 2.uolum. ph. 183.. Quocirca Pitacus omnino accedere quempiam uetat in funus aliorum. In senatum. Att.104. Ne ante in senatum accederem, quàm rem confecissem. Att.100. Animum. Postquam hanc rationem cordi, uentriq; addidi, accessit animus ad meam sententiam. Animum alicui. Att.79. Cassio, qui Antiochia tenebatur, animus accessit. Annum tertium. Att. 289.. Tuq; ante ab alijs auditurus esses, annum tertium accessisse desiderio nostro, & labori tuo. Manum extremam operi. in orat. lib.175. Manus extrema non accessit operibus eius. Pecuniam alicui. Teren.112. Quia paululum uobis accessit pecuniæ, sublati animi. Robur. 3. uol.ora.53. Cum autem paululum iam roboris accessisset ætati. Dolorem. Att.112. Dolor accessit bonis. Aetatem uino. Cel.27. Atq; etiam illud uinum, cui nihil adhuc ætatis accessit. Voluntatem alicuius ad aliquem. Teren.123. Voluntas uestra si ad poëtam accesserit. Pro, si faueritis, inquit Donatus. Ad aliquid aliquid. Teren.5.. Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam. Ad societatem rei. in fa.148.. Sin ad societatem integerrimorum & maximorum periculorum accedam. Cumulum rei, in fa.199. Quàm maximus his literis cumulus accedat. Et in cumulum. 2.uolu.orat.78.. Sed omnes urbes, agri, regna deniq;, postremo etiam uectigalia uestra uenierint, accesserint in cumulum manubiæ uestrorum imperatorum.

Accendere Aliquid. ut Lumen. 2. uolu. ph. 200. Deus ipse solem quasi lumen accendit. Solem. uide, lumen. Sitim aliquid. Cel.33. Hæc enim sitim accendit. Aliq. Sall. Sed quæ res Marium præ honore, quem affectabat, contra Metellum uehementer accenderat.

Accersere. Lau. Vall. Accersere & Arcessere idem esse ait, id uero utrunq; significare, quod est, ire ad uocandum, uel uocare. Addit præterea quartæ interdum esse coniugationis ac-

cersere, nescio quod exemplum adducēs, quasi Cicero in eam coniugationem nunquam uerbum illud protulisset. Nos addimus ad accusandum etiam uerba esse accommodata, & ad quædam alia recte, & eleganter transferri solere. ut exempla docebunt. **Aliquem.** Teren. 7.. Obstetricem accerso. **Vxorem.** Teren. 13.. Cur uxor non accersitur? Item. 17.. Donait, proprie uxorem accersi, cum ad uirū ducitur. **Riuulum.** 2. uolumi. orat. 41. Sinautem ut riuulus accersitus. Id est, deriuatus. **Alicui** aliquid. in orat. lib. 157. Sed orationi splendoris aliquid accersunt. **Ad aliquid.** Sall. 21. Gallorum gentem infestissimam Romano nomini ad bellum accersunt. **Ad societatem** rei. Atti. 35. Et si erit pugnandum, accersam ad societatem laboris. Vel tu legas, arcessam, uti etiam legitur. **Crimine** ambitus aliq. 3. uolumi. orat. 40. Ipse alterum iterum ambitus crimine accersiret. Vbi quartæ est coniugationis, uti item est. Att. 272. Ad se accersiri iussit. **Crimine** inuidioso. 1. uolumi. orat. 131. Quod tum magis inuidioso crimine, quàm uero accerseretur.

Accidere. Tam secundis, quàm aduersis rebus uerbi usus accommodatur, ut Donatus ait, & nos multis exemplis comprobabimus. Et dicimus accidere aliquid alicui, ad aliquem, & in aliquem. Est etiam, ubi est pro cadere. **Gratissimum** aliquid alicui. in famil. 30.. Tum quod ex literis tuis, & ex multorum sermonibus intelligo omnia, quæ à me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima. **Iucundissimum** aliquid alicui. in familiar. 40. Minime mihi miranda, & maxime iucunda acciderunt. Attic. 100.. **Facultatem** alicuius rei. Cæs. 90. Hæc cogitanti accidere uisa est facultas bene rei gerendæ. **Boni** aliquid. Teren. 10. Interea aliquid acciderit boni. **Calamitatem** alicui. in familiar. 206. Tamen mihi crede singulares huic municipio calamitates accidisse. **Dubitationem.** De offic. 55. Credo si quando dubitatio accidit, quale sit id

sit id, de quo consideret. **Ad animum** aliquid. Att. 49. Quod me uetus quicquam suspicari accidisse ad animum tuum. **In aliq.** aliquid. Teren. 22. Eodem die istuc uerbum uere in te accidit. **Præter opinionem.** in familiar. 40. Quod mihil tam præter opinionem meam accidere potuit. Ita, præter spem. 2. uolumine orat. 8.. **Dolorem** alicui. 1. uolu. orat. 131.. Mirum quendam dolorem accidere illis. **Diuinitus.** in orat. lib. 237. Maximeq; si id diuinitus accidisse potuerit uideri. **Quorsum.** Teren. 6.. Misera timeo hoc incertum quorsum accidat. **Ad genua** alicuius. Teren. 109.. Mater consequitur, iam ut limen exirem ad genua accidit, lachrymans misera. Nunc nullum rei habet euentum, sed pro cadere simpliciter est positum. **Tela.** Cæs. 32. Vt neque ex inferiore loco satis commode tela adijci possent, & missa à Gallis grauius acciderent. Item. 36. Et hic pro cadere est.

Accipere. Huiusce uerbi significatio tam uaria, tamq; multiplex est, ut non facile sit eam deprehendere posse: modò enim est datum sumere, modò tractare, interdum sentire, nonnunquam intelligere. Sed quid ego singulas significationes commemorare aggressus sum? quasi ego id sperem paucis posse assequi. Habe igitur tibi satis à me lector humanissime, si haud exiguam exemplorum copiam, unde eam ipse facile cognoscere posses, tibi in suum ordinem collegi. **Auditionem** de re aliqua. in familiaribus. 112. Romam cum uenissem, tenuem quidem auditionem de ea re accepi. **Beneficium.** De officijs. 13. Sed non is solum gratus esse debet, qui accipit beneficium, uerumetiam is cui potestas accipiendi fuit. **Calamitatem.** De officijs. 61.. Quæ Cannensi calamitate accepta maiores animos habuit, quàm unquam rebus secundis. Item Cæsar. 214. Attico. 277. 1. uolumine orationum. 12. **Capuam.** Att. 128. Cum imparatam iam Capuam non solum

ignauiæ

ignauiæ delectus, sed etiam perfidiæ suspitionem fugiens, accipere nolui. **Causam.** 3.uol.ora.82. Quam nos causam non accepissemus? Nunc est pro excusatione. **Causam.** in ora. lib. 141. Tenere quæ didiceris in accipienda causa. Nunc est cum patronus à cliente causam audit diligenter. Pro defendere magis dicimus, suscipere causam. **Conditionem.** in fa.261. Accepimus conditiones, sed ita, ut remoueat præsidia ex ijs locis, quæ occupauit. Teren.2.. Pl. 35.. **Cognitionem** rei ab aliquo. 2.uol.ph.57. Accepit ab his cognitionem deorum. ut Cæsar.13.. disciplinam dixit. **Consulem de plebe.** in ora.lib.163.. Cum de plebe consulem non accipiebant. **Contumeliam.** 1.uolu. orat. 120. Tanta contumelia accepta. **Contumeliam** in se. Teren. 42.. Hanccine ego ut contumeliam tam insignem in me accipiam gnato? **Aures** aliquid.1.uol.orat.113. Nunc primum hoc aures tuæ crimen accipiunt. **Decumas.** 1.uolu.ora.163. Imperat Agyrinensibus, ut decumas ipsi publice accipiant. Item.166. **Detrimentum.** Cæs.138.. Et si aliquo accepto detrimento, tamen summa exercitus salua. Item.2.uol.ora.6.. **Dolorem.** Att.85.. Accipiam equidem dolorem, mihi illum irasci. **Disciplinam.** Cæs. 13.. Ac disciplina, quam à nobis accepissent. **Epistolam.** Pl. 208.. Ab ist'on' ipsas accepisti? Item in fa.48. Sed accipio ex ea parte, quatenus, aut negligentia, aut improbitate eorum, qui epistolas accipiunt, fieri scribis, ne ad nos perferantur. Vt tabellariorum etiam sit accipere literas, alijs reddendas. **Excusationem.** in fa.25. Sed in hoc homine nullam accipio excusationem. Item.48. De offic. 104. **Existimationem.** in fa.136.. Vt cum me hospitio recipias, existimationem te aliquam putes accipere. **Fiduciam.** 2. uol. ora.157. Pecuniam adolescentulo grandi fœnore fiducia tamen accepta occupauisti. Item.1.uolu.orat. 36. **Fœdera.** Sall. 32. Postremo Masinissa nos ita statuit P. C, ne quem coleremus, nisi Po.Ro.

Po. Roma. ne societates, ne fœdera noua acciperemus. **Honores.** Att. 275. Cum exploratum habere cœpero Cæsarem honoribus, quos acceperit, extraordinarijs fore contentum. **Incommodum.** Cæs. 207. Quo tamen incommodo Domitius accepto reliquias exercitus dißipati collegit. Item. 85. **Iniuriam.** Att. 8. Profecto nihil accipiam iniuriæ, si tu aderis. Item de offic. 49. in fa.60.. 1.uol. orat.64. **Ignominiam.** Cæs. 81.. illo imperante meruisse, ut nullam ignominiam acciperent. **Iudicium.** 1. uolu.orat.11. Et cum is iudicium acciperet pro Quintio: id est, Quintij personam in iudicio præstaret. **Iudicium** in uerba alicuius. 1.uolu.ora.11. Iudicium cum acciperet in ea ipsa uerba, quæ Neuius edebat. **Legem.** de offic. 74. Quo, cum in eadem causa esset, deprecante accepta lex non est. Item. 3.uolu. orat.87. Quæ lex quemadmodum accepta sit, quid me attinet dicere? Idem est cum ferri. **Litem** ad se. uide supra, ad se. **Libertatem.** Sall.39.. Vos pro libertate, quam ab illis accepistis. **Ludos.** Att. 249. Quemadmodum ij ludi accipiantur. Id est, placeant. **Lumen** alicuius rei. in orat.lib.159.. Et luna accessu & recessu suo solis lumen accipit. **Magistratum.** Att.93. Is à me cum tribunatum accepisset. Item.1.uolu. orat. 275. **Mandatum.** 1.uolu. orat. 111.. Et testimonium publicum mandataq; acceperant. **Memoriam** de aliq. de offic.103.. Aut de quibus memoriam accepimus: id est, recordamur ipsi. **Memoria** aliquid ab aliquo. M. Cato apud Gell. 203.. Atque ego à maioribus memoria sic accepi. **Metum.** Teren. 58. nihil satis firmi uideo, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum: id est, timere. **Morem** ab aliquo. de offic. 60.. Itaque præclarum à maioribus accepimus morem roganди iudicis. **Offensionem.** Att. 14. Nam quanta sit in Quinto meo comitas, quanta iucunditas, quam mollis animus

& ad

& ad accipiendam, & ad deponendam offensionem, nihil attinet me ad te, qui ea nosti, scribere. **Omen.** 2. uolumine philoso. 101.. Accipio omen inquit. **Onus.** 2. uolumi. philo. 58. Quid de bobus loquar? quorum ipsa terga declarant non esse ad onus accipiendum figurata. **Orationem.** Cæs. 47.. Acceptâ oratione eorum Cæsar obsides imperat. Id est, audita. **Opinionem** de aliquo. in famil. 13.. Qui de uno acerrimo & fortissimo uiro, meoq; iudicio omnium magnitudine animi, & constantia præstantissimo, Q. Metello, L. Filio quandam falsam opinionem acceperunt. **Palmam.** in orat. lib. 180. Cum palmam iam primus acceperit. **Pecuniam** ob rem iudicandam. Att. 23. Quid uerius quàm in iudicium uenire, qui ob rem iudicandam pecuniam acceperit? **Plagam.** Att. 79.. At ille cohortem primam totam perdidit, centurionemq; primipili nobilem sui generis Asinium Dentonem, & reliquos cohortis eiusdem, & Sex. Lucilium, T. Canij Cœpionis locupletis, & splendidi hominis filium, Trib. Mili. sanè plagam odiosam acceperat. Item. 112. 3. uolumine orat. 12.. **Præcepta.** in orat. lib. 116. Ista ipsa præcepta acceperit. Item. 156. **Prædem.** in famil. 28. Laodiceæ me prædes accepturum arbitror. **Prouinciam.** in famil. 23. Bibulus prouinciam acceperat. Item. 31. **Quod dat.** Hoc dicendi modo Cicero bis, quod uiderim, usus est: in eos scilicet, qui cum adduci non possint, ut totum concedant, dant tamen aliquid. In familiar. 2. Is, hac regia causa excepta, cæteris in rebus se acerrimum tui defensorem ostendit: quod dat, accipimus. Item. 1. uolumine philoso. 82. Hoc etsi multis modis reprehendi potest, tamen accipio quod dat. Id est, gratum est. Quibus item locis fortasse haud illud dissimile est ad Att. 9. Hic dies me ualde Crasso adiunxit, & tamen ab illo aperte, tecte, quicquid est datum, libenter accepi. **Rogationem.** De officijs. 74. Rogationem

tionem suasit eam, quam L. Furius, & Sex. Attilius ex Sen. Con. ferebant, qua accepta est hostibus deditus &c. Item Asconius. 29.. Attico. 9.. **Rempublicam.** 2. uol. ora. 199. Rempublicam illis accepi temporibus eam, quæ penè amissa est. **Rudem.** 3. uolumine orat. 174.. Tam bonus gladiator rudem tam cito accepisti. **Salutem** ab aliquo. 2. uolumine ora. 240.. Audierat ex illo se à me bis salutem accepisse. Item Cæsar. 83. **Satisfactionem.** in familiar. 101.. Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis. Item Cæs. 14. 67. **Satis,** solui iudicatum. In causis solebat interdum à litigatoribus fiduciam soluendi, quod iudicatum esset, quæri, quod ueteres hoc modo pronuntiabant, Satis dare: &, Satis accipere. 1. uolumine orat. 7.. Si ueretur ut res iudicio facto parata sit, iudicatum solui, satis accipiat. Item. 99.. **Sermonem.** Pl. 27. Sermoni iam finem face tuo, huius sermonem accipiam. **Societates.** Vide, fœdera. Item Sallustius. 83. **Sordes.** Att. 81. Has à nostro Q. Ticinio sordes accepimus, id est hanc ignominiam à Q. Ticinio tulimus. **Tabellarium.** Att. 328.. Sed quæro locupletem tabellarium accipiant. Vt dicamus tabellarium accipere literas: &, literas accipere tabellarium. **Vadem** pro aliquo. Att. 289. Cum me pro adolescentulo ac penè puero Respublica accepisset uadem. **Vim.** 2. uolumine philosop. 65. Atqui omne animal ad accipiendam uim externam, & ferendam paratum est. nunc est pati uim illata. **Voluntatem.** in familiaribus. 60. Cum par uoluntas accipitur, & redditur. Hoc est quod Cicero in amicitia appellat, Mutuum. **Voluptatem.** 1. uolu. phil. 65. Quia uoluptatem hanc esse sentiunt omnes, quam sensus accipiens, mouetur, & iucunditate quadam perfunditur. **Vulnus.** Att. 79.. Qua in fuga magna autoritate Osates Dux Parthorum uulnus accepit, eoq; interijt paucis post diebus. Itè in or. li. 131..

Vt uero

Vt uero lectoris facilitati consulerem, cui prorsus in toto opere studendum duxi, uisum est præter accusatiuas huiusce uerbi locutiones, quasdam etiam per ablatiuos medios, necnõ cum quibusdam præpositionibus, ac etiam aduerbijs prolatas separatim adscribere.

CVM ABLATIVO MEDIO.

Animo *aliq. 1. uol. orat. 157. sed quem accipio ipse oculis, animoq; sensum, hunc uere apud uos, & ut potero planissime exponam.* **Apparatu** *regio aliq. de off. 126. Post autem regio apparatu accepti.* **Auditione** *aliquid. 2. uol. ph. 45. Nec tamen unquam exissent supra terram, accepissentq; fama, & auditione esse quoddam numen & uim deorum: id est, intellexissent.* **Auribus** *aliquid. in orat. lib. 103.. Sit boni oratoris multa auribus accepisse: id est, audisse.* **Corde** *aliquid. Pl. 71. Nam pol haud satis meo corde accepi querelas tuas.* **Cruciatu** *aliquem. Pl. 193.. Nisi effecero, cruciatu me accipito carnufex.* **Dolo** *malo aliq. Att. Quas tum dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret. Item de off. 68.* **Fama** *aliq. Vide, auditionem. Item Cæ. 70..* **Fando.** *Pl. 9. Neque fando unquam accepit quisquam.* **Hospitio** *aliq. Att. 32. Et hospitio agresti accipiemus.* **Memoria** *aliquid. uide, memoriam.* **Modis** *indignis aliq. Ter. 79.. Indignis cum egomet sim acceptus modis.* **Modis** *miseris. Pl. 41. Ego pol te præstigiator miseris iam accipiam modis.* **Mancipio.** *uide, dolo malo.* **Oculis.** *uide, animo.*

CVM PRAEPOSITIONIBVS.

A maioribus. *1. uol. or. 64.. Sic enim à maioribus nostris accepimus.* **Ad se** *aliquid. Pl. 129. Et accipiam hanc ad me litem.* **Ad se** *aliquem. Pl. 201. Leno accipiet ad se auri cupidus. Item. 235. Accepit ad sese, haud secus quàm si ex se simus natæ. Nunc est domi suæ.* **Ad sententiam** *aliquid. in or. lib. 133. Est etiam in uerbo positum insulsum genus ex eo, cum ad uerbum*

ad uerbum, non ad sententiam rem accipere uideare. **De aliquo.** *Att. 1.. Quas eum dolo malo mancipio accepisse de uario diceret. Id est, à uario.* **De aliquo.** *in famil. 13.. Sed quod de illo acceperunt. Nunc possessiue est. Item Sall. 35..* **Ex ea parte.** *in familiar. 48. Sed accipio ex ea parte, quatenus &c.* **In amicitiam** *aliq. Att. 37.. Numerium Numistium libenter accepi in amicitiam.* **In bonam** *partem aliquid. Att. 52. Sed bonam in partem accipies. Ita* **In eam.** *3. uolum. orat. 146. Tu uero in malam, pessimam, optimam, utramuis, utram &c.* **In ciuitatem** *aliquem. De offic. 8. Vt maiores nostri Thuscu-lanos, Equos, Volscos, Sabinos, Hernicos in ciuitatem etiam acceperunt.* **In muneribus** *aliquid. C. Gracchus apud Aul. Gellium. 215. Ita uersatus sum in prouincia, ut nemo possit uere dicere assem, aut eo plus in muneribus me accepisse. Id est, uel asse donatum fuisse.* **In aliquam** *rem aliquid. Plaut. 37. Hosce uti accipias coquos, tibicinasq;, & obsonium in nuptias Megadorus iussit. Id est, ad nuptias celebrandas.* **In prandio.** *Plautus. 81.. Ita lepide, nitideq; in prandio accepisti apud te, ut semper meminerim.* **In fidem** *aliq. Sallustius. 83. Persen deinde Phil. F. post multa & uaria certamina, apud Samothracas deos acceptum in fidem callidi & repertores perfidiæ, quia pacto uitam dederant, in somnijs occidere.* **In se contumeliam.** *uide, contumeliam.* **Pro factis.** *Plaut. 5. Ego pol te istis tuis pro dictis & malefactis furcifer accipiam. Id est, tractabo ut meritus es.*

CVM ADVERBIIS.

Admirabiliter *Aliquem. Attico. 75.. Nos Asia accepit admirabiliter.* **Aliorsum** *atque. Terentius. 26.. Ne uue aliorsum, atque ego feci, acceperit.* **Aspere.** *Attico. 135. Quanto nunc idem accipiet asperius.* **Bene.** *1. uolum. oratio. 160. Ita male, melius, peius &c.* **Clementer.** *1. uolum. orat. 220.. Leniter, clementerq; hominem accepit.* **Durius.** *Attico. 2.*

Durius accipere hoc mihi uisus est. Familiariter. Plaut. 6. Familiaris accipiere faxo haud familiariter. Lepide. uide, in prandio. Leniter. uide, clementer. Magnifice. Plautus 183. Magnifice uolo summos uiros accipere. Vt, apparatu regio. Prolixe. Terentius. 50. Accipit hominem nemo melius prorsum neque prolixius. Id est, pascit, Do. ait. Publicitus. Plaut. 3.. Hospitio publicitus accipiar. Carcerem timebat Sosia. Moderate. in fami. 167. Ea te moderate accepisse. Id est, tulisse æquo animo.

Et accipere aliquem dicere. 2. uolum. philos. 170. idem ego te accipio dicere Arpinum germanã patriam esse uestram. Id est, nunc audio.

Acclamare Alicui. in or. lib. 188. Sed tamen non metuo, ne mihi acclametis: id est, ne mihi assentiamini. Item. 1. uol. or. 290. Populus cum risu acclamauit ipsa esse.

Accommodare. Hoc uerbũ, cum in eo quaternione qui mihi in incendio perijt, casu quodã exscribendũ reliquissem, totum est amissum, collegi tamen ut potui melius hæc pauca exempla, ne totum omnino perijsse uideretur, sanè, quod ad uerbũ attinet, dicimus accõmodare aliquid alicui, & ad aliquid, & in aliquid, & de aliqua re aliq. ut in exemplis. Ad caput. in or. lib. 132. Africano illi maiori coronã sibi ad caput accõmodanti. Ita orationem. in or. lib. 95.. Quàm ad uos, qui possetis, exacuẽdos accõmodaui orationem meam. Sumptus ad mercedem. Att. 197. Ciceroni uelim hoc proponas, ita tamen (si tibi non iniquum uidebitur) ut sumptus huius peregrinationis (quibus si Romæ esset, domumq; conduceret, quod facere cogitabat, facile contentus futurus erat) accommodet ad mercedem Argileti, & Auentini. Id est, non plus impendat hac peregrinatione, quàm capiat ex Argileti, & Auentini locatione. In partes. aliquid. ad Her. 30. Quod in plures causas potest accõmodari. De aliqua re. aliq. in fa. 203. Vt ei de habitatione accommodes.

Accrescere.

Accrescere. aliquid simul cum aliquo. Terent. 13. Quæ accepta à paruis cum ætate accreuit simul.

Accumbere. in fam. 142.. Accubueram hora nona. Item Pl. 228.. Locus hic tuus est, hic accumbe. 2. uol. or. 252. Vir accumberet nemo. Epulis. 2. uol. or. 142. Qui quotidianis epulis in robore accumbunt. Scortum. Plau. 14. Quod dij dant boni, caue culpa amissis tua: dimidium auri datur, accipias, potesq;, & scortum accumbas. Satis rara est dicendi forma.

Accusare. est uel apud iudices, uel quoquo alio modo aliquẽ in aliquo peccasse arguere. In constructione uero eam naturã sequitur, quam etiam, Damno: in cuius expositione omnia plenius exequemur. Ambitus. 3. uol. or. 40. Vt si se isto infinito ambitu commaculauisset, ambitus alterum accusaret. Item in ora. lib. 134.. 174.. Maiestatis. Att. 323. Gabinium accusauit maiestatis. Peculatus. ad Her. 4.. Rei capitalis. 1. uo. or. 93. Apud C. sacerdotẽ rei capitalis accusatus. De negligentia. Att. 4. Non committã posthac, ut me accusare de epistolarum negligẽtia possis. De aliquo. Att. 2.. Hoc eò ad te scripsi, quod is me accusare de te solebat. De ueneficijs. 1. uol. or. 33.. Sexcenti sunt, qui inter sicarios, & de ueneficijs accusabantur. In re. 2. uol. or. 179. Atq; in ea re per Luciũ Cæciliũ Scylla accusatur. Per aliquem. 2. uol. or. 179. uide, In re.

Acere uinum. De re rust. 19. Quod neq; aceat, neq; maceat.

Acescere cibum alicui. Cel. 10. Cui uero cibus acescit. Ita, In stomacho aliquid. Cels. 26. Aliæ refrigerant, aliæ facile in stomacho acescunt.

Acquiescere in re, & aliqua re aliquem: ut, in Oculis, Ore, Vultu alicuius. 3. uolum. orat. 144.. In tuis oculis, in tuo ore, uultuq; acquiesco. In libris. 2. uolum. phil. 109. Qui iam ætate prouecti in nostris libris acquiescunt. In nomine alicuius. 1. uolum. phil. 91. Sed quia facilime in nomine tuo acquiesco. Aliqua re. 3. uol. orat. 121.. Qui maxime P. Clodij

morte acquierunt.

Acquirere aliquid, ut **Gratias**. Att. 2. Et quam omnes gratias non modo retinendas, uerum etiam acquirendas putemus.

Moram ad agendum. 1. uol. orat. 286. Moram ad condemnandum acquisiuisse. De offic. Cic. 33.. Qui semper aliquid acquirunt, quod spectet ad bene beateq; uiuendum. Quem locum Erasmus exponens, inquit, Acquirere non est simpliciter aliquid nanciscí, sed est potius ad ea adiungere, quæ iam parta sunt. ut ad poscere. uide uerbum. Erasmus.

Actitare Causas. in or. lib. 187. Etiam M. Pontidius municeps noster multas priuatus causas actitauit.

Acuere. Longe uerbi illustrior est usus in transferendo, quàm in propria significatione, quæ est, ferrum, gladium, cultrum, & cætera id genus acuere: quare nos translata tantum persequamur. **Pectus** alicui. Plaut. 38.. Quid opus est uerbis? ita mihi pectus peracuit. **Ad dicendum** aliquem. in orator. lib. 210. Si quis ad dicendum acuat, aut adiuuet in eo iuuentutem, uituperatur. **Ad crudelitatem**. 3. uolum. orat. 138.. Eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio. **Solicitudines** Aliquid. in famil. 138. Solicitudinesq; meas quotidie magis tua merita exacuunt. **Aliquem** Aliquid. De officijs. 52.. Itaque duæ res, quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant, otium & solitudo. **Aetatem** Hominem. Terent. 93.. At enim metuas, ne ab re sint tamen omissiores paulo, ò noster Demea, ad omnia alia ætate sapimus rectius, solum unum hoc uitium affert senectus hominibus, attentiores sumus ad rem omnes, quàm sat est, quod illos sat ætas acuet. **Ingenium**. in oratorijs lib. 176. Non enim solum acuere, sed etiam alere ingenium potest. **Linguam**. in oratorijs lib. 196.. Qui non linguam modo acuisses exercitatione dicendi. **Prudentiam** intelligendi. in oratorijs lib. 92.. Et quod consuetudo, exercitatioq; & intelligendi prudentiam acueret, & loquendi celeritatem

ritatem incitaret. **Industríam**. ad Herenn. 24. Imò erigit omnium cupiditates, & acuit industriam.

Adamare Aliquid. Laur. Val. dicit amare generalis esse significati, adamare amatorie: quod tamen non ita semper est, sed proprie adamare Cicero pro placere, & concupere posuisse uidetur. primo uolumine orationum. 126. Cum signa quædam pulcherrima, atque antiquissima thermis in publico posita uidisset, adamauit. Item in oratorijs libris. 149.. Et si illam præclaram & eximiam speciem oratoris perfecti, & pulchritudinem adamasti. in fa. 19.. Quorum laudum gloriam adamaris. La. Val.

Adbíbere. Terent. 55. Is mihi ubi adbibit plus paulo, sua quæ narrat facinora?

Addere. Accessionem habet ubique uerbi significatio, constructionem uero hoc modo uariat. aliquid alicui, & ad aliquid, & in aliquid, addere ut dicamus. **Animum** alicui. Attico. 100.. Sed hæc opinor sunt in his libris, quos tu laudando animos mihi addidisti. Item Plaut. 4.. **Alacritatem**. Attico. 252.. Addis mihi scribendi alacritatem. Id est, auges. **Annum**. Att. 190. Vnus annus additus labori tuo: id est, adiunctus. **Dieculam**. Terent. 17. Non sat habes, quòd tibi dieculam addo. **Multum** Reip. Sallust. 44. Quorum maiores Punico atque aliis bellis multum Reip. addiderant. Id est, multum Rempub. auxerant. **Virtutem**. Sallust. 23.. Compertum habeo milites uerba uirtutem non addere. **Manum** alicui. Plaut. 228. Quomodo me hodie uersauisti? ut me in trichas cõiecisti, quomodo de Persa manus addita est? Item. 204.. Eo pacto auaræ ueneri pulchræ addidi manum. Est autem genus irrisionis, sed uide, adire manũ. **Ad rem** aliquid. Att. 38. Ad illam celeritatẽ adde etiam si quid potes. **Ad memoriam** rei alic. in fa. 8. Curasti enim, ut plus additũ ad memoriã nominis nostri, quàm adem ptum de fortuna uideretur. **In rem** aliquid. Att. 8. In illam orationẽ Metellinã addidi quædam. **In fasciculum** literas. Att.

203. Eas in eundem fasciculum uelim addas, nisi iam forte dedisti. In sententiam. Sallust.18.. Sed per deos immortales quamobrem in sententiam non addidisti, uti prius uerberibus in eos animaduerteretur? De suo. in fam.47. Sed aliquid atque adeo multum addunt, & afferunt de suo.

Addicere. Verbum est ad auctionē maxime accommodatū: nā cum alteri licitatorum uenalem rem magister adiudicare uellet, hoc uerbo uti solebat. Sed & huius recte ad alia quoq; transferendi mos fuit. 1.uo.or.287. Licetur Ebutius, deterrentur emptores multi, partim gratia Cæseniæ, partim etiam pretio, fundus addicitur Ebutio. Sanguinem alicuius. 3.uo.or.97. Eius ipsius domū euertisti, cuius sanguinē addixeras. Id est, quasi sub hasta cuius sanguinē uendideras. Sententiam. 3.uo.or.170.. Cum te neq; principes ciuitatis rogādo, neq; maiores natu monendo, neq; frequens senatus agendo de uendita, atque addicta sentētia mouere potuit. Fidē pretio. 1.uol.or.124.. Etenim si illud est tam flagitiosum (quod mihi omniū rerū turpissimū, maximeq; nefariū uidetur) ob rem iudicandā pecuniā accipere, pretio habere addictā fidē, & religionē. Fortunas alicuius. 2.uol.or.207.. Cum hoc coire ausus es, ut Reip. statum, ut senatus authoritatem, ut ciuis optime meriti fortunas prouinciarū fœdere addiceres? Ita Bona alic. Cæ.150. Qui uerba, atq; oratione aduersus remp. habuissent, eorum bona in publicū addicebat. Morti aliquem. De off.61. Vt cum eorum alteri, Dionysius tyrannus diem necis destinauisset, & is qui morti addictus esset. Supplicio. 2.uol.or.195.. Non tamen sententijs prius iudicū conuinceretur, quàm supplicio addiceretur. Vt morti supra. Vastitati. Att.144. Quanquam mihi ista omnia addicta uastitati uidentur. Se cupiditatibus. in or.lib.19. Quæ corpus suum addixerit turpissimæ cupiditati. Ita, intemperantiæ. in orat.lib.32. Petulantiæ. 1.uol. orat. 17.. An deformata atq; ornamentis omnibus spoliata, nuda cupiditati, petulantiæq; addicatur

addicatur. Seruituti aliq. Cæs.100. Aut imbecillitate animi omnem Galliam prosternere, ac perpetuæ seruituti addicere. In publicum aliq. uide bona alic.

Adducere. Etsi ob ad particulā, ex qua compositū est uerbū, magis ad locū significare uidetur: de loco tamē eo interdū boni etiā cum sua præpositione usi sunt, ut in exēplis habebitur. Ad misericordiā aliq. Ter.73. Si non est uerū, ad misericordiā ambos adduces cito. Ad arbitrium suū aliq. in fa.75. Neq; ita feci, ut te ad meū arbitriū adducerē. Ita Ad indignationem animū. ad Her.29. Ad quam uolemus indignationē animum auditoris adducemus. Ita Ad iracundiā. ad Her.20.. Auditorem ad iracundiā adducit. Ad interregnū comitia. Att.327.. Ad interregnū comitia adducta. Hoc rudioribus additum esse uolumus, Interregnū fuisse illud tempus, quo imperiū legitimo rege uacabat: Interrex enim per illud tēpus imperiū administrabat. Quod etiā seruatū est inter cōsulatus, cū scilicet superiores coss. cōsulatu abijssent, neq; etiā dū noui coss. facti essent. ut sit, fient coss. in interregno, non autē suo tempore. Interregnum. Ad ueritatem aliq. in or.lib.170.. Calamidis dura illa quidē, sed tamen molliora quàm Canachi, nondū Myronis satis ad ueritatē adducta. Id est, quæ nondū satis humanē naturalem referebāt: agit enim de signis. Ad tempus aliquid. in or.lib.172. Ex aliquo loco aliquid. Cæs.79. Quod ex Italia adduxerat. In angustum. De off.99.. Ita cōtracta res est, & adducta in angustū. In cognitionem. 2.uol.or.207. Non te illius unguentorū odor, nō uini anhelitus, non frons calamistri, notata uestigijs in eam cognitionē adducebat. In dubitationem. in fa.33. Quod itinerū meorū ratio te nonnullā in dubitationē uidetur adducere. In discrimē. Att.75. Ex quo te intelligere certò scio, multorū annorū ostētationes meas nūc in discrimē esse adductas. Itē. 2.uol.or.137. In honorē aliqd. in fa.107.. Nā dū uolūt isti lauti terra nata, quæ lege excepta sunt, in

honorem adducere, fungos, heluellas. In inuidiam. 2. uol. orat. 39. In summam enim L. Quintius inuidiam contionibus eum quotidianis adduxerat. De offic. 63. 67. in famil. 3.. 1. uolu. orat. 179. In ius aliq. 1. uolum. orat. 5.. Illud etiam restiterat, quod hesterno die fecerunt, ut te in ius adducerent, ut nobis, &c. Nunc est de iudice, non autem de reo: alloquitur enim Aquilium iudicem, nam de litigatore fortasse magis est in iudicium adduci, quam in ius: etsi sit ire in ius de litigatore, ut suo loco. In iudicium. 1. uolum. orat. 107.. Petita multa est apud istum prætorem à Q. Opimio qui adductus in iudicio uerbo. In locum. Att. 273. In eum autem locum rem adductam intelligit. In obliuionem. 1. uol. orat. 75.. Cum accusatio nostra in obliuionem diuturnitatis adducta sit. In opinionem aliquid. in familiar. 2.. Omniumq; Pompei familiarium studium in eam opinionem rem adduxerunt. Item. 2. uol. philosop. 218.. Id est, adducere homines, ut id opinentur. In ordinem. 2. uol. phil. 196.. Idq; ex inordinato in ordinem adduxit. In sententiam suam aliq. in familiar. 18. Vt aut te in meam sententiam adducam &c. In sermonem aliquem. 1. uolum. orationum. 179. Adductus erat in sermonem, inuidiam, uituperationem. Nunc est de eo esse sermonem non bonum. In spem aliquem. Attico. 90. In eam spem adducimur. In suspitionem aliq. passiue. Attico. 38. Pollicitus est sese curaturum, ut in aliquam suspitionem facinoris Curio filius adduceretur. In uoluntatem aliquem aliq. Attico. 18.. Pompeium adduxi in eam uoluntatem, ut in se &c. In uituperationem aliquem. uide, in sermonem. Aliquando est pro abducere, seu in contrariam partem ducere, ut Balistæ adducuntur. primo uolumine philosophiæ. 187. Vt enim Balistæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eò grauiores emissiones habent, quo sunt contenta, atque adducta uehementius &c. ita Ramum. secundo uolumine philosophiæ. 105.. Cum autem ille respondisset

disset in agro ambulanti ramulum adductum, ut remissus est, in oculum recidisse. Tertium annum. Att. 290. Feci non sapienter, præsertim cum id commiserim, ut ille alter annus etiam tertium adduceret. Nunc est adiungere, trahere. Cum uerbo uero Possum, & cæteris eiusdem significationis, & hac particula, Vt, cum frequens, tum etiam perornate usurpatur. in famil. 23. Non enim adduci possum, ut abs te &c. Etre aliqua. 1. uolu. orat. 55.. Adductus sum Iudices officio, fide, misericordia, multorum bonorum exemplo, ueteri consuetudine, institutoq; maiorũ, ut onus hoc laboris &c. Mercede. in orat. lib. 101.. Amicitia. Att. 9.. Odio. Att. 16.. Spe. Att. 16.. Metu. 1. uol. orat. 280. Ita tu in multis huiusmodi facere à te poteris.

Adedere aliquid. 1. uol. orat. 7. Quis tam perditus ac profusus nepos, non adesa iam, sed abundanti pecunia sic dissolutus fuisset: id est, consumpta pecunia.

Adæquare aliquid. Att. 311.. Senatorum urna copiose absoluit, equitum adæquauit: arbitror equitum sententias pares fuisse inter absolutionem & damnationem. Item Cæs. 28. Vt propè summam muri, aggerisq; acerui armorum adæquarent.

Adesse, & præsentiam, & fauorem uerbum significat. Alicui. in famul. 91. Ego tamen tuis rebus sic adero, ut difficilimis. Contra aliq. Att. 1.. Rogauit me Cæcilius, ut adessem contra Satrium. In pariendo. Teren. 18. Dijs pol habeo gratias, cum in pariundo aliquot affuerunt liberæ. Ita Scribendo. in orat. lib. 143. Et eundem, id quod in autoritatibus perscriptis extat, scribendo affuisse. Item Att. 99. Cato autem & scribendo affuit. Vbi non modo hominis præsentiam, sed fauorem etiam significat. In casu aliquid. in famul. 51. Ego uero Serui uellem (ut scribis) in meo grauissimo casu affuisses. Ita In re decernenda. Att. 15. Præsentem. 2. uolu. orat. 21. Adest præsens uir singulari uirtute. Prope.

Terent. 4. Propè adest cum alieno more uiuendum est mihi. Plaut. 36. Mox. Terent. 50. Biduo. Att. 23. Ad diem. ad Cal. Att. 230.. Ad quas adero. Ad iudicium. 1. uolu. orat. 76.. Neque ad iudicium affuturum. Vsum. Cæs. 185. His erat rebus effectum, ut equites mille aptioribus etiam locis septem millium pompeianorum impetum, cum adesset usus, sustinere auderent: id est, opus esse. Aequo animo. Ter. 1.. Adeste æquo animo: id est, auxilium præbete. Item animo aliquem. de offic. 127. Ades inquit animo, & omitte timorem. Quid sit, ipse se declarauit, dicens, omitte timorem. Item. 2. uol. orat. 102. 1. uol. orat. 290.. Ad imperandum, & ad parendum. in famil. 142. Sed iocabimur aliás coràm, & , ut spero, breui, nunc ades ad imperandum, uel parendum potius. Ad exercitum. Plaut. 7.. Sed ubi sumus imperator non adest ad exercitum. Vim alicui. 3. uol. orat. 127. Ergo aderat uis (ut ait Poëta ille noster,) quæ summas frangit infirmatq; opes: id est, uim facere. Præsto adesse. Don. ait magis esse poëticum: Præsto uero esse, oratorium.

Adhibere. Quàm & hoc uerbum tum constructione tum significatione Latini sermonis usum uariarit, exemplis ipsis magna ex parte deprehendi poterit. Ad causam aliquem. in orat. lib. 193. Celeriter ad maiores causas adhiberi cœptus est. Ad ornatum. in orat. lib. 157. Post adhiberi cœpta est ad ornatum etiam corporis. Ad disciplinas Studium. in orat. lib. 178. Animum fortem. in famil. 79. Sed tu illum animum nunc adhibe quæso, quo me tum esse censebas. Nunc est præstare se forti animo. Animum. Plaut. 249. Vestrum animum adhiberi uolo. Nunc attentionem significat. Arbitros. 2. uolu. orat. 125.. Huic ego iudices satisfacere cupio, uosq; adhiberi arbitros. Autoritatem. 2. uolu. philosop. 139.. Nulla adhibita sua autoritate. Artem rei alicui. in orat. lib. 96. 101.. Calcaria alicui. in orator. lib. 183. Vt

Isocratem

Isocratem in acerrimo ingenio Theopompi, & leniſsimo Ephori dixisse traditum est, alteri se calcaria adhibere, alteri frenos. Cautionem. Att. 19. Vt reipub. Constantiam præstem, priuatis rebus meis propter infirmitatem bonorum, iniquitatem malorum, odium in me improborum, adhibeam quandam cautionem, & diligentiam. Celeritatem. in famul. 156.. In quo si celeritas erit adhibita. Consolationem alicui. in orat. lib. 196. Tamen ea consolatione sustentor, quam tu mihi Brute adhibuisti tuis suauissimis literis. in famul. 47.. Contentionem. Att. 290. Sed quia tanta adhibebatur & à nobis, & à prætoribus contentio, ut rem posse confici non dubitarẽ. Cultum alicui. 2. uol. phil. 2.. Quid est quod ullos dijs immortalibus cultus, honores, preces, adhibeamus? Curam. in fa. 21. De sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim. Curationem. 1. uolu. philosop. 191. Omnibus his nulla'ne est adhibenda curatio? Item de offic. 10. in orato. lib. 188. Dere aliqua aliquid. in famuliar. 21. De sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim. Ita de salute alicuius, de reditu &c. Delectum. in oratorijs lib. 201.. Quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur. Desperationem in consilium. in famuliar. 78. De te autem ipso Torquate tuum est sic agitare animo, ut non adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem. Diligentiam. Att. 1. Nos in omni munere candidatorio fungendo summam adhibebimus diligentiam. Item de offic. 28. Doctrinam. Att. 291. Ea autem adhibita doctrina est, quæ uel uitiosissimam naturam excolere possit. Dolorem animi. in famuliar. 51. Et in me consolando non mediocrem ipse animi dolorem adhibuisti. Dolum. secundo uolumi. orationum. 220.. Illud in primis, nequa calumnia, nequa fraus, nequis dolus adhibeatur. Fraudem. uide, dolum. Frenum. uide, calcar. Gratiam. uide, curam. Grauitatem in re aliqua. Att. 327.

De uirtute

De uirtute, & grauitate Cæsaris quam in summo dolore adhibuisset &c. **Honores.** uide, cultum. **In consilium** aliquid. in fam. 21. Tecum loquere, te adhibe in consilium, te audi, tibi obtempera. Vide item desperationẽ. Item de off. 50.. **Iudicium.** in orat. lib. 201. Iudicium ergo adhibebit. **Laudatorem.** 1. uol. phil. 78.. Quæ nec testes ullos è claris uiris, nec laudatores poterit adhibere. **Lectionem** ad aliquid. in fam. 75. Ad quas ego nihil præter lectionem adhibui. **Liberaliter** aliquem. Att. 193. Quos ego uniuersos adhiberi liberaliter, optimum quenq; hospitio amicitiaq; coniungi dico oportere. **Lumen** alicui rei. in orat. lib. 147. Vt oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem & tenebras afferat. **Machinas** ad aliquid. Att. 127. Vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem. **Magnitudinem** animi. de offic. 15. Quo magis his & magnitudo animi est adhibenda. **Manus** alicui rei. 2. uolu. orat. 74.. Adhibeant manus uectigalibus nostris: id est, diripiant. **Medicinam** alicui. 2. uol. orat. 215. Non ne fuit eo maior adhibenda medicina? **Memoriam** alicui rei. in orat. lib. 122. Vt his rebus adhibeat tanquam lumen aliquod memoriam, ut uocem, ut uires. **Miserationem.** in orat. lib. 172. Multaq; miseratione adhibita. **Misericordiam.** 2. uolu. orat. 91.. Adhibeatis in homunis fortunis misericordiam. **Moderationem.** in familiar. 153. Est enim adhibita in ea re ipsa summa à nobis moderatio. Item. 2. uolu. orat. 66. in orat. lib. 130.. **Modum** rei. 1. uolu. philosop. 19. Sed adhibebit modum quendam, quem ultra progredi non oporteat. **Mundiciam** rei. de offic. 26.. Adhibenda est præterea mundicia. **Neruos.** Att. 264. Si tu neruulos tuos mihi sæpe cognitos, suauitatemq; qua nemo tibi par est, adhibueris. **Officium** erga aliquid. in fam. 205. Itaque hoc eius officium, quod adhibetur erga illos. **Patronum.** in orat. lib. 137. Plures

res adhibent patronos. Item. 147. **Pompam.** in re. in ora. lib. 136. Sed adhiberi quandam in dicendo speciem, atque pompam, & pugnæ simulem fugam. **Preces.** uide, cultum. **Præparationem.** de offic. 15. Adhibenda est præparatio diligens. **Principem** in causis. in orat. lib. 194. Cum Cotta princeps adhibitus esset, priores tamen agere partes Hortensium. **Rationem.** 1. uol. phil. 222. Itaque bene adhibita ratio, cernit quid optimum sit. in orat. lib. 188.. **Religionem** alicui. in orat. lib. 192.. Vide ne religio nobis tam adhibenda sit, quàm si testimonium diceremus. **Reuerentiam** aduersus aliq. de offic. 20. Adhibenda est igitur quædam reuerentia aduersus homunes, & optimi cuiusq; & reliquorum. **Sapientiam.** 2. uol. orat. 91.. Adhibeatis in homunis fortunis misericordiam, in Reip. salute sapientiam, quam soletis. **Speciem.** uide, pompam. **Se in** consilium. uide, in consiliũ. **Studium** ad aliquid. in orat. lib. 178. Non enim facile quem dixerim plus studij, quàm illum & ad dicendum, & ad omnes rerum bonarum disciplinas adhibuisse. **Testem** deum. de offic. 60.. Meminerit se deum adhibere testem. **Tormentum.** de offic. 60. Sed tanquam tormenta quædam adhibemus. **Vanitatem** rei. de offic. 63. Qui orationis uanitatem adhibuerunt. **Virtutem.** uide, grauitatem. **Vsum.** in orat. lib. 122. Studio adhibito & usu. **Vocem.** uide, memoriam. **Vim** alicui. 1. uolu. or. 8. Adhibenda uis est ueritati. Item. 293. His uis adhibita non uidebitur. Est autem nunc uim afferre. **Vires.** uide, memoriam. Et est modo addere.

Adhinnire. Equorum est proprium, & dicimus ad aliquid adhinnire. 3. uolu. orat. 94.. Itaque admussarius iste simul atque audiuit à philosopho uoluptatem tantopere laudari, nihil expiscatus est, sic suos sensus uoluptarios omnis incitauit, sic ad illius hanc orationem adhinnijt, ut, &c.

Adhortari Aliquem ad aliquid. Cæs. 97. Adhortatus ad laborem

borem milites, Alexiam circunuallare instituit. Item de off. 8.

Adigere Aliquo aliquem, siue ad aliquid. Terent. 29. Aut mox noctu te adigent horsum insomnia. **Ad insaniam** aliquid. Terent. 78. Proh Iuppiter tu homo adiges me ad insaniam. Etsi legitur **rediges** in palatino codice. **Ad iusiurandum** aliquid. Cæs. 141. Ad idem iusiurandum adegit Afranium. Asc. idem dixit per ablatiuum. 26.. Vt Curionem accusatorem suum accusaret, & id facturum esse iureiurando adegit. **Arbitrum** aliquem, ut sit agere ad arbitrum aliq. ut adire Cæsarem. de offic. 65. Arbitrum illum adegit.

Adiícere Aliquid alicui, & ad aliquid, & aliquo. ut **Animum** rei alicui. Plaut. 157. Quasi militi animum adieceris. **Oculos** alicui rei. 1. uolu. oration. 116. Partim planè uidebant adiectum esse oculum hæreditati. **Latus** rei alicui. Cæs. 203.. Vnum latus erat adiectum flumini Nilo: id est, Nilum attingebat. **Animum** ad uirginem. Terent. 27. Sed ego quantum suspicor, ad uirginem animum adiecit. **Oculos** ad aliquid. 2. uolu. oration. 71. Cum ad omnia uestra pauci homines cupiditatis oculos adiecissent: id est, concupissent. Cæs. 198. Ad has minores, apertasq; complures adiecerunt: id est, adiunxerunt: de nauibus enim loquitur. Ita de offic. 23.. Ad eam laudem doctrinæ & ingenij gloriam adiecit. Ita **Aliquid** noui. 2. uol. phil. 205. Non ut aliquid ex ijs noui adijcerem. **Aliquo**. 2. uolu. phil. 177. Quo ne imprudentiam quidem oculorum adijci fas fuit: id est, quo ne imprudenter quidem fas fuit oculos conijcere.

Adimere Aliquid alicui, & de re aliqua. **Causa**. Terent. 19.. Vbi ea causa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta his, desinent. **Consuetudinem** alicui. Terent. 125.. Dum expecto, quàm mox ueniat qui adimat hanc mihi consuetudinem. **Ciuitatem**. 1. uolu. oration. 303.. Et si semel ciuitas adimi potest. **Curas** aliq. Terent. 120. Quot commodas

modas res attuli? quot autem ademi curas? **Recusationem**. in orat. lib. 142. Tum ille, adimere inquit omnem recusationem Crasso uolui. **Aegritudinem** alicui. Terent. 60. Aut illud falsum est, quod uulgò audio dici, diem adimere ægritudinem hominibus. **Facultatem**. Att. 41. Nisi mihi dolor meus, tum omnes partes mentis, tum maxime huius generis facultatem ademisset. **Mentem**. uide, facultatem. **Metum**. Terent. 8.. Vt metum, in quo nunc est, adimam. **Potestatem**, ut facultatem. 1. uolu. oration. 58. Cur his non modo persequendi iuris sui, sed etiam deplorandæ calamitatis adimis potestatem? **Spem**. Terent. 7.. Ita postquam adempta spes est. **Somnum**. Att. 31. Quid quæris? primum ita me pupugit, ut somnum mihi ademerit. **Dere** aliqua. in familiar. 8. Curasti enim ut plus additum ad memoriam nominis nostri, quàm ademptum de fortuna uideretur.

Adipísci Aliquid. ut magistratum. de offic. 15. Abiecta omni conclatione adipiscendi magistratus sunt. & passiue est positum. **Ordinem**, senatorium. 2. uolu. oration. 155. Nam princeps legationis Lysanias adeptus est ordinem senatorium.

Adire Aliquem, & ad aliquem. **Aliquem**. Terent. 128. Sed quid cessas hominem adire? **Hæreditatem** aliq. 1. uolu. orat. 102. Si hoc tum fuisset edictum, fortasse Ligurem hæreditatem aditurum non fuisse. Item. 3. uolu. oration. 168.. Cum ipse patris hæreditatem non adisses. De offic. 70.. Est hæreditario iure eius bona, de quo agitur, capere. **Periculum**. 3. uolu. orat. 67. Neque tantum periculum adire mihi uisus sum. **Periculum** capitis. Terent. 16. 3. uol. orat. 36. 115. **Periculum** mortis. 2. uolu. orat. 21. A. Cluentius nullum periculum mortis adijt. **Manum** alicui. Plaut. 204. Plauti lo
Eo pacto auaræ Veneri pulchrè adij manum. Quem tamen cus.
locum interpres (ut dicebamus) **addere**, nõ autem **adire**, & legit, & exponit. Paulò tamen infra item est: Cum scribunt

bunt Veneri ut adierit leno manum. Item.37.. Cum illis impuris omnibus adij manum: id est omnes frustra habui. Vtranq; lectionem apposui,ut utram lector magis probarit, eam usurpet. Ego tamen magis adire, quam addere manum, legendum putarem. Ad pactionem cum aliquo. Pl. 35. Nunc hic eam rem uult,scio mecum adire ad pactionem. Ad causas. in orat. lib.194. Tum primum nos ad causas priuatas,& publicas adire cœpimus.

Adiudicare. Est per sententiam aliquid alicui tradere: cuius è regione contrarium est Abiudicare. de officijs. 7.. In medio relictum quod erat, Pop.Roma. adiudicauit. Item.55..Nemo enim dubitat, quin domus nobis esset adiudicata. Salutem alicui. Att. 18.. Vt in senatu non semel,sed sæpe,multisq; uerbis suis mihi salutem imperij, atque orbis terrarum adiudicarit. Id est,ut à me salutem imperij Rom.esse fateretur. In seruitutem aliquem.1.uolu. orat. 63.. Ipsam Veneri in seruitutem adiudicauit.

Adiungere. Vt in sensu uerbum se uariet, exempla docebunt. Constructio uero est aliquid alicui, & ad aliquid adiungere. Comitem. Att. 144.. Quare eius fugæ comitem me adiungerem. Item Att. 9. Hic dies me ualde Crasso adiunxit: id est,coniunxit. Accessionem rei. de offic.28. Hanc Scaurus demolitus, accessionem ædibus adiunxit: id est, domum laxiorem effecit. Fidem rei.2. uolu. phil.132. Auctoritatem quidem nullam debemus,nec fidem commentitijs rebus adiungere:id est,adhibere. Autoritatem rei, uide,fidem. Ita Diligentiam alicui.2.uolu. orat. 18.. In altera diligentia uestra nobis adiungenda est. Auxilium sibi.1. uol.orat.37.. Propterea quod auxilium sibi putant adiunxisse. Decus, dignitatẽ.in fa.21. Mihi uero tantum decoris,tantum dignitatis adiunxeris:id est,addideris. Aliquid alicui.in fa. 75. Tu ei M.Mindiũ fratrẽ tuũ adiũxisti.Ita Socium.1.uo. phil.

Phil.91..Non equidem recuso, sed te adiungo socium. Item.1. uol.Orat.2.. Animum ad studium.Ter.2..Vt animum ad aliquod studium adiungeret. Id est, appelleret,applicaret. Ita Aliquo. Ter.116. Aliquando tandem huc animum ut adiungas tuum. Fortunam ali.ad aliquid. 2.uol.Orat.13. Fuit enim profectò quibusdam summis uiris quædam & ad amplitudinem & gloriam, & ad res magnas bene gerendas diuinitus adiuncta fortuna. Ad imperium prouincias. Att.331.Ad imperium adiũctæ prouinciæ. Ita Ciliciam.2.uol.Orat.10.. Vnde quinquagesimo die totam ad imperiũ Pop.Ro. Ciliciam adiunxit. Ita Vectigalia.2.uol.Orat.63. Hæc eos uectigalia, quæ Cn.Pompeius adiunxit. Metum ad gratiam.2.uol. Orat.58..Vt aliquis metus adiunctus sit ad gratiam. Id est,ut accedat etiam metus. Ad amicitiam. 2.uol.Philos.208.. Quoscunq; uelis adiungere ad amicitiam. Ad nostros sermones aliq.in Famil.194..Tu sicut mihi pollicitus es,adiunges me quamprimùm ad tuos sermones. Id est, unum me facies ex eis,qui in tuis dialogis loquuntur. Ad rationes ali.se.Ego quidem,ut debeo, & ut tu mihi præcepisti, & ut me dignitas, & utilitas cogit,me ad eius rationes adiungo,quem tu in meis rationibus tibi esse adiungendum putasti. Nunc est sequi eius commoda. Ita Ad causam ali.in Famil.12. Ad eorum causam me adiungerem. Ita Opportunitatem ad aliquid.2. uol.Or.13..Nunc cum ad cæteras summas utilitates,hæc quoq; opportunitas adiungeretur. Ita Beneficio aliq.sibi.Terent. 77.. Ille quem beneficio adiungas,ex animo facit. Propinquitate se ad aliq.Plaut.35..Quam ad probos propinquitate proximè te adiunxeris,tam optimum est. Benevolentiam. 2.uol.Orat.134. Benevolentiam adiungit lenitate audiendi.Id est,acquirit.

Adiurare. Att.35.Põpeius affirmat non esse periculũ,adiurat.

Adiutare Aliquid. Ter.124. Qui adiutaret funus.i.curaret.

Onus alicui. Terent. 109. Tu pueris curre Parmeno obuiam, atq; his onera adiuta. Donatus ait locutionem esse antiquam.

Adiuuare aliquid àliqua re. in Orat. lib. 126.. Cum C. Marius mœrorem orationis meæ præsens ac sedens multum lachrymis suis adiuuaret. Item Terent. 140. Pariter nunc opera me adiuua. **Delectum**. Att. 111. Me Pompeius Capuam uenire uoluit, & adiuuare delectum. Id est, operam in scribēdis militibus dare. **Hæredem**. Terent. 111. Sanè Hercle homo uoluptati obsequens fuit dum uixit, & qui sic sunt, haud multum hæredem adiuuant. Id est, haud magnam hæreditatem relinquunt. **De aliqua** re aliq. in Famil. 10. Nam neque de monimentis meis ab ijs adiutus es, à quibus debuisti, neque de ui nefaria, qua cum fratre eram domo expulsus.

Administrare aliquid. 2. uol. Orat. 4.. Non satis esse paratum ad tantum bellum administrandum. Item in Orat. lib. 102. Ita **Belli** adiumenta. 1. uol. Orat. 261. A nobis omnia Pop. Ro. semper & belli adiumenta, & pacis ornamenta administrata sunt. **Prouinciam**. Att. 293.. Ac mihi quidem uidetur non sanè magna uarietas esse negotiorum in administranda Asia. **Vindemias. Fœnisicia**. de re Rust. 31. Vindemias & fœnisicia administrant ij. **Sementem**. de re Rust. 94.. Sed ne sementem quidem administrare. Id est, parare.

Admirari aliquid, & de aliquo. de Off. 88.. Cuius quidem uillam ego contemplans (abest enim non longè à me) admirari satis nō posum. **Dere**. Att. 97. Ego nisi Bibulus, qui dum unus hostis in Syria fuit, pedem porta non plus extulit, quàm domo sua, admiraretur de triumpho, æquo animo essem. Id est, auidè triumphum concuperet.

Admiscere aliq. Terent. 68.. Ita tu isthæc tua misceto, ne me admisceas. **Aliq. aliqua** re. Att. 319.. Trebatium uerò meum quòd isto admisceas, nihil est.

Admittere ad aliq. 1. uol. Orat. 62.. Si te semel ad meas capsas admisero?

admisero? **Ad aliquem**. Ter. 30.. Tum tu igitur paulum da mihi operæ, fac ut admittar ad illā. Pl. 22. Nec quenquā interea alium admittat prorsus quàm me ad se uirum. **Culpam** in se. Ter. 128.. Si est patrue culpā ut Antipho in se admiserit. Item Pl. 43. **Dedecus**. in Fam. 40.. Si quid à me prætermissum fuerit, commissum facinus, & admissum dedecus cōfitebor. **Delictum** in se. Ter. 92. Vt me hoc delictū admisisse in me, id mihi uehemēter dolet. **Equum**. Cæs. 7.. Cōsidius equo admisso ad eum accurrit. Itē. 244. Signo felicitatis dato, equo admisso in hostem cōtra principes ire cōtendit. **Excusationem**. Asc. 55.. Admittebātur enim excusationes multæ. **Flagitium** alicuius rei. 2. uol. Or. 44. Statuerūt enim ita maiores nostri, ut si à multis esset flagitiū rei militaris admissum, sortitiōe in quosdā animaduerteretur. **Fraudē**. 2. uol. Or. 96. Nam si C. Rabirius fraudē capitalē admisit. **Facinus** in se. Cæ. 31. Simulq;, q. quātū in se facinus admisissent, intelligebāt. Itē Sall. 65. de Off. 71. **In se** aliqd. 2. uol. Or. 53. Quid tanq Habitus in se admisit? De qua locutiōe Don. ait, bono ornatu additū esse Se, cū & sine eo planū uideri posit: & illud esse, quē Cic. succū orationis appellat. **In aliquē**. Pl. 139. Quid tādē admisi in te, ut loqui nō audeā? **Maleficiū**. 2. uol. Or. 28.. Vbi, qua rōne, p quos, quo tpe maleficiū sit admissum. **Noxiā**. Ter. 44. Vnā hāc noxiā mitte, si aliā unq ullā admisero, occidito. i. si aliàs peccaro. **Sceleus**. Ter. 39.. Qd ego tantū scelus admisi miser? **Sūptū**. Ter. 97.. Euge iā lepidus uocor, fratris ædes fiēt puiæ, turbā domū adducet, & sumptū admittet, multa, quid mea? **Absolute**. de re Rust. 46. Tēpus optimū ad admittē dū. i. ut incāt equas, equi. **Admonere** aliquem. Att. 5.. Etenim ibi sedens hæc ad te scripsi, ut me locus ipse admoneret. **Aliquid** aliquem de aliqua re. in Famil. 102. Sed ut ego quoque te aliquid de uestris cautionibus admoneam. Item. 2. uol. Orat. 12.. **Verbis** alicuius aliquem. in Famil. 128. Caninius noster me tuis uerbis admonuit,

nuit,ut scriberem. Quemadmodum salutem dicere,atque osculari aliquem uerbis alicuius,ut suis locis.

Admouere aliquid alicui,ut cruciatus.1.uol.Orat.269. Quid cum ignes ardentesq; laminæ,& cæteri cruciatus admouebantur. **Stimulos**.3.uol.Orat.5. Quòd stimulos admouerit homini. **Faces**.in Orat.lib.143. Quasi quasdam uerborum faces admouissent.Item de Off.40.. **Aurem**.Terent.142.. Acceßi, astiti,aurem admoui. Item in Orat.lib.122.. **Sese** propius.de Off.102.Applicant sese,& propius admouent. **Manus** alicui.2.uol.Orat.63. Admoueret manus uectigalibus Pop.Rom. **Aliquid** ad aliq.in Or.lib.90. Num admoueri posit oratio ad sensus animorum? Ita ad motus animorum.in Orat.lib.139.. Maxima pars orationis admouenda est ad animorum motus.Id est,ut propius accedat,penitus ut eorum animis adhæreat.

Admurmurare. Est cum multi non uoce planè plana id, de quo agitur, improbare uidentur. Att.7.. Primum igitur scito,me non esse rogatum sententiam,propositum'que esse nobis pacificatorem Allobrogum, idq; admurmurante Senatu. Item in Orat.lib.135. Eiero inquit iniquus est, cum esset admurmuratum,ah inquit,Patres conscripti.Item.2.uol.Orat.11.

Adolescere. Est omnino crescere:sed maximè ad ætatem pertinet, etsi ad quædam similia transfertur. **Aetatem**.1.uol.Or.242.Ac mulieres adulta ætate. **Et ad ætatem**. Pl.69.Postquàm hæc adoleuit ad eam ætatẽ,ut uiris placere posset. **Vim terræ** in frugibus suis adolescere dixit Cic.de Off.87.. Quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit. **Vrbem**. in Orat.lib.167.Qui non nascẽtibus Athenis,sed iam adultis fuerũt. **Rem** ali.Sal.34.Sed res Persarũ breui adoleuit. **Pestem**.2.uol.Or.103.. Extinguetur, atque delebitur non modo hæc tam adulta Reipub.pestis.

Adoptare, & defensores, & qui in filij locum accipiuntur, rectè adoptari dicuntur, & dicimus adoptare aliquem, & in aliquid.

aliquid. Ter.77. Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi. Item 2.uol.Orat.220.. **Et filium**.Pl.130. Adoptat illum puerum subreptitium sibi filium. **In diuitias**. Pl.210.. Is in diuitias homo adoptauit hunc cum diem obijt suum. **Seipsum** aliq. in Orat.lib.187. Et C.Stalenus, qui se ipse adoptauerat,& de Staieno Aelium fecerat. **Defensorem**.1.uol.Orat.63.Quem sibi illa defensorem sui iuris, ultorem iniuriarum, actorem totius causæ adoptauit.Item in Fa.65..Ego autẽ quem potius adoptem,aut inuocem,quàm illum, quo defendente uincere didici?

Adoriri. De hoc uerbo hæc Donatus : Adoriri dicitur, qui ex insidijs repentè inuadit:dictum ab eo,quòd corpora aggredientium exurgant subito,atq; increscant.Et adorimur ex insidijs, & ex proximo:aggredimur uerò de longinquo.ut Terent.11. Hiccine me si imparatum in ueris nuptijs adortus esset. Item Terent.86.Adortus fratrem iurgio apud forum.

Adornare aliquid,ut **Accusationem**.2.uol.Orat.135.Vt idem accusationẽ,& petitionẽ Consulatus diligenter adornet, atq; instruat. **Fugam**.Ter.39. Ita iam adornabat fugam.Sic enim in Palatino legitur:& Don.ita exponit, ubi dicit figuram esse,quæ est etiam suprà. Adornant ut lauent. **Nuptias**. Pl.34.. His legibus cum tu dare uis cedò, nuptias adorna. **Petitionem**.uide,accusationem. **Testes**.2.uol.Orat.21. Omnis testiũ copia, quæ futura est,à matre initio est adornata. **Viaticum** alicui.Plaut.96.. Quin tu mihi adornas ad fugam uiaticum,priusquàm pereo. ut **Lauent**. Terent.37.. Continuò hæc adornant ut lauet.Vbique uerbum est pro parare.

Adposcere.Est datum etiam quid aliud poscere.Terent.169.. Minas quidem iam decem habet à me filia, quas pro alimentis esse nunc duco datas, hasce pro ornamentis consequentur alteræ,porrò hæc talenta dotis adposcent duo.

Adpromittere. Est quod alius promiserit, alius item si promittat.1.uol.Orat.22.. Cum id ita futurum T.Roscius Capito,

qui in x. legatis erat, adpromitteret, crediderunt. Prius enim illud ipsum promissum erat à Chrysogono.

Adrepere ad aliquid, ut ad amicitiã ali. 1. uol. Ph. 183.. Quibus rebus non sensim atq; moderatè ad istius amicitiam adrepserat. de re Rust. Ne mus, aut lacerta adrepere ad columbaria possit.

Aduenire aliquem optato. Ter. 13. Optato aduenis. **Per tempus.** Ter. 18.. O Chreme per tẽpus aduenis. **Ad tempus.** Ter. 20. Ego cõmodiorem hominẽ aduentũ ad tempus non uidi. **In tempore** ipso. Ter. 23.. In tempore ipso mihi aduenis. **Alicunde** aliq. Pl. 211. Nunc introibo, dum herus aduenìat à foro, opperiar domi. **Ad aliquem** aliq. Pl. 210. ⁀ 211. Dij immortales per me quanta aduenìet calamitas hodie ad hunc lenonem. **Morbum.** 2. uol. Phil. 137.. Nam medici ex quibusdam rebus & aduenientes, & crescentes morbos intelligunt.

Aduentare. Aduenire aliquid adesse significat: Aduentare uerò, quod mox affuturum sit. **Aliq.** Att. 77. Appius noster cum me aduentare uideret, profectus est Tarsum usque Laodicea. Item. 2.. **Diem.** Sall. 42. Sed postquàm dilapso tempore comitiorum dies aduentabat. Ita **Senectutem.** de Offic. 77. Ita tempus. Cæs. 101. Et aliq. **Ad aliquid.** in Famil. 20. Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare.

Aduertere. Cum cõsiderationem habet uerbum, non planè est plenum, nisi animũ addideris. ut Ter. 1. Nunc quam rem uitio dent, animũ aduertite. Itẽ Pl. 182.. Hoc agite, huc animũ aduertite. Item Sall. 81. Modò aliquid. **Animo.** Pl. 182. Nunc adeò hanc edictionẽ animo omnes aduertite. Itẽ Asc. 54. **Aliquid** ad se. ex Asc. 76. Dubitamus quid iste in hostiũ prædã molitus sit, scilicet cum pyratarũ nauẽ cæpit, & prædã omnẽ ad se aduertit: nunc est in rem suam conuertere. **Flumen.** 2. uol. Ph. 57. Nos flumina arcemus, dirigimus, aduertimus. Id est, ut se etiam aduersum recurrant, facimus. **Sese** aliquo. Ter. 32. Illa sese interea cõmodum huc aduerterat in hanc nostram plateam.

Aduigi

Aduigilare. Est operam dare, diligenter attendere. Terent. 16. Nam satis credo, si aduigilaueris, ex unis geminas mihi conficies nuptias.

Adumbrare. Pictorum propria est adumbratio, qui prius umbra & liniamentis quibusdam, quicquid in animo ad pingendum conceperint, effigiare solent: à quibus postea ad multa alia rectè transfertur. ut **Imaginem** gloriæ. 2. uol. Ph. 190.. Coniecturq; nullam eminentẽ effigiem uirtutis, sed adumbratam imaginem gloriæ. Ita **Deos.** 1. uol. Phil. 16. In Or. lib. 144. Id ipsum sumus in eorum sermone adumbrare conati. Item. 126.

Aduocare. Cũ in causis patroni sint, qui causam ipsam agunt, complures etiam alios adducere consueuerunt ueteres, qui tantum præsentia sibi adessent: hi uerò, quia aduocabantur, Aduocati sunt appellati. 1. uol. Orat. 13. Quòd si tum par tibi ius cum Alpheno fuisse non putas, quia tamen aliquem contra te aduocare poterat. Tamen alia etiam aduocantur: ut, **Animum** ad se. 1. uol. Ph. 164. Quid inquam agimus? nisi animum ad seipsum aduocamus? secũ esse cogimus? Est animũ liberare omni corporis seruitute. **Senatum.** Sall. Eò Senatum aduocat.

Aduolare. Att. 33. Sed ita te para, ut si inclamaro, aduoles. Item. 37. **Aliquo.** Att. 10. Aduola in Formianum. **Rostra.** Att. 9. Hic tibi Cato rostra aduolat. Vt sit uolare ad rostra, ut in multis.

Adulari aliquem. 2. uol. Ph. 109.. Neq; ita porrò aut adulatus, aut admiratus fortunam sum alterius, ut me meæ pœniteret. de Off. 18. Ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus, in quo falli facile est. Vbi Erasmus sibi passiuè dictum uideri notauit: etsi rectè in suo genere accipi potest. Erasmus.

Adulterare. Cum est cum aliena muliere uirum coire, absolutè profertur: non enim dicimus adulterare mulierem. M. Cato apud Gell. 146.. Illa te, si adulterasses, digito ne auderet contingere. **Iudicium.** de Offic. 113.. Tollit enim iudicium ueri, idq;

adulterat. **Tabulas**.1.uol.Orat.47. Adulterasse sese negat, expensum tulisse non dicit,cum tabulas non recitat. Posßum intelligere tabulas,uel quid tale.

Aedificare. Sua ipsius compositione:quid significet uerbum declaratur, sed ab ædibus ad quædam alia peruenustè transfertur. **Domum**. Att.309.. Domus utriusq; nostrum ædificatur strenuè. **Villam**. 2.uol. Phil.163.. Hanc uides uillam,ut nunc quidem est, lautius ædificatam patris nostri studio. **Hortos**.Att.150. Cui Cn.noster locum uberem,ut hortos ædificaret,dedit. **Prædia**. Att.252.. Quodq; temporis in nostris prædiolis & bellè ædificatis. **Vicos**. Cæs.128. Portas obstruit, uicos plateasque ædificat. **Plateas**. uide,uicos. **Nauem**.Cæs.31. Naues interim longas ædificari in flumine Ligeri iubet. Item.1.uol.Or.111. Ita classes. 2.uol.Or.5. Qui posteaquàm maximas ædificasset classes. Item.1.uol.Orat.94. **Stramentum**. Cæs.105.. Partim coniectis celeriter stramentis, quæ tentoriorũ integendorũ gratia erant inædificata. **Remp**. in Fa.127.Si quis adhibere uolet non modò, ut architectos,ucrumetiam ut fabros ad ædificandam Remp.poterimus & nos libenter accurrere. **Mundum**.1.uol.Philos.161.. Qui in Timæo mundum ædificauit Platonis Deus. **Meritum**.Att.89. Cæsarem in merito reædificando diligentiorem fore. **Historiam**.in Orat.lib.114.Ipsa autem exædificatio posita est in rebus & uerbis. Agitur enim de historia.

Aegrotare aliq. 2.uol.Or.53. Apud hunc ille Romæ habitauit, apud hũc ægrotauit. **Animũ** ex aliqua re.1.uol.Ph.226..Ex eo,q, magni æstimet,ut ea res,ex qua animus ægrotat, oriatur. Etsi propriè ægrotatio sit corporis,ægritudo animi, Cic.teste.

Aequare. Est par aliquid alicui rei facere. ut **Periculum**. Cæs.8..Cæsar primùm suo, deinde omnium è conspectu remotis equis, ut æquato omnium periculo spem fugæ tolleret. Sall. 24.. Dein remotis omnium equis,quo militibus exæquato periculo animus amplior esset. Vt penè ijs uerbis eandem rem persecuti sint. **Gratiam**. Sall.92. Sed quoniam coæquari gratiam omnium difficile est. Et cum aliqua re.1.uol.Orat.80. Vix cum huius parua parte æquari,conferriq; posse.

Aestimare. Seruat naturam cæterorum uerborum pretialium, ut in ablatiuo pretium postulet,paucis illis,tanti,quanti,pluris, minoris,magni,tantidem,exceptis. **Aliq**.tribus denarijs.uide, frumentũ. **Magni** aliquid. Att.278.Itaq; iudiciũ tuum magni æstimans. **Tantidem**.1.uol.Or.196..Et aiebat se tantidẽ æstimasse. **Pecunia** aliquid.1.uol.Or.240.Deinde hæc expẽdite, atq; æstimate pecunia.Id est,quãti sint,si ad pecuniã reuocentur. Itẽ.240. **Frumentum**.1.uol.Or.196..Eodẽ tẽpore Antonius tribus denarijs æstimauit post messem. Vulgò,metter un pretio. Arbitrorq; eo in loco Decumanis pretiũ illud æstimatũ, qd'pro frumẽto dissoluerẽt. **Pretium**.1.uol.Or.240.Deinde crimẽ sine accusatore,sentẽtia sine cõsilio, dãnatio sine defensione,æstimate harũ rerũ omniũ pretia.i.quãti redẽptio fuerit. **Litem**.2.uol.Or.41.. Quibus dãnatis de pecunijs repetũdis lites essent æstimatæ.Est aũt Aestimare litẽ,in pretiũ redigere, quãti esset,de quo lis agebatur,qd'pñti pecunia dissolui solebat. Asc.56..68..Cæs.48.Iis ad diẽ adductis,ut impauerat,arbitros inter ciuitates dat,q litẽ æstimẽt,pœnãq; cõstituãt. **Nomia**.1. uol.Or.96..Illarũ rationũ ex ea fece legatiõis, quæstoriæq; tuæ curatiõis illa sunt noĩa, q̃ Dolobellæ necessariò sint æstimata. Aestimare litem quid.

Aestuare aliqua re aliq.ut **Inuidia**.Sall.9. Nanq; pleraq; nobilitas inuidia æstuabat.Id est,magno odio plebi erat nobilitas. **Desyderio**. in Fa.103..Nõ ut imbecillitate animi tui,sed magis ut desyderio nostri te æstuare putarẽ. Magnopere est aliquid concupere. **Dubitatione**.1.uol.Orat.124.Itaq; æstuabat dubitatione,uersabat se in utranq; partem,non solum mente,uerumetiam corpore. Id est,maximè hærebat, in deliberando distorquebatur.Ita.1.uol.Orat.120. Quod ubi auditum est,

æstuare illi, qui dederant pecuniam, putare nihil agi posse absente Epicrate. Id est, maximè solicitabantur. **Imbecillitate** aliquem animi. uide, desyderio.

Affari aliquem re aliqua. in or. lib. 166. An mihi potuit, inquam, esse aut gratior ulla salutatio, aut ad hoc tempus aptior, quàm illius libri, quo me hic affatus est. **Aliq.** nomine. in or. lib. 188. Nam scripsit his uerbis, cum hunc nomine esset affatus. Id est, cum hunc nominatim appellasset.

Affectare. Est pronum animum habere ad aliquid faciendum, Donatus ait. **Honorem.** Sall. 53. Quæ res Marium pro honore, quem affectabat, contra Metellum uehementer accenderat. **Similitudinem.** ad Her. 31. Nam hic est in quibusdam uerbis quædam similitudo, non tam affectanda, quàm illæ superiores. **Mundiciam.** Att. 269.. Omni diligentia mundiciam non affluentem affectabat. **Iter.** 1. uol. or. 41. Nunc uerò quam uiam munitet, quod iter affectet, uidetis. Ita **Viam.** Ter. 57. Ad dominas qui affectant uiam. Item. 144.. Hi gladiatorio animo ad me affectant uiam. Item Plaut. 138.

Afferre. Si quod uerbum est, à quo Latina oratio maximè locupletata sit cum in simplici, tum in composito, illud quidem meritò **Ferre** haberi potest, ut statim in hoc, & suo loco in cæteris, quæ à ferre composita sunt, uidere licebit. **Aliquid** ad aliquid. Att. 262. Ad paternas enim magnas, & ueteres, & iustas necessitudines magnam attulit accessionem tua uoluntas erga me. Id est, addidit. **Acerbitatem** alic. Att. 299. Illa causa publicanorum quantam acerbitatem afferat socijs. **Adiumentum.** de off. 1. Quam quidem ad rem nos (ut uidemur) magnum attulimus adiumentum. **Animum** alicui. Att. 111. Aliquantum animi uidetur attulisse Labienus. **Autoritatem** alicui. in or. lib. 205. Commemoratio autem antiquitatis, exemplorumq; prolatio summa cum deliberatione & autoritatem orationi affert, & fidem. Item de offic. 90. Id est, adhibet. **Autoritatem**

toritatem in iudicium. 2. uol. orat. 138. Nolo accusator in iudicium potentiam afferat, non uim maiorem aliquam, non autoritatem excellentem, non nimiam gratiam. Id est, ferat. **Calamitatem** alic. 2. uol. or. 53.. Vt ne cui innocenti mœror tuus calamitatem, & falsum crimen afferret. **Cladem** alicui. 2. uol. ph. 27.. Qui risus classe deuicta multas ipsi lachrymas, magnam Pop. Ro. cladem attulit. **Consilium** alicui. Att. 238. Quid enim illi afferre cõsilij possum? **Commutationem** uoluntatis. Att. 14. Quod afferret Quinto fratri meo aut offensionem tam grauem, aut commutationem tantam uoluntatis. Ita **Loci.** in or. lib. 174. **Constantiam** alicui. de off. 14.. Quæ afferat tum constantiam, tum etiam dignitatem. **Coniecturam.** 1. uol. or. 48. Si quam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura. **Crimen** falsum alicui. uide, calamitatem. **Cumulum** alicui. in or. lib. 156. Necesse est tamen aliquem cumulum illorum artibus afferre uideatur. **Curam** alicui. de off. 3. Fit, ut distrahatur animus in deliberando, afferatq; anciptem curam cogitandi. Item in fa. 45. **Curationem.** in fa. 52. Maior mihi nulla curatio afferri potest. Ita enim emẽdatum habemus. **Cur.** 1. uol. ph. 163. Cur credã afferre possum. **Delectationem.** in fa. 95. Quæ popularem admirationem habuerunt, delectationẽ tibi nullam attulissent. Item in or. lib. 166. **Dere.** in or. lib. 165. Et eo mihi de Q. Hortensij morte esset allatum. **Detrimentum.** Att. 265. Ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferet. **Difficultatem** alicui. Att. 296. Atque huic tuæ uoluntati, ac diligentiæ difficultatem magnam afferunt publicani. id est, difficilem reddunt. Ita Cæs. 134. **Dignitatem.** uide, cõstantiam. **Dubitationem.** de off. 29.. Nec uerò alienũ est, ad ea eligẽda, quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines. Item. 55.. 2. uol. ph. 58. **Egestatem** alicui. 1. uol. or. 20.. Causam dicit is, cui non modò luctũ mors patris attulit, uerũetiã egestatẽ. **Aegritudinem** alic. Ter. 65.

Quæ

Quæ ægritudinem afferat. **Aes alienum** *alicui. in Famil.* 106. Hæc ante duo signa putarem mihi æs alienum attulisse. **Aetatem.** *in Orat.lib.*142. An ætatem afferet? Id est, causabitur. **Excusationem.** *in Famil.*145. Ego autem præteriti temporis excusationem affero. **Exilium** *alicui.*2.*uol.* Orat. 95.. Quæ domi posita, pestem atq; exilium Titio attulisset. **Facultatem** faciendi aliquid. *in Orat.lib.*136. Vterq; enim istorum non mihi attulit aliquam, sed suam significauit facultatem. Item.97. **Fallaciam** *alicui.* Terent.11.. Hæc primum affertur iam mihi ab hoc fallacia. **Fidem** *alicui.uide, autoritatem.* **Finem** *alicuius rei. de Offic.*49. Vt unius imperatoris præda finem attulerit tributorum. **Et finem** *alicui rei.*1.*uol.* Or.98.. Tu edicto plus complecteris, quàm lege, si finem edicto prætoris afferunt Cal. Ianuarij. **Gratiam** *in iudicium. uide, autoritatem.* **Interitum** *alicui. in Famil.*93. Quæ aut interitum allatura esset, si uictus esses: aut si uicisses, seruitutem. **Inaurem** aliquid ad aliquem. Plaut.97. Non meministi me inaurem ad te afferre natali die? Id est, quod ad aures appenderes. **In medium.** *de Offic.*3.. Et communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum dando, accipiendo &c. **In iudicium** aliquid.1.*uol.* Orat.18.. Vt quam existimationem, quam honestatem in iudicium tuum propè acta iam ætate, decursa'que attulit, ei liceat ex hoc loco secum efferre. Id est, de qua quasi iudicaretur: nam autoritatem, & gratiam suprà, est ad fauorem tantum. **Laborem** *alicui.* Att.183.. Qui mihi laborem affert in dolore. **Lãguorem** *alicui. de* Off.32.. Itaq; duæres, quæ languorem, afferũt cæteris, illum acuebant, otium & solitudo. **Laudem** *alicui.*2.*uol.* Ph.210.. Præterea magnam affert laudem, & summã dignitatem. **Lætitiam** *alicui.*1.*uol.* Ph.219.. Cuius, ut arma sumpsit, ingressio lætitiã attulit socijs, terrorem autem hostibus. Item *in* Fa.146. **Liniamentum** *extremum. in Or.lib.*215. Quasi quandam palæstrã extrema liniamẽta ora tori

tori attulit. **Lumen** *alicui. in Orat.lib.*141. Qui memoriæ lumen afferret. Id est, qui multum memoriã adiuuaret. Item.158. &.1.*uol.* Ph.40. **Manus.**1.*uol.* Or.89.. Pro se quisq; manus affert. Nunc est pugnare. **Manus** *alicui.*1.*uol.* Or.16. Illud dico, dominum expulsum esse de prædio, domino à familia sua manus allatas esse. Ita **Rei.** *de Offic.*44. Cum enim dando egere cœperunt, alienis bonis manus afferre coguntur. Nunc est peruim alienũ auferre. Item.3.. &.1.*uol.* Or.85.. Ita **Sibi.** *in Fa.* 157.. Manus, quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. Id est, uim sibi afferre. Itẽ Att.330.. **Magnitudinem** *animi ad aliquid.*3.*uo.* Or.101.. Me ad eius causam parem animi magnitudinẽ afferre non posse. **Medicinam.** Att.35. Tamẽ medicina nulla affertur. **Mediocritatem** *alicui rei. in* Or.*lib.*179.. Tamen eloquẽtiæ quandã mediocritatem afferebat. **Memoriam** *alicui.*1.*uol.* Ph.124.. Cuius etiam illi hortuli propinqui non memoriam solum mihi afferunt. Est in memoriam aliquid reuocare. **Metum** *alicui.*1.*uol.* Or.248.. Re quidem uera naues inanes, quæ prædam prætori, non quæ prædonibus metum afferrent. **Molestiam.** Att.14. Qua ex re & molestia sum tanta affectus, quantam mihi amor meus erga utrunq; uestrum afferre debuit. **Moram** *alicui.* Att.183.. Pharnaces quoquomodo agit, affert moram. **Morbum** *alicui.* Plaut.27. Cui tu abiens affers morbum. **Mortem** *alicui. in Fam.*56. Inuentus est amicus, qui ei mortem afferret. Item.1.*uol.* Or.259.. **Motum** *alicui. de* Off.230. Quod autem motum affert alicui. Item *in Orat.lib.*230. **Munus** *alicui.*2.*uol.* Phil.109. Quod enim munus Reipub. afferre maius, melius'ue poßumus, quàm si docemus atq; erudimus iuuentutem? **Necem.** *ut mortem.*3.*uol.* Orat.103. Insidiatori uerò, & latroni quæ potest afferri iniusta nex? **Necessitatem** *alicui.*3.*uol.* Or.224.. Sed mihi P.C. necessitatem attulit paulò plura dicendi de sententia eius. **Nuntium.**3.*uol.* Or.89. Ex ea te impe ratore

ratore nũtius ad Senatum allatus est nullus. **Obscuritatem** rei ali. in Or. lib. 147. Vt oratio, quæ lumen rebus adhibere debet, ea obscuritatẽ, & tenebras afferat. Ita **Laudibus** alicuius facta præclara alterius. 3. uol. Or. 145.. Neq; enim si tuæ res gestæ cæterorũ laudibus obscuritatẽ attulerũt &c. **Otium**. 2. uol. Or. 124. Eaq; res uobis, Populoq; Rom. pacem, tranquillitatem, otium, cõcordiamq; afferat. **Odium** in aliq. 3. uol. Or. 99. Sic odiũ, quod in ipsam attulerant, id in eius imaginẽ, ac simulachrũ profuderunt. **Offensionem**. uide, cõmutationem animi. Att. 14. **Opem**. 2. uol. Or. 193. Et plus à uobis præsidij, quàm à cæteris opis ad salutem potest afferri. **Opinionem** alicui. de Off. 42.. Quibus cum si frequentes sunt, opinionẽ afferunt populo, eorum fore se similes &c. Item. 2. uol. Ph. 210.. **Pacem**. uide, otium. **Perturbationem** rei. in Fa. 172. Primum omniũ quantam perturbationẽ rerum urbanarum afferat obitus Consulum. **Pestem**. uide, exilium. **Pondus** rei alicui. Att. 315. Hominumq; dignitas aliquantum orationi põderis affẽrebat, ut autoritatẽ, dignitatemq;. **Potentiam** in iudiciũ. uide, autoritatem. **Præsidium** alicui. uide, opem. **Quæstionem**. in Or. lib. 203. Nam etiam Poëtæ quæstionẽ attulerunt, quid nam esset illud, in quo ipsi differrẽt ab oratoribus. Id est, habent, in quo considerãdum sit, quid differant ab oratoribus. **Rationes**. in Fa. 57. Reliquũ est, ut cõsoler, & afferã rationes, quibus te à molestijs coner abducere. Item in Or. lib. 145.. **Religionem** alicui. 1. uol. Or. 218. Tibi illa Diana in pace, atq; in otio religionẽ nullam attulit? Arbitror si conuertam ad Italicum sermonem, esse, Far conscientia. Item in Or. lib. 142.. **Repulsam** aliquid alicui. de Off. 45. Nam Mamerco homini ditissimo prætermissio ædilitatis consulatus repulsam attulit. Id est, ne fieret cos. in causa fuit. **Rumores** ad aliquem. Cæs. 19. Crebri ad eum rumores afferebantur. **Satietatem**. in Orat. lib. 217. Si enim semper utare, cum satietatem affert, tum

tum &c. **Salutem** alicui. in Famil. 47. Vt ea mihi salutem afferre uideantur. in Orat. lib. 166. **Scientiam**. 2. uol. Ph. 103. Affert autem uetustas omnibus in rebus longinqua obseruatione incredibilẽ scientiam. **Seruitutem** alicui. uide, interitum. **Similitudines**. in Or. lib. 105. Multas similitudines afferre. **Spem** alicui. de Offic. 109. Si spem afferunt. **Suauitatem**. in Orat. lib. 164.. Et actioni afferet suauitatem. **Sumptum** alicui. in Famil. 137. Ego tibi unum sumptum afferam, quòd balneum calefacias, oportebit. **Suspicionem** alicui. Att. 106. Suspicionem autem eo mihi maiorem tua taciturnitas attulerat. **Tenebras**. uide, obscuritatem. **Terrores** ad aliq. Att. 96.. Batonius autem miros terrores ad me attulit. Id est, nuntiauit. **Vim**, & manus. Att. 148.. Rerum nouarũ cupidi, uictores præsertim armati uim, & manus afferent. in Fam. 139. **Vim** alicui. 2. uol. Ph. 56. Quorũ celeritas, atq; uis nobis ipsis affert uim & celeritatem. nunc est addere uim, & celeritatem. **Vim** in iudicium. uide, autoritatem. **Vinculum** alicui. in Fa. 32.. Collegij quoq; coniunctio, præsertim tam honorificè à te approbata, non mediocre uinculum mihi quidem attulisse uidetur ad uoluntates nostras copulandas. **Vitam** aliam. Ter. 4.. Nunc hæc dies aliam uitam affert, alios mores postulat.

Afficere. Non. Marc. cum uerbi huius significationem exponit, inquit: Affici malis tantum consuetudo præsumpsit, cum sit positum & bonis, M. T. de Offic. dixit: Si quos aliquo honore, aut imperio affectos obseruare, & colere debemus. Vt & ipse fateatur iam in utranq; partem à scriptoribus receptũ esse, nos sanè plura exempla adducimus in hanc ipsam de bonis partem. **Etre** aliqua aliquid affici, & ad aliquid, & simpliciter aliquid affectum dicimus. **Admiratione** aliq. de Offic. 40. Admiratione quadam uerò afficiuntur ij, qui &c. **Agro** aliq. Pl. 3. Qui præda, atque agro, adoreaq; afficit populares suos. **Adorea**. uide, agro. **Animo** aliq. in Fa. 257. Nõ queo ad te, nec

te,nec lubet scribere,quo animo sim affectus. Id est, commoto. Animis. in Orat.lib.92. Sic afficerentur animis,ut eos affici uellet orator. Et animos aliq.in Or.lib.124. Et animos eorum ita afficiat. Beneficijs aliq.de Off.46. Danda igitur opera est,ut his beneficijs quamplurimos afficiamus.in Famil.109.. Cæs.12. Calamitate aliq.1.uol.Orat.43. Quòd si tibi causa nulla est,cur hunc miserum tanta calamitate affici uelis? Corporibus.2.uol.Phil.93.. Iubet igitur Plato sic ad somnium proficisci corporibus affectis:ut &c. Id est,ita constitutis. Bellum.3.uol.Orat.73. Bellum affectum uidemus,& uerè ut dicam,penè confectum.in Or.lib.101. Cruciatu aliquem. Cæs. 211. Iisdem cruciatibus affectus L. Mergilio Squillus nominat plures. Cura. Att.16. Qui cum omnia,quæ me cura afficiunt, communicem. Delectatione aliq.Att.32. Is afficitur quadam delectatione. Item.29. Desyderio aliq. in Famil.25.. Miroq; desyderio me urbs affecit, & omnes mei,tuq; in primis. Difficultate. Cæs.78. Eò cum uenisset,magna difficultate afficiebatur. Item.1.uol.Orat.56.in Famil.206. Dolore aliq.1.uol.Or.260. An uos quoq; hic acerbissimus innocẽtium cruciatus, & mœror sensu doloris afficit? Aegrimonia. Plaut.253..Olim quos abiens affeci ægrimonia. Aegritudine aliq.1.uol.Ph.27..Num illa re,quæ ægritudine Alcibiadem afficiebat,mali nihil fuisse. Erga aliq.de Offic.106. Vt eodem modo erga amicum affecti simus. Errore mentis. Att.45. Ne quòd scribis te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici, mihi uerò mens integra est. Gloria aliq.in Fa.207. Magna me afferis non modò lætitia, sed etiam quodammodo gloria. Grauiter. Att.232. Quem quidem Neapoli affectum grauiter uideram. Honore aliq.1.uol.Orat.276.. Hunc præsertim ijs affecit honoribus quos habuit amplissimos. Ignominia aliq.Att.102.. Omnes damnatos,omnes ignominia affectos.1.uol.Orat.203. Incommodo aliq.uide difficultatem.

Iniurijs

Iniurijs aliq.1.uol.or.289.. Qui affecti iniurijs ad opem iudicum supplices,inferioresq; confugiunt. Laude aliq. de off. 42..Ex qua ætate,qui exercentur laude affici solent. Lætitia aliq.in fam.39.. Si me diligis,si à me diligi uis,ad me literas, ut quamprimum lætitia afficiar,mittito. Item.207. Lucro aliq. Plau. 1.Si uos in uostris uoltis mercimonijs emundis,uendundis me lætum lucris afficere. Macula aliq.1.uol.or.37.Sed perfidia legationis ipsius cerimoniam poluerit, maculaq; affecerit. Metu aliq.1.uol.or.256.Posteaquam portu piratæ non metu aliquo affecti,sed satietate exierant. Morbo aliq.Teren.109. Scio suspicans morbo me miserumaffectam, ac sensi, esse uxorem.2.uol.ph.94. Morte acerba.in fam.56.Is uir clarissimus ab homine teterrimo acerbissima morte est affectus:id est,crudeliter interfectus.1.uol.ph.59. Nomine regio. 3.uol.or.146. Vt eum amplissimo regis honore,& nomine afferceris. est regẽ appellare. Pœna aliq.1.uol.or.37. Qua is tandem pœna afficietur? Præda aliq.uide,agro. Præmio aliq.3.uol.or.112. Si id quæris potius,quàm cur parum amplis affecerint præmijs. Senectute aliq.in or.li.149. Qui illum à se adolescẽtis Athenis iam affectum senectute multos dies auditum esse dicebat. Sepultura aliq.Cæs.246. Quem Vticenses,quanquam oderant partium gratia, tamen propter eius singularem integritatem, & quòd dissimulimus reliquorum ducum fuerat, quodq; Vticã mirificis operibus munierat,turresq; auxerat, sepultura afficiunt. Item.2.uol.phil.92. Solicitudine aliq. Cæs. 88.. Magna affectus solicitudine hoc nuncio Cæsar &c. Stipendio.3.uol.or.67..Idem in angustijs ærarij uictorem exercitum stipendio affecit. Supplicio aliq.1.uol.orat.256.. Potero'ne eos supplicio afficere? Timore aliq.in fam.168..Maximo de nobis timore afficiuntur amici nostri. Vitijs.3.uol.or.259.. His enim uitijs affectos,& talibus,malos,& audaces appellare consuetudo solet. Item.2.uol.or.126.. Voluptate aliq.2.uo.

or.69.. Nunc uero P.C. non parua afficior uoluptate. **Ad aliquid**. in or.lib.221. Ducũtur etiam argumẽta ex ijs rebus quæ quodãmodo affectæ sunt ad id, de quo quæritur. idem est, ac si diceret, adiunctæ, aut affines. Item.230. **Ponitur** interdũ huius uerbi participium absq; ulla affectionis uoce. ut Att.29.. Terentia affecta est tuis literis, & impertit tibi multam salutem. Ter.108. Quonam modo Philumena mea nunc te offendã affectam? Item in or.lib.101. Quod in eius infirmißima ualetudine, affectaq; iam ætate &c. Ita **Bellum**. repete bellum.

Affigere Aliquid ad aliq.1.uo.or.27. Literã illam, cui uos usq; eò inimici estis, ut etiã eam omnis oderitis, ita uehementer ad eat put affigent. ut &c. **In re**. nidum. in orato.lib.101. Vt Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam, sapientißimus uir immortalitati anteponeret. **Et re**. supplicio aliq.1.uolum.or.270.. Summoq; supplicio affixum uideret.

Affingere Aliq. alicui.2.uol.or.5.. Sed de Lucullo dicam alio loco, atq; ita dicã Quirites, ut neq; uera laus ei detracta oratione nostra, neque falsa afficta esse uideatur. **Orationem** probam alicui. in orat.lib.203.. Qui peccat etiam cum probam orationem affingit improbo: id est, attribuit. Item.146.

Afflare Auram alicui.1.uol.or.83. Sperat sibi aurã posse aliquã afflari in hoc crimine: id est, se posse respirare. **Malũ** alicui. ad Her.39.. Cui aliquid mali faucibus afflare posset. à serpentibus sumptum. **Odorem** ex re aliqua. de off.80.. Et Suauitatem odorum, qui afflarentur è floribus.

Affligere Aliquid re, et de re, & ad rem.3.uo.or.54.. Aut adolescentiã plenã spei maximæ non modo uos nõ aluisse, sed etiam perculisse, atq; afflixisse, uideamini. **Amicitiam**.1.uo.or.17. Fatetur se nõ belle dicere, non ad uoluntatẽ loqui posse, non abafflicta amicitia trãsfugere, atq; ad florentẽ aliã deuolare. **Fortunas** ali.2.uolu.or.8.. Vt regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciunt ad misericordiã. **Naues**. Cæ.50.. Propè omnes

omnes naues afflictas, atq; in littus iectas esse. **Se aliquem**. uide amore. **Sese**. Sal.11. Afflictare sese, manus supplices ad cœlum tendere. **Statuam**.3.uol.or.99.. Illi autem statuam istius persimilẽ, quam stare in loco celeberrimo uoluerũt, ne suauissimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, cõminuũt, dißipant. Ita **Monumentum**.3.uo.or.54. Qui Catuli monumentum afflixit: id est, diruit. **Clamoribus** aliq. Att.12.. Magnis clamoribus afflictus cõticuit, & cõcidit. **Amore** ali. Att.39. Pompeius nostri amore, quod mihi summo dolori est, ipse se afflixit. **Morbo** aliq.3.uol.or.98. Qui cũ uno genere morbi affligerentur. **De re** aliq. Att.170. De quibus acerbißime afflictor. **Ad terram** aliq. Plaut.242. Affligam te ad terram, ut piscem soleo polypum. Item.128.

Affluere. Affluimus tam malis, quàm bonis rebus. quo uero affluimus, in ablatiuo semper ponitur.1.uol.or.49.. Largitus est: scilicet Homo liberalis, & dissolutus, & bonitate affluens Fannius Roscio? **Facetijs**. Pl.162.. Nam tu quenuis potis es facere, ut fluat facetijs. **Lepôre** omni.1.uolum.or.265. & Affluens omni lepôre. **Vnguentis**.3.uol.or.6. Alter unguentis affluens. **Scelere**.2.uol.orat.57.. Domum illam in perpetuum scelere omni affluentem reliquisset.

Agere. Duo uerba sunt agere & facere, quæ in multis ita similia sunt, ut quæ quàm maxime. Terentius tamen Varro ita inter se aliquãtum differre dicit. Agere, scilicet de ijs tantũ rebus quæ materia carent, dicatur. Facere uero, de ijs, quæ materia constant. nos addimus, & ad immaterialia facere recte accõmodari, præsertim ad ea, ad quæ agere non admittatur. exempli gratia, ut facere iniuriam, gratum, beneficium, & in cæteris innumerabilibus. quæ nisi planè barbarus nemo per agere pronunciabit. sed quoniam neque hæc lex satis certa uisa est, ideo factum est, ut, quotquot exempla mihi occurrerent legenti ex utriusque uerbi copia, adnotarem omnia, ne te aliquando

incertum, uel in re minime magna, relinquerem. sed iam ad exempla. **Agere** ad populum. Att. 6.. Eodem tempore ageret prætor ad populum. hoc est fortasse concionẽ habere. **Ad præscriptum.** Cæs. Alter agere omnia ad præscriptum, alter libere ad summã rerum consulere debet. **Ad aliquid** aliquid. Cæ. 35. Alias cuniculis ad aggerẽ uineasq; actis. de of. 70. Quid si pater fana expilasset, cuniculos agat ad ærariũ? **Aliquem.** in fa. 22. Egiq; omnes illos adolescentes, quos ille iactitat: id est, ego eorum personã mihi sumpsi, atq; eorum actionem in ea re mihi ipse effinxi. Item. 1. uol. or. 48. Nam Balionem illum improbissimum, & periurissimũ lenonem cum agit, agit Chæreã, personã illa lutulenta, impura, inuisa in huius moribus, uitaq; est expressa. Ita Ter. 51.. Ne semper seruus currẽs, iratus senex, edax parasitus, sycophanta autem impudẽs, auarus leno assidue agendi sint mihi: id est, eorum persona ne mihi semper exprimenda sit. inest enim in omnibus imitationis significatio. Ita **Ciuem** mirificũ. in fa. 125.. Dum mihi pacis mandata das ad Cæsarem, & mirificũ ciuem agis, amici officiũ neglexisti. **Actum.** Att. 153. Tu mallem inquies, actum ne agas. Ter. 8. **Animam.** 1. uo. ph. 12. Nam & agere animam, & efflare dicimus. 1. uo. or. 48. **Annum** octuagesimũ. De off. 78. Si octuagesimũ annum agerent. Ita ætatem. Ita æuum, senectutem, uitam. ut suis locis. **Artes.** 2. uol. or. 125. Ego autem has artes lenitatis & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter: id est, ego semper lenis, & misericors fui. **Asellum.** in orat. lib. 132. Asellum agas. ita pecus suo loco. est autem agere, ductare. **Augurium.** De off. 6. Vt cum in arce augurium augures acturi essent. quod in eo scilicet augures plura dicant, quàm faciant, inquit Varro. **Apud** aliq. in or. lib. 235. Si aut memoriæ diffidas eorũ apud quos agas: id est, quibus cũ agas, & oratoris est. Sallust. 69. Tum Marius apud primos agebat: id est, primatibus acceptus erat. **Bellum.** Sallust. 88. Cum eo consule se initium

agendi

agendi belli facturũ. **Causam.** Att. 135.. Vni, uni hoc damus, nec id quidem roganti, nec suam causam (ut ait) agenti, sed publicã. Item. 1. uol. ph. 180.. in or. lib. 99. **Conuentum.** 1. uol. or. 241. Ex ijs oppidis, in quibus prætores cõsistere, & cõuentum agere solent. Cæs. 19. 47. 77. **Conuiuia.** 3. uolu. or. 44.. Accusatores quidem libidines, amores, adulteria, baijs acta conuiuia, cõmessationes, cantus, symphonias, nauigia iactant. **Crimen** aliquod hostiatim. 1. uol. or. 210.. Hic nolite expectare, dum ego hoc crimen agam hostiatim. est nolle omnes familias, quas hoc crimine uexarit Verres, recensere. **Cum aliquo.** De off. 96. Cum sæpe mecũ egisses Attice, ut de amicitia aliquid scriberẽ. Nunc est contẽdere aliquid ab aliquo. Itẽ. 1. uo. or. 115. Vt quod ciuis cũ ciue agat, domi certet suis legibus. Nunc est cõtrahere, siue litigare. in fa. 49.. Cogita quemadmodũ adhuc fortuna nobiscũ egerit, id est, uti nos tractarit. Itẽ in fa. 33.. **Cum aliquo** aliqua re. Att. 298. At iam hoc loco non hortatione, neq; præceptis, sed precibus tecum fraternis ago. **Cum populo.** in fam. 3.. Quod ad populare rationem attinet hic uidemur esse cõsecuti, ut ne quid agi cũ populo aut saluis auspitijs, aut saluis legibus. Sall. 20. Neu quis postea ad senatum referat, neue cum populo agat. Cæs. 122. Nulla lex promulgata, non cum populo agi cœptum, nulla secessio facta. 3. uo. or. 33. Quod augures omnes usq; à Romulo decreuerũt, Ioue fulgente cum populo agi nephas esse. quem postremũ locum locus alius mihi declarat in. 2. uo. ph. 117.. Itaq; in nostris cõmentarijs scriptum habemus: Ioue tonãte, fulgurãte, comitia populi habere nephas. ut tandem agere cum Po. nihil aliud sit ex his exẽplis, quàm habere comitia. ad quorũ duo postrema illud etiam refertur, quod dicitur seruare de cœlo, ut suo loco. **Cum plebe.** 2. uol. or. 221. Te cum plebe iure agere potuisse. 3. uol. orat. 32.. **Cum rep.** Att. 7. Nihil agens cum rep. nunc est quod reip. non conducat agere. **De re** aliqua. Att. 153.. Veni igitur, & age de

pace. Item. 6. De loco superiore. 1. uol. or. 211. Sed palàm de loco superiore ageret. Ita De sella. 1. uel. orat. 220. Agebantur in conuentu palàm de sella, ac de loco superiore. ubi de proex posita est. non ut supra possessiue. Diem festum. 1. uol. or. 225. Vbi ad hoc usq; tẽpus Syracusani festos dies anniuersarios agunt. Ita Diem natalem. 1. uol. ph. 86. Det quod satis sit ad agendũ natalem suum quotannis mense Gamelione. Vitam in aliqua re. Sall. 18. Qui demissi in obscuro uitam agant. Item in excelso. 18. Domi. in fam. 99. Inter se aliquos. Ter. 104. Itaq; una inter nos agere ætatẽ liceat. Per luxum. Sall. 26. Ita Aeuum. 1. uol. ph. 154. Romulus in cœlo cũ dijs agit æuum. Ex animo. in or. lib. 21. Vt res ex animo agi uideatur. Ex fide bona. De offi. 64. In quibus ex fide bona agitur. Ita Ex insidijs. De off. 22. Nihil ex insidijs agendũ putant: id est, insidiose. Ex sponso. 1. uol. or. 5.. Sponsionem facere maluit, fecit, te iudicẽ C. Aquili sumpsit, ex sponso egit. ex hoc loco uidetur esse agere ex sponso, quoties litigatores inter se de aliquo principalis causæ membro comprobãdo conueniebãt. quo quidem comprobato, causam aduersarius amittebat. sponsio autem fuerat, ut pauloante apparet. Vtrum Sex. Neuius ea bona ex edicto P. Burrieni Præ. dies. xxx. possedisset. Ex sponsu. erat lis, cum aut nouus maritus uxorem ducere recusaret, aut qui eam desponderat, dare eam negaret S. Sulp. apud Gell. 69.. Sed si post eas stipulationes uxor non dabatur, aut nõ ducebatur, qui stipulabatur ex sponsu agebat. Ex syngrapha, cum aliquo. 2. uo. or. 132. Pergitis ne uos, tanquã ex syngrapha agere cum populo? nunc est Po. in ius uocare. Fabulam, est cum recitatur. Ter. 1. Acta ludis Megalensibus. Item. 24.. 76.. Tamen in alio sensu dixit Cic. agere Medeam. in fam. 99. de Tragœdia intelligens. Ita enim ait, ut quando Medeã agere cœpi: id est, postquam suprà Medeæ mentionem feci. Ita Tragœdiam. in orat. lib. 129.. Quam illis Tragœdijs, quas egit idem:

idem: id est, res Tragœdiæ dignas. Facile aliq. Terent. 87. Sed Demea tu facito tecum animo cogites, quàm uos hic facilime agatis, quàm estis maxime: id est, quàm uobis à rebus omnibus abunde sit. Forum. Att. 76.. In ultimam prouinciã se coniecit Tarsum usq;, ibi forum agit. in fam. 34.. Est ius dicere. Furti aliq. ex Af. 34.. Quid quod Pop. Ro. minus diligenter sibi constituit defensorẽ, quàm tu tibi, cum te furti L. Calenus ageret? Et furti cum aliq. 2. uol. or. 52. Deinde aliquando cum seruo habiti furti egit. Item ad Her. 4.. Gratias. Vt semel agã quod ad gratiam attinet. Latinæ linguæ authores, cum aliquid memoris, gratiq; animi significare uolebant, in quatuor uerbis frequentius uersari comperio, ut scilicet aut agere gratias, aut habere, aut referre, & reddere dicerent. de quibus quod ad sensum facit, in hoc, quod se primum obtulit, si statim agerem, non alienum est uisum. dico igitur Agere gratias, uerborum esse. Habere, ad animum bene gratum. Referre, & reddere, magis ad remunerantem pertinere. Item agi gratias sæpius, quàm gratiã dici. contra haberi, reddi, & referri crebrius gratiam, quàm gratias. de quibus etiam seperatim aliquid suis locis dicetur. nunc modo ad id quod instat.

Agere Gratias alicui, dici sine controuersia nemo negabit. Alicui apud aliquem. in fam. 226.. Nero meus mirificas apud me tibi gratias egit, prorsus incredibiles. Alicui de re aliqua. Att. 135. Atticam meam gratias mihi agere de matre, gaudeo. Item. 148. Cum antea tibi de Lentulo gratias egissem. Alicui in aliqua re. Att. 38.. In quo ei Pompeius gratias egerat: id est, qua de re. Alicui in singulas res. in fam. 158. Facere non possum, quin in singulas res, meritaq; tua tibi gratias agam. Alicui pro re aliqua. Cæs. 146.. Gratias pro eorum studio erga se egit. Item Meritas. secundo uolumine philosophiæ. 178.. Magnas, ingentes. Terentius 33. Maximas. Attico. 40. Incredibiles. in familiaribus. 226.. Singulares, & singularibus

uerbis. 2. uol. or. 119. **Grates.** etsi illud quidem magis poëticũ est, quàm oratorium. Pl. 177. Spem speratam cum hanc obtulisti mihi, grates ago. Item De offic. 126. Et Grates inquit tibi ago summe sol, uobisq; reliqui cœlites. **Gestum.** 1. uol. or. 14. Mihi uideri ore durissimo esse, qui præsente eo gestum agere conaretur. Item. 48.. uide agere animã. Item in or. lib. 130. **Hoc.** Ter. 81. Vbi illinc spero redieris, tamen hoc ages, hoc est inquit Do. exiges debitũ, nam hoc agere dicimus, cum quis instat negotio suo. Item. 62.. Item Pl. 182.. Hoc, uide sis, ut alias res agũt. hoc agite, hoc animum aduertite. attentionem postulat Ballio. uide res alias. **Impensam** in aliquem. 2. uo. or. 195. Neq; tantorum officiorum impensam egisti in patriam: id est, non compensasti. **Iniuriarum.** ut furti. in or. lib. 69.. Agit is, cui præcisa manus est, iniuriarũ. **In crucem** aliq. 1. uol. or. 269.. Illum P. Gauiũ, quem tu in crucem egisti. 270. 271. **In cruciatum** aliqu. 1. uol. or. 172. Non tu hoc loco Gauium, non unum hominem, nescio quem ciuem Ro. sed communem libertatis, & ciuitatis causam in illum cruciatũ, & crucem egisti: id est, sustulisti. **In hæreditatem** lege. 1. uol. or. 99.. lege ageret in hæreditatẽ. Item 99. Egisset q; lege in hæreditatem paternam. **Inter** se aliquid aliquos. Terent. 143.. Sed me censẽ potuisse omnia intelligere extra ostium, quæ inter se ipsi egerint? **Legationem.** Asco. 66. Sed apud eos, sub quibus agebant, aut quæsturam, aut legationem. Ita prouinciam. **Lege** cum aliquo. in or. lib. 88.. Agerent enim tecum lege primum pythagorei omnes. Ter. 145. 2. uol. or. 129.. uide in hæreditatem. **Mensem.** Teren. 110. Tum postquam ad te uenit, mensis iam hic agitur septimus. **Morem.** Sallust. 81. Primum omnium omittendum morem hunc, quem agitis impigræ linguæ. **Negotium** suum. De offic. 6.. Sunt & qui aut studio rei familiaris tuendæ, aut odio quodam hominum suum negotium agere dicant. Item. 2. uolum. orat. 162. **Nugas.** Plaut. 41. Non ego nunc nugas ago. Item. 130..

Pacem

Pacem. ut bellum. Sall. 82.. Liceat ne tum pacem agere. **Partes** aliquas. in famil. 14. Cum tibi prope necesse esset eas agere partes: id est, sequi eorũ partes, qui mihi inimici erãt. **Primas.** Terent. 122. Quia primas partes qui aget, is erit Phormio parasitus. Ita **Priores.** in orat. lib. 194.. Cum Cotta princeps adhibitus esset, priores tamen agere partes Hortensium. **Primas.** in orat. lib. 193.. Primas agebat in causis Hortensius, magis, magisq; quotidie, pbabatur: id est, principatum in causis obtinebat. **Partes** alicuius uicissim. Ter. 141.. Vicissim partes tuas acturus est: id est, operam eandem tibi reddet. Att. 90. 66.. **Per** silentium. Teren. 51.. Date potestatem mihi statariam, agere ut liceat per silentium: id est, tacete, atque operam date. **Prædam.** Plaut. 40.. Acdepol næ illic pulchram prædã agat, siquis inuenerit aulã onustã auri. Item Sall. 63.. **Præcipitem** aliq. 1. uol. orat. 77. Agunt eum præcipitem pœnæ ciuiũ Romanorũ: id est, impellũt. **Prouinciam.** in famil. 34. Atq; in primis satietas actæ prouinciæ. **Pro** aliq. Sall. 68.. Et ipsi duces feroces, quod nõ fugere, ac pro uictoribus agere: id est, uti uictores agerent. **Quæsturam.** uide legationem. Asc. 66. **Quid.** Plaut. 34. Scio quid agã. præsertim cum his uerbis, uidere, scire. **Radices.** de offic. 41.. Vera gloria radices agit, atq; etiam propagatur. **Rem** alterius. Att. 78. **Rem** eam pro id. in fa. 227. Tantum à te petimus, ut agas eam rem. **Rem** seriã. Ter. 35.. **Res** alias. in orat. lib. 186. Ita furebat, ut mirarer tam alias res agere populũ, ut esset insano inter disertos locus. Item. 1. uol. or. 28. Vsq; eo animaduerti iud. iocari, atq; alias res agere, antequã Chrysogonũ nominaui. Item Pl. 182.. Vide sis, ut alias res agunt. est ubiq; illi, qui cũ agitur, operã nõ dari. **Se aliquo.** Plaut. 7. quo agis te? Ter. 17. **Spumas** in ore. 1. uol. or. 234.. Nam cũ spumas ageret in ore. **Senectutem.** Att. 229. Tamen arbitror malle te quietã senectutẽ, & honorificã potius agere, quàm solicitam.

Transuersum aliq. Sal. 32. Ne quos priuata amicitia Iugurthæ parũ cognita trãsuersos agat. Item. 27.. Triumphum de aliquo. 1. uol. Orat. 246. In portu Syracusano de classe Pop. Ro. triũphũ agere piratã? Et ex aliqua re. in Fa. 40. Et, ages uictor ex inimicorũ dolore triumphũ iustissimũ. Vigilias. 1. uol. Orat. 222. Præcipitur, & negotiũ datur Quæstoribus, & Aedilibus, ut noctu uigilias agerẽt ad ædes sacras. Itẽ Pl. 168.. 1. uol. Or. 222. Vitam. Ter. 2.. Primũ hæc pudicè uitam, parcè ac duriter agebat. Sall. 18. Qui demũsi in obscuro uitam agunt. ut Vult aliquis. Pl. 88.. Quid tu aurẽ, agis ut uelis? Sunt præterea quædã dicẽdi fõrmæ, quæ per hoc uerbũ magis amãt passiuè proferri, quàm actiuè, quarũ significatio est, plerũq; in periculo uersari rem, de qua agitur, ut mox exẽplis fiet palàm. Bona alicuius agi. 2. uol. Or. 5. Agũtur bona multorũ ciuiũ. Fortunas. in fa. 206.. Vt cũ fõrtunas agi eius municipij intelligas. Pecuniam. Ter. 6. Non nũc pecunia agitur. Vectigalia. 2. uol. Or. 5. Agitur enim salus sociorũ atq; amicorũ, agũtur certiss. Pop. Rom. uectigalia, & maxima. Periculum alicuius. 1. uol. Or. 93.. Quis nõ in ea re causam tuã, periculũ cõmune agi arbitrabatur? Existimationem. in Or. lib. 126. Cũ agitur nõ solũ ingenij nostri existimatio. Salutem ali. uide, uectigalia. Iniurias ali. 1. uol. Or. 226. Agũtur iniuriæ sociorũ. Officium. in Fa. 207.. Cuius præcipuũ officiũ agitur hoc tẽpore. Quæ itẽ dicẽdi forma in hãc eãdẽ significationẽ cũ præpositione, De, crebrò usurpari solet. ut De capite. de Off. 107. In quibus eorũ aut de capite agatur, aut fama. De fama. uide, de capite. Ita De uectigalibus. 2. uol. Or. 6. & cũ quibusdam aduerbijs. Pl. 164. Bene agitur pro noxia. Cũ aliquo. in Fa. 50. Hisce tẽporibus nõ pessimè cũ ijs esse actũ. 1. uol. or. 77.. Qui hoc nõ perspicit præclarè nobiscũ actũ iri? Et in aliquo. de off. 10. Sed cũ ijs, in quibus præclare agitur. i. q præclare agũt. Item ad rei desperationẽ accõmodatur uerbũ. Ter. Actũ est, si quidẽ hæc uera prædicat, Itẽ, 62, Acta hæc res est. Quædam

etiã per ablatiuos separatim ponere placuit. ut Charta dẽtata agere. Att. 316. Ita leui brachio. Att. 64.. Lapidibus. Att. 182. Pluribus uerbis. in fa. 205. Quos quidẽ ablatiuos medios appellamus, siquidẽ per eos agitur. qui uero sequitur magis efficiẽs est. ut Iussũ, mandato. in fa. 34. De Pantheris per eos, qui uenari solent, agitur mandato meo diligenter.

Agglutinare aliq. Att. 255. Itaq; statim nouum proœmium exaraui, & tibi misi, tu illud desecabis, & hoc agglutinabis: id est, in eius locum hoc repones.

Aggrauescere Morbum alic. Ter. 108.. Metuo ne Philumenæ morbus aggraueſcat.

Aggredi aliqd, ad aliquid, & aliquo. 1. uo. or. 198.. Quomodo aggrediatur iudicẽ. Causam. in or. li. 135.. Ego enim cũ causam sum aggressus. Ad crimen. 2. uo. or. 19. Aggrediar ad crimẽ cũ illa deprecatione iud. Ita Ad historiam. Att. 314.. Sed qd' scribis aggrediaris ne ad historiã. Ita Ad maxĩa. 3. uo. or. 4.. Ita Ad dicẽdũ. 3. uo. or. 3.. Et est initium sumere. Aliquo. in or. li. 148.. Nõ enim inde repelletur, quo aggredi cupiet: id est, appellere.

Aggregare Aliquid, ad aliqd, & aliquò. ut uolũtatẽ ad dignitatẽ. in fa. 12. Meã q; uolũtatẽ ad summu uiri, de meq; optime meriti dignitatem aggregassem. Ita Ad amicitiam se alic. Cæ. 68. Qui se ad eorum amicitiam aggregauerant. Aliquo. 2. uo. or. 103.. Et eodem cæteros undiq; collectos naufragos aggregauerit: id est, in unum coẽgerit.

Agitare, multa significat, ut in exemplis. Cœtus. Sall. 134.. Ne quis in urbe cœtus nocturnos agitarit: id est, duxerit. Conuiuia. Ter. 102. Antiqua ut cõsuetudine agitarẽ inter uos libere cõuiuia. i. exercerẽ. Mente aliq. Sall. 7. Sed ego quæ mente agitaui. i. uersaui. Legem. Att. 18. Agraria lex à Flauio Tr. Pl. uehementer agitabatur autore Pompeio: id est, in eam ualde incumbebat Fl. Diuersum aliq. Sall. 36.. Primo commotus metu, atque libidine diuersus agitabatur: id est, trahebatur.

Vitam. Sall. 1.. Et tũ uitã hominũ, sine cupiditate agitabatur: id est, uiuebatur. Malis frugibus. Sall. 82.. Et nunc malis frugibus ipsa uix agitat. Pacem. Sal. 31.. Læti pacem agitabamus. Itẽ. 38. Gaudium. Sal. 16. Veluti ex seruitute erepta gaudiũ, atq; lætitiã agitabãt. i. pacatè, & læte uitam agebãt. Moras. Sall. 59.. Ne moras agitãdo aliud, quã bellũ mallet. Noctem. Sal. 68. Cæterũ apud aquã Syllã cum æquitibus noctẽ agitare iubet. Imperiũ. Sal. 4. In pace uero quod beneficijs magis, quàm metu imperiũ agitabãt. Ita Remp. Sal. 13.. Post illa tẽpora quicũq; rẽpublicã agitauere. i. administrauere. Præcepta. Sal. 30. Quæ præcepta patris mei cũ agitarẽ. i. seruarẽ. Iniurijs aliq. 1. uo. or. 2. Vt multis iniurijs iactatã, atq; agitatã æquitatẽ &c.

Agnoscere. Est de ijs rebus, quas prius nouerimus, idq; maxime ad similitudinẽ rectè trãsfertur. Dolorem. in famil. 47. Quod quãquã minime miror, & meũ quodã modo agnosco: id est, dolorem. Numerum. in orat. lib. 218. Primũ enim numerus agnoscitur, deinde satiat. nunc est delectare. Item. 213. Nos nuper agnouimus. nunc est recipere. Ex se aliq. 2. uol. orat. 266. Agnosco enim ex me: id est, de me conijcio.

Alere aliq. est uictu tẽporali uitã sustẽtare sed aptißime trãsfertur ad multa alia. Equos, Canes ad aliquid. Teren. 2. Aut equos alere, aut canes ad uenandũ. Corpus corpore. Pl. 155. Quæ alat corpus suũ corpore. quod propriũ meretricum est. Exercitũ. de off. 6. Cuius fructibus exercitũ alere nõ posset. Equitatum. Cæs. 6.. Magnũ numerũ equitatus suo sumptu semper alere. Familiam. de off. 69.. Agrum aliq. 2. uol. ph. 15.. Sed cũ agellus eũ nõ satis aleret. 3. uo. or. 45.. Quæ etiã aleret adolescẽtes &c. Bellum aliq. in fa. 157. Et mea patiẽtia etiã alere bellũ. Bonum aliq. in orat. lib. 184.. Verũtamen pñt augere, & quasi alere id bonũ &c. Controuersiam. Cæ. 86. ⁀ 86.. Quòd si diutius alatur cõtrouersia. Furorẽ. 3. uo. or. 21. Quorũ effrenatus furor alitur impunitate diuturna.

Gloriam

Gloriam. in or. lib. 167.. Intraq; parietes aluit eam gloriam. Ingeniũ. in or. lib. 176. Sed etiã alere ingeniũ põt. Morbũ. Att. 272. Nam mihi stat alere morbũ desinere. Monstrum. Ter. 6.. Nisi si id est qd' suspicor, aliquid monstri alũt. Spem alicui. 2. uo. or. 103. Qui spẽ Catilinæ cũ mollibus sentẽtijs aluerũt. Vires. Cæ. 37. Vitam. 3. uo. or. 135.. Illa inquã, illa uita est tua Cæsar, quæ uigebit memoria seculorũ omniũ, quã posteritas alet. Copiam uerborum. in ora. lib. 200. Ab hac & uerborum copia alitur. Eloquentiam. in orat. li. 168. Vides ne igitur, ut in ea ipsa urbe, in qua & nata, & alta sit eloquentia. Orationem. in orat. lib. 119..

Alienare Aliquid, & aliqd ab aliq. Bona. 1. uo. or. 33. Id est, precio paruo ea q̃ accepissent à maioribus uendidisse, atq; alienasse. Att. 100. Vrbem. Sal. 46.. Vrbs maxime alienata. in fa. 64. Et te nõnũq̃ à me alienarũt. A senatu. Att. 15.. Voluntatem. in fa. 34.. Ignari cõstantie meæ conabãtur alienare à te uoluntatem meam. Mentem. Cæs. 76. Sic, ut penè alienata mente, deletis copijs omnibus &c.

Allegare Aliq. alic. 1. uol. or. 22.. Et hoïes nobiles allegat ijs, qui peterent, ne ad Syllam adirent. Item Terent. 25. 2. uolu. orat. 25.. Argumenta. Asc. 63.. Vbi allegatis omnibus argumentis orator dixerit, dixi. quo dicendi genere maxime utuntur causidici nostræ etiam ætatis.

Alleuare Aliqd. Att. 98. Quod Acastus ea, quæ uellẽ, de alleuato corpore tuo nuntiaret. Solicitudinem. in or. lib. 166. Aut quod aliqua ex parte solicitudines alleuaret meas.

Allicere. Lacit inqt Sex. ĩ fraudẽ iducit. innde est allicere. & aliqd. & ad aliqd allicere dicitur. ĩ or. li. 87.. Quã posse dicẽdo tenere hominũ cœtus mẽtes allicere, uolũtates impellere. Beneuolentiã alicuius. 1. uo. or. 273. Nullis nostris officijs beneuolẽtiã illorũ allicere possumus. Ad se aliq. de off. 12. Et q̃q̃ oïs uirt⁹ nos ad se alliciat. Ita Ad misericordiã aliq. 2. uo. or. 8.. ut regũ afflictæ fortunæ facile multorũ opes alliciãt ad mũam.

Alligare uerba.in or.li.159. Verba neq; alligata sint quasi certa lege uersus,neq; ita soluta,ut uagẽtur. **Virtutem.** Att.33. Ciuitatis uirtutẽ alligatã. **Sacris** aliq.2.uo.ph. 180. Sacris ne alligẽtur. Itẽ.180. Ita nuptijs.3.uo.or.232. **Se scelere.** 2.uo. or.155. Metuit hõ doctus & sapiẽs ne L. Flaccus nũc se scelere alliget? Ita **Furti** se. Ter. 43.. Hic furti se alligat:id est, fatetur se reũ esse. Ita **Iniuriarum** Do. dixit super illud ò ingẽtem confidentiã,quia iniuriarum se alligat. **Ad** aliq. Asc.16.. Dein proximo senatu P. Cornificius ferrum Milonem intra tunicam habere ad femur alligatum dixerat.

Alluere. 1.uol.orat. 255. Non ut alluantur à mari mœnia.

Amandare. Videtur idẽ esse cũ relegare. ut.2.uo.orat.226. Hunc modo amandandũ esse.sic M. Cato inuisus quasi per beneficiũ Cyprũ relegatur.ecce amãdari, & relegari simul coniuncta in eadẽ penè significatione. Itẽ paulo infra me expulso, Catone amãdato. Itẽ.1.uol.or.249. Item. 25. **Procul** aliquid à se.2.uol.phil.54. **Infra** mortuos.2.uol.orat.200. Re quidem infra omnes mortuos amandandus esset.

Amare Omnino plus est quã diligere,sed cũ cõstructionis mutatione aliã etiã significationẽ recipit.ut in exemplis. **Corde** inter se.Pl.50. Videas corde amare iter se.Itẽ Att.323. **Cum** maxime.Ter.103.Hãc Bacchidẽ amabat,ut cũ maxime tum Pãphilus:id est, quãto magis eam amare poterat. **Misere** aliq. Ter.12.. **Pro** suo.Ter.77.Eduxi à paruulo,habui,amaui pro meo. **Fieri** aliq.Sal.41. Terrebat eũ clamore,uultu,sæpe impetu,atq; alijs oĩbus quæ ira fieri amat:id est, cupit. **Amorẽ** alicuius.in fa.135. Delectauerũt me literæ tuæ, in quibus primũ amaui amorẽ tuũ. **Voluntatẽ.** ĩ fa.6..Sẽsi enim ex literis tuis ualde te laborasse.amo igitur uolũtatẽ.i.aĩo isti debeo. **De re** aliqua.Ter.34.Ecqd nos amas de fidicina istac? Att.101. De numerio multũ te amo. Att.328.Et est p debere. **In aliqua** re aliq. in fa.226.Et si ĩ Atilij negotio te amaui.i.tibi debui. **Merito** aliq.Ter.68.Merito te amo Clinia. Att.dixit recte.29..Dicæar-

chũ recte amas. **Locũ.** att.77.Si me amas,hũc locũ ama.i.cura. **Manũ** ali. Att.100. Nã alexidis manũ amabã,qd' ppe accedebat ad similitudinẽ tuæ literæ.i. delectabat. **Ex animo** aliq. Att.292. Est etiã ubi uerbo hoc utimur iurisiurandi loco. Ter. 106. Ita medij bene amẽt. Itẽ obtestãtis. Att.77. Si mẽ amas.

Ambigere Aliquid,& de re aliqua.in orat.lib.118.. Quale, inquit,sit,quid ambigitur. Item & ex contrarijs si quid ambigitur. Item quæ propter scriptum ambiguntur. **De re.** 1.uol. orat.188.. De quo nihil ambigitur.

Ambire Aliquid,est unũquẽq; in petẽdo adire,se,suãq; illi dignitatẽ cõmẽdare,rogare,ut in suffragijs sibi adsit.idẽ est prehẽsare.tanq; eius est,qui studet,quàm qui petit. ut **Palmam.** Plaut.2.Siue qui ambissent palmã histrionibus. **Per aliquẽ.** siue qui ipse ambisset,siue per internuntium.

Ambulare. Modo est spaciari,deambulare. Vt in or.lib.155. Meminerãt illi Sex. Aelĩ M. uero Manlĩ nos etiam uidimus trãsuerso ambulantẽ foro. Ita **In littore.** in or.li.182. Ita **In sole.** in or.li.114. In publico.1.uo.ph.208. **Modo** est longioris itineris,& qd' pficisci,qd' ire. Att.137.Si enim recte ambulauit is,q hãc epistolã tulit,in ipsum tuũ diẽ ĩcidit.Itẽ. 1. uo.orat. 14..Neminẽ esse,q posset biduo, ad sũmũ triduo septingẽta mĩlia passuum ambulare. Trãsitiue usus est Ci.1.uo.phil.88. Vt si Xerxes cũ tãtis classibus tãtisq; equestribus copijs Helesponto iũcto,Athoq; pfõsso maria ambulasset,terrãq; nauigasset. Verũ dixit ambulasse maria,qa classib.strata erãt maria.nauigasse terrã,quæ.s.mõ fuerat terra,pfõssum Athũ significat. **Naues.** de re rust.i.aut mare,aut amnis,quã naues ambulãt.trãstulit Cato ab hoĩe ad naues.sed quã dixit aduerbialr,nõ aũt qd',aut quẽ.

Amittere. Modo est perdere, modo dimittere, ut in exemplis. **Aliquid,** ut animam.Sall.32. Non enim regnum, sed fugã,exilium,egestatem, et omnes has, quæ me premunt ærũnas , cum anima simul amisisti. Plaut. 4.. Animam amittunt priusquam &c. **Aspectum.** 1.uol.phil. 163.. Quòd ijs sæpe

usu uenit, qui cum acriter oculis deficientem solem intuerentur, ut aspectū omnino amitterēt. **Causam.** *in or. lib. 118. Quarū rerum negligentia pleras q; causas, & maxime priuatas (sunt enim sæpe obscuriores) uidemus amitti.* **Ciuitatem.** *in orat. lib. 100. Num is ad suos postliminio rediisset, & amisisset hanc ciuitatem.* **Consilium.** *Ter. 29. Simul consiliū cū re amisti.* **Corpus.** *in fa. 107.. Ego cogito cōmorari quoad me reficiā, nam & uires, & corpus amisi.* **Dignitatem.** *in fa. 9.. Dignitatē illā quidē cōsularē fortis, & cōstantis senatoris, nihil est quod cogitemus, amissa est culpa eorū, q à senatu &c.* **E conspectu** *aliq. Terē. 31. Occidi, neq; uirgo est usquā, neq; ego, qui illā è cōspectu amisi meo.* **Ex animo** *aliquid. 1. uol. orat. 44.. Nam cum omnibus horis aliquid atrociter fieri uidemus, aut audimus, etiā qui natura mitissimi sumus, assiduitate molestiarū sensum omnē humanitatis ex animo amittimus.* **Egestatem.** *uide animā.* **Aerumnas.** *uide animā.* **Fugā.** *uide animam.* **Liberos.** *in fa. 72. Cum beatissimi sint, qui liberos non susceperint, minus autē miseri, qui his tēporibus amiserūt.* **Lumen.** *1. uol. ph. 230. Democritus luminibus amissis, alba scilicet et atra discernere nō poterat.* **Occasionem.** *Att. 242.. Atq; id quidē Cassius maxime amissas occasiones, deciumq; grauiter accusabat.* **Opinionem.** *Att. 51. Accedit aliud non paruū incommodū, quōd grauis illa opinio, ut quidem ad nos perferebatur, senatū nihil decernere antequā de nobis actum esset, amissa est.* **Prouinciam.** *Att. 115. cos. ei rescripsit, ut prius ipse in Picenum, at illud totū erat amissum.* **Sensum** *humanitatis. uide ex animo.* **Tempus.** *2. uol. or. 134.. Et ea dicā uobis audientibus amisso iam tempore.* **A se** *aliq. Ter. 133. Nam neque quomodo à me amittam inuenio, aut, uti retineā scio. nunc est dimittere more antiquo. Don. ait. Itē Ter. Adij te heri de filia, ut ueni, itidem incertum amisisti. Item Pl. 243. Vt abeas, rudentem amittas, mihi molestus ne sies. Item. 12. Mulier istam rem inquisitam*

sitam certum est non amittere: id est, relinquere. **De manib.** *1. uol. or. 154.. Et rem de manibus amisisses.*

Amouere *aliquid, & aliquid ab aliq. ut* **Arbitros.** *Sall. 7.. Atque ibi omnibus arbitris procul amotis orationem huiusmodi habuit.* **Metum.** *Terent. 4.. Sperans nos amoto metu inter oscitantes opprimi.* **Molestiam** *ab aliq. Pl. 7. Amoui a foribus maximam molestiam.*

Amplecti *Aliquem. Sall. 28. Igitur imperator omnes frē res asperas per Iugurthā agere, in amicis habere, magis magisq; eū in dies amplecti.* **Animum** *alic. in fa. 74.. Cū uero ea tua sit uolūtas, humanitas, beneuolētia erga me, libenter amplector talem animū.* **Ius** *ciuile. in or. lib. 105. Nam quod ius ciuile crasse tam uehemēter es amplexus: id est, quod maxime ius ciuile calles.* **Memoriam** *rei. 1. uol. or. 46. Nec parui tēporis memoriā, illæ perpetuæ existimationis fidem, & religionē amplectuntur.* **Otium.** *3. uo. or. 23. Neq; enim rerū gerendarū dignitate homines efferri ita conuenit, ut otio non prospiciāt, neq; ullū amplexari otiū, quod abhorreat à dignitate: id est, ita otio studere debeat ut ignaui ne fiant.* **Plebem.** *3. uolu. or. 115. Qua nimis amplecti plebem putabatur: id est, sibi illam obnoxiam facere.* **Consilio** *aliquid. 1. uol. or. 279. Quæ si iudex non amplectatur consilio.* **Pluribus** *uerbis aliq. 1. uol. or. 51. Quod ego pluribus uerbis amplecterer: id est, persequerer.*

Ampliare. *Est iudicium differre. cum scilicet, non liquet. idq; præsertim cum reus damnandus esse uidetur. 1. uol. or. 290. Et potestas esset ampliandi. Item. 81.* **Aliquem.** *ad Herenn. 35.. Nam quid fuit iud. quare in sententijs ferendis dubitaueritis? aut istum hominem nefarium ampliaueritis?*

Amplificare *Aliquid. 2. uol. orat. 13. Hanc authoritatem multis postea rebus gestis, magnisq; uestris iudicijs amplificatam &c.* **Dolorem.** *1. uol. phil. 186. Nam attrectatu, & quasi sæuum amplificatis dolorem.* **Gloriam.** *2. uol. or. 193. Ne cuius amplitudinem,*

plitudinem, ac gloriam laude, atque honoribus amplificare debeatis. **Amplitudinem**. uide gloriam. **Pecuniam**. 2. uolum. phil. 115. Si enim extis pecuniæ mihi amplificatio ostenditur. **Rem** familiarem. de off. 9. Nec uero rei familiaris amplificatio nemini nocens uituperanda est. Ita **Remp**. 2. uol. or. 13.. In remp. conseruandam, atque amplificandam conferatis. **Pretium**. 2. uo. or. 217.. Gabinio pretio amplificato, Syriam nominatim dedisti. **Vrbem**. 2. uol. or. 111. Qui eandem hanc urbem conditam amplificatamq; seruauit.

Amputare Aliquid ex aliqua re. in or. lib. 117.. Ita uolo esse in adolescente, unde aliquid amputem. Item. 90.

Angere. Et re, & de re aliquem. Att. 16. Multa sunt enim quæ me solicitant, anguntq;. Ita **Animum**. Terent. 135.. At non quotidiana cura hæc angeret animum. Et **animi** se. Ter. Animi sese angebat facti pœnitens. **Animo**. in orat. lib. 165.. Equidem angor animo. Att. 72.. Sed angor intimis sensibus. **Desyderio**. De re rust. 147. Ne circa æquinoctium uernum equæ desyderijs naturalibus angãtur. Item in fa. 78. **Dolore**. in fa. 47. Et in communibus miserijs perpetuo quodam dolore angi, multi ad nos quotidie deferunt. **Expectatione**. Att. 134.. Tamen angebar singularũ horarũ expectatione. **Incommodis** aliq. Pl. 70.. Ego illum incommodis angam. **De re**. Att. 33.. De Statio manumisso, & nonnullis alijs rebus angor equidem. Item. 115.. Sed non possum sine dolore accusare eum, de quo angor, & crucior.

Anhelare. Difficultatem habet uerbum trahendi spiritum, itaq; recte transfertur ad eos, qui anxie aliquid conantur. **Crudelitatem**. ad Herenn. 41.. Anhelans ex infimo pectore crudelitatem. **Minas**. Sallust. 137.. Videtis enim mentem anhelantem tristissimam genus minarum. **Scelus**. Sall. 131. Nunc anhelantem scelus. 2. uolum. oratio. 104. Neque fortasse nisi malum anhelamus.

Animaduer

Animaduertere. Iam plenum est uerbum, diligentemq; attentionem significat. & quoniam qui ita attendunt, facile intelligunt, interdum pro intelligere: tamq; passiue, quàm actiue poni consueuit. necnon etiam pro curare. Sallust. 77. Quod uos oro atq; obsecro P. C. ut animaduertatis. **Cum silentio**. Terentius. 26. Date operam, & cum silentio animaduertite. **Aliquid**. 2. uo. or. 194.. Et quoniam animaduertistis conspirationem conflatam, ita esse restinctam: id est, cognouistis, passiue. Cæsar. 223.. Hac re Cæsar animaduersa signa conuerti iubet. **Rem suam** aliq. Ter. 132. Alios tuam rem credidisti magis, quàm te animaduersurum? nunc est curare.

Animaduertere. Cum pro punire est positum, hoc ueteres in has dicendi formas usi sunt. **Iniuriam**. Ter. 4. Ea primum ab illo animaduertenda iniuria est. ubi, ab illo, possessiue illius exponendũ est, ut illud etiam, Ab Andria ancilla hæc est: id est, Andriæ ancilla. **Facinus**. Ter. 15. O facinus animaduertendũ. **Peccatum**. 1. uol. or. 77.. Atq; ea sunt animaduertenda peccata, quæ difficilime præcauentur. **Vitium**. de off. 29.. Animaduersores q; uitiorum. **In aliquem**. 1. uol. or. 120.. Tu qui instituerãs in eos animaduertere, qui perperã iudicassent. 257. **Verberibus** in aliq. Sall. 18. Vti prius uerberibus in eos animaduerteretur. Item. 19.. **Sine** casu ullo post se. 1. uol. or. 85. Magistratũ Sycionium numos popposcit, ne sit hoc crimen in Verrem. fecerunt alij. cum ille non daret, animaduertit. nisi peccatum insit in eo, cum non daret.

Animare Aliq. in aliq. 1. uol. or. 235. Ita in te animatum esse uidemus. & est in bonam partem.

Antecapere Tempus. Sall. 35.. Maximeq; festinans tempus legatorum antecapere. **Noctem**. Sall. 22.. cos. optimũ factũ ratus, noctem quæ instabat, antecapere. **Multa**. Sallu. 11.. Ac priusquã legiones scriberẽtur, multa antecapere, quæ bello usui forent. **Famem, Sitim, Frigus. Lassitudinem**. Sallust. 5.

Dormire priusquam somni cupido esset, non famem, non sitim, neq; frigus, neq; lassitudinẽ opperiri, sed ea omnia luxu antecapere: id est, edebant, bibebant, se caleficiebant, quiescebant antequam fames, sitis, frigus, lassitudo aduenisset.

Antecedere Aliquem aliqua re. Cæs. 87. Ne cõtra suam uoluntatem dimicare cogeretur, magnis itineribus anteceßit. Itẽ. 30.. **Vsu rerum.** 1. uol. or. 232. Vsu rerum antecedebat Diodorus Timarchides. **Honore, Aetate.** 1. uol. or. 233.

Antecellere Aliquid alicui. 2. uol. or. 130. Verumetiam dicendi consuetudo longe, & multum isti uestræ exercitationi ad honorem antecellet.

Anteesse Aliq. aliq. Sallust. 22. Facundia Græcos, gloria belli Gallos, Romanos antefuisse.

Anteferre Aliq. alic. Sall. 32. Perfecit uti famæ, fidei, postremo omnibus suis rebus commodum regis anteferret. Item in fa. 72.. Certe nos, quod est dies allatura, id consilio anteferre debemus: id est, antecapere.

Antegredi Aliquid. de off. 19. Id tum apparet cum antegressa est honestas: id est, præcessit.

Anteire Aliq. & alicui re aliqua. Ter. 128. O Phædria incredibile est, quanto herum anteeo sapientia. Ita **Aetate.** 1. uo. ph. 349. Qui hos ætate anteibat. Ita **Intelligentia.** in or. li. 185.. Qui intelligentia omnes anteibant. Ita **Virtute.** de offic. 40. Qui anteire cæteros uirtute putantur.

Anteponere. Prandium alic. Pl. 133.. Bonum anteponã prandium pransoribus. **Aliquid** alic. in orat. lib. 188. Hanc autem inquit gloriam testimoniumq; Cæsaris tuæ quidem supplicationi non solum, sed triumphis multorum antepono.

Anteuenire Aliq. Sall. 27. Et homines noui, qui antea per uirtutem soliti erant nobilitatem anteuenire: id est, patritijs gratiosiores esse solere. **Consilium.** Sallust. Explorare itinera regum, consilia & insidias eorum anteuenire. **Aliquid** alicui.

Plaut.

Plaut. 71. Omnibus rebus ego amorem credo, & nitoribus nitidis anteuenire: id est, præstare.

Anteuertere Aliquid alicui rei. Pl. 105. Rebus alijs anteuortã Bacchis, quæ mãdas mihi: id est, mandata tua primum exequar. Pl. 55.. Pol mœrores mihi anteuortũt gaudijs: id est, mœror gaudij locũ occupat. Item Cæs. 78.. Qua re nunciata, Cæsar omnibus consilijs anteuertendũ existimauit, ut Narbonẽ proficisceretur. **Aliquid.** de of. 98.. Atq; id ipsum cũ tecũ agere conarer, Fannius anteuertit: id est, intercepit, præoccupauit. Item. 3. uol. ora. 110. Vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuuinũ illo ipso, quo profectus est, die, itaq; anteuertit: id est, ante ipse discesßit.

Antiquare. Est in morem pristinum reducere, sed maxime de legibus, rogationibus, & quibusdã similibus. **Legem.** 2. uol. ph. 191.. Vos demũ, ut uideo, legem antiquastis, sine tabella. Item de off. 48.. **Rogationem.** Att. 8.. In hac causa Piso amicitia P. Clodij ductus operam dat, ut ea rogatio, quam ipse fert, ex S. C. & de religione antiquetur: idem est cum abrogare.

Aperire. Earum rerũ est, quæ aliquo modo nobis ante occlusæ erant. & aliquid, & de re aliqua aperire dicimus. **Domum** extra priuatum. Asc. 7. hoc est extra priuatũ aperiretur. **Literas.** Att. 93.. Q. Cicero puer legit, ut opinor certe epistolam inscriptam patri suo, solet enim aperire. Item. 7.. Item. 2. uolu. or. 112, 113. **Ludum.** in fa. 137.. Corinthi dicitur ludum aperuisse. **Caput.** 3. uo. or. 175. Cum mulier fleret uberius, homo misericors ferre non potuit, caput aperuit, in collum inuasit. **Latus.** Cæs. 8. Ex itinere nostros latere aperto aggressi circumuenire. Item. 25.. **Fontes.** 1. uo. ph. 149.. Multò studiosius philosophiæ fontes aperiemus. Item. 3. uol. or. 261. Totiusq; huius sceleris fons aperietur. Item Att. 279. Neq; in senatu scelera tissimorum consiliorũ fontes aperire non dubitaui. **Iter** aliq. re. Sall. 23.. Quocunq; ire placet, ferro iter aperiendũ est. **Cursum.** 3. uolum. orat. 261.. Multis apertus cursus ad laudem.

Reditum alicui. de off. 129. Quod docti homines neruis incitati atq; cantibus aperuere sibi reditum ad hunc locum. Item in fa. 88.. Quod reliquum est quãdo tibi uirtus & dignitas tua reditum ad tuos aperuit. **Consuetudinem** pristinæ uitæ ali. 3. uo. or. 131. Ergo & mihi meæ pristinæ uitæ consuetudinẽ C. Cæsar intercluſam aperuisti. **Animum**. in fa. 180.. Quod tuum erga me animũ simplicem, atq; amicũ aperuit. **Naturã** ali. Sall. 22. Vide mores. **Mores**. Sall. 22. Quin utriusq; naturam, & mores, quantũ ingenio possem, aperirem. **Se alicui**. Ter. 15. Post ubi tempus promissa est iam perfici, tum necessario se aperiunt, & timent. **Omnia** ut gesta erant. Sall. 16. Omnia ut gesta erant, aperit. **Dolum**. Pl. 152. Si hic non uidebit mulierem, aperitur dolus. **Coniurationem**. Sallust. 14. Eo præsente coniurationẽ aperit, nominat socios. **Probra** alic. Pl. 81. Ac de pol tua probra aperibo omnia. **De re**. ad Her. 2. Deinceps de insinuatione aperiendum est.

Apparare cum dativo uerbum adiungitur, semper inquit Do. cladem, & perniciem significat. **Nuptias** alicui. Ter. 15.. Hæ nuptiæ non apparabantur mihi. **Animum**. ad Heren. 1.. Per quod animus auditoris uel iudicis constituitur, uel apparatur ad audiendum. **Orationem**. ad Heren. 2.. Vt non apparata oratio uideatur. **Conuiuium**. 1. uol. or. 210. Ornare, & apparare conuiuiũ. **Cœnam**. Ter. 53. Cœnam apparare. **Verba**. ad Her. 3. Quod nimium apparatis uerbis compositum est.

Apparere. Aliquem domi. Pl. 50. At ego mox apparebo domi: id est, adero. Item in fam. 162. Cum equites Antoni apparuissent. **Promissa**. Ter. 31., Hercle hoc factum est. fac sis nunc promissa appareant.

Appellare. In hoc uerbo ueteres maxime frequentes fuerunt, aut cum à iudice ad aliam quampiam potestatem confugeretur, & tum dicimus appellare aliq. & ad aliq. aut cum de re exigenda ageretur, & tum dicimus aliq. de re aliqua. ut in exemplis docebitur. **Tribunos**. 1. uol. or. 5. Appellantur tribuni. Att. 64.. **Populum**. 2. uol. orat. 264. Appellaui populum, tribubus me submisi. Att. 211. Ad tribunos quod appelles ualde probo. **Ab aliquo** ad aliq. 1. uol. or. 11.. Cuius procurator à prætore ad Tribunos appellare ausus sit. **Aliquẽ**. Att. 78.. De Atteliano nomine scripsi ad Philotimum ne appellaret Messalam. Item. 1. uo. or. 7. Cum tibi quotidie potestas fuisset admonendi, uerbum nullum ficis, biennio iam confecto ferè appellas. Item Post biennium deniq; appellas. Item in famil. 266.. Dolobellæ procuratores fac, ut admoneantur, appellabis etiam Papiam. Item Att. 5. Tullia delitiæ nostræ tuum munusculum flagitat, & me sponsorem appellat. Item. 6. Tulliola tibi diem dat, sponsorem appellat. Item. 261. Possumus enim ut sponsores appellemus, procurationem introducere. 1. uolum. orat. 97.. Non enim mihi persuadetur istum ab illo prius appellatum. **De pecunia**. 3. uolum. orat. 174. Appellatus de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas. Sed & alias habet significationes. ut Plaut. 35.. Paucis est, quod te uolo de communi re appellare mea, & tua. nunc est quærere, agere cum aliquo. **Nomine** aliq. in orat. libr. 105. Vt eum tristem Galba uidit, nomine appellauit. Item. 1. uolum. philosop. 4.. Me autem nomine appellabat. **Vultu** aliquem. 2. uolum. orat. 166.. Qui etiam me intuetur, me uultu appellat, meam quodammodo flens fidem implorat. **Literis** aliq. in famil. 255. Crebris nos literis appellato. **Literas**. in oratorijs libris. 176.. Et suauitate appellandarum literarum. nunc est proferre, quæ laus summa fuit in Catulo, de quo. Item. 188.. Sed tamen suauitas uocis, & lenis appellatio literarum bene loquendi famam confecerat. **Regem** aliquid. Attico. 77. Qui rex ab senatu est appellatus. Ita **Amicum**. Cæsar. 12. Cum in consulatu suo rex atque amicus à senatu appellatus esset. **Imperatorem**. in familiaribus. 23.. Ita uictoria iusta imperator appellatus apud

Issum. Item Att. 79. Imperatores appellati sumus. Item. 3. uolumine. orat. 260.

Appellere. proprie est, cum ex pelago, aut freto quis ad littus accedit. Don. ait. Cæs. 158. Vt primo uespere omnes scaphas ad littus appulsas habeant. Item. 145. Appulsisq; Messanam nauibus. 1. uol. or. 244.. Ita ad uillam. Att. 210. Ita ad Siciliam. 1. uol. or. 250. Ita tu de multis. **Animum** ad uxorem. Ter. 11. Animum ad uxorem appulit. Ita **Ad scribendum.** Terent. 1. Poëta cum primum animum ad scribendum appulit. Ita **Mentem** ad philosophiam. in or. lib. 122.. Sic tuam mentem ad philosophiam appulisti. **Frigus, & Calorem.** 2. uol. philos. 54.. Vt omnes ictus, omnesq; nimios & frigoris, & caloris appulsus sentire possimus.

Appetere Modo est ualde cupere: idq; sæpius de ijs, quæ fert libido, interdum etiam de bonis. modo pro suo simplici, necnon etiam pro appropinquare poni consueuit. **Amicum** aliq. 3. uol. orat. 94. Non fugit eius amicitiam, cum esset præsertim appetitus. **Gloriam.** 2. uol. or. 5. Et quoniam semper appetentes gloriam præter cæteras gentes, atq; auidi laudis fuistis &c. de offic. 102. Quam qui appetiuerunt. de probitate enim agit. **Aliquid.** 1. uolum. phil. 217. Nescienter quid appetens. **Regnum.** Cæs. 77.. Et ob eam causam, quod regnum appetebat ab ciuitate erat interfectus. Ita **Inimicitias.** 3. uo. or. 47. Appeteret inimicitias? in iudiciũ uocaret? **Europam.** Att. 273.. Adeo ne copijs abũdat, ut is, qui ex Asia fugere dicebatur, Europam appetere conetur. **Aliquid** aliqua re. ut uitam ali. ferro, & insidijs. 1. uolum. orat. 23. Filij uita infesta sæpe ferro atque insidijs appetita. Ita **Vrbem.** Sallust. 136.. Sceleratus in omnem urbem, quam toties insidijs appetiuisset. **Diem.** Cæs. 74. Diesq; appetebat septimus. Ita Pl. 33.. Propinqua partitudo cui appetit. utrobiq; significat appropinquare.

Appingere Aliquid. Att. 27.. **Epistolam** superiorem restitue nobis,

tue nobis, & appinge aliquid noui: id est, ascribe.

Applicare. Proprie est de naufragio in littus iecto. Do. ait. transfertur uero ad ea, quib. maxime adhæremus. **Se ad aliq.** Ter. 22. Tum ille egens forte applicat primum ad Chrysidis patrem se. **Ad familiaritatem** ali. 2. uol. orat. 31. ⁀31.. Statim se ad hominis egentis, audacis, in iudicijs corrumpendis exercitati, tum autem iudicis Staleni familiaritatem applicauit. **Ad amicitiam.** se alic. 1. uolu. orat. 109. Primum quod omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam, fidemq; Pop. Rom. applicuit. **Ad fidem.** uide amicitiam. **Ad ductum** alic. se. in familiar. 43.. Siquidem (ut scribis) omnes uires ciuitatis se ad Pompei ductum applicauerunt. **Ad aliq.** partem. **Animum.** Ter. 5. Tum siquis magistrum cœpit ad eam rem improbum, ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunq; applicat. **Ad studium** se aliquod. Ter. 51. Tum quod maleuolus uetus poëta dictitat, repente ad studium hunc se applicasse musicum, amicum ingenio fretum, haud natura sua. **Ad philosophiam** Itaque se alij ad philosophiam, alij ad Ius ciuile, alij ad eloquentiam applicant. Item. 1. uolu. orat. 16.. De offic. 23.. **Ad eloquentiam.** uide ad philosophiam. **Ad ius** ciuile. uide ad philosophiam. **Ad conuiuia.** M. Ca. apud Gell. 151.. Poëticæ artis bonos nõ erat, siquis in ea re studebat, aut sese ad conuiuia applicabat, grassator uocabatur. **Ad aliq.** in or. li. 194.. Meq; ad eundem, quem Romæ audiueram, Molonem applicaui.

Apponere. Verbum est in primis mensæ & cibis accommodatum. **Mensam.** Plaut. 220. Date illi aquam manibus, apponite mensam. Item Plaut. 30. Pueri mensam apponite. Att. 244. 236.. **Cœnam** dubiam. Terent. 129.. Cœna dubia apponitur. dubia cœna ea est, unde quid sumas ex rerum copia, ignores. Item Att. 87. Quid te in uasis fictilibus appositurum putem? Item. 1. uolu. oration. 211. Is cœnam isti dabat

apud uillam in Tindaritano, fecit quod Siculi non audebant, ille ciuis Rom. quod erat, impunius se facturum putauit, apposuit patellam, in qua sigilla erant egregia. Item. 1. uol. oration. 211. Argentum illi cæterum purum apposuerat, ne purus ipse relinqueretur. **Gratiæ** aliquid. Terent. 8. Ego Charine neutiquam officium esse liberi puto, cum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi: id est, deberi sibi quicquam uelle. **Aliquid** alicui rei. Plaut. 157. De meo nihil his nouum ipse apposui. nunc est addere. **Machinam** rei. 1. uolumi. oration. 105. Omnes illæ columnæ, quas dealbatas uidetis, machina appositæ, nulla impensa deiectæ. **Notam** alic. rei. in familiar. 205. Reliquis epistolis tantum faciam, ut notam apponam eam, quæ mihi tecum conuenit. **Et ad** aliquid. 3. uolu. oration. 95. Qui non notam apponas ad nudum uersum, est signo aliquid significare. **Licitatorem**. de offic. 64. Non licitatorem uenditor, nec, qui contra se liceatur, emptor apponet. Ita **Accusatorem**. 1. uolumi. oration. 91. Accusator autem apponitur ciuis Romanus de creditoribus Lampsacenorum. Ita **Calumniatorem**. 1. uol. orat. 113.. Verres calũniatores apponebat, Verres iudicabat.

Apportare Aliq. Terent. 20. Quid nam apportas? Item Cæ. 47. Ea, quæ sunt usui ad armandas naues ex Hispania apportari iubet. Item de offi. 30.. Multa undiq; apportans. **Ab aliquo**. 1. uolu. oration. 261.. Quæ non ab hostibus uictis capta, aut apportata sit?

Apprehendere Aliquid. in orator. lib. 148.. Alius aliud apprehenderat: id est, alius aliud secutus est. **Hispanias**. Att. 160. Aut istum, ut confidere uidetur, apprehendere Hispanias.

Appromittere. Vide adpromittere. est idem recipere, quod antè promissum sit.

Appropinquare. Est propius aliquid fieri. ut **Aduentum** ali. 1. uolu. oration. 232.. Et posteaquam meus aduentus appropin

appropinquarit. in familiar. 20. &. 126. **Libertatem** ali. 3. uolu. orat. 193. Vt & illi pœna, & nobis libertas appropinquaret. **Iudicium**. 2. uolu. orat. 58. Postea autem cum appropinquare huius iudicium ei nuntiatum esset. **Mortem**. 2. uolu. phil. 94. Itaque appropinquante morte. **Pœnam**. uide libertatem. **Primis** ordinibus. Cæs. 59. Erant in ea legione fortissimi uiri Centuriones, qui iam primis ordinibus appropinquarent. ubi ego intelligo eos iam dignos esse, qui primum ordinem ducerent.

Apricari. 1. uolumi. philosop. 246.. Offecerat uidelicet apricanti in Sole. Varro. Licet uidere multos quotidie hyeme in Sole apricari.

Aptare Aliquid ad aliquid. in orat. lib. 157. Hoc uerbum est ad id aptatum.

Arare Frumentum. 1. uolumi. oration. 172. Quod si fieri non poterat, ut plus quàm decem medimna ex iugere ararent. uide exarare.

Arcere Aliquid aliqua re, & ab aliqua re. ut **Aquas**. 2. uolu. orat. 129. Ille tenet, & scit, ut hostium copiæ, tu, ut aquæ fluuiæ arceantur. **Flumina**. 2. uol. phil. 53. Nos flumina arcemus, dirigimus, aduertimus. **Aliquid** aliqua re. ut **Vinculis, Custodia**. 1. uol. phil. 195.. Ergo hos quidem ut famulos uinculis, ac custodia arceamus. **Custodia**. uide supra. **Finibus** aliquid. 2. uolumi. orat. 244. Videbam illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem adolescentis, furentis, nobilis, uulnerati non posse arceri otij finibus: id est, contineri. **Telis** aliq. Plaut. 164. Si posthac te prehendero hic, arcebo telis. est cum per testes comprehensum tenere. **Arce** aliq. de offic. 25. Maxime autem hæc ætas à libidinibus arcenda est.

Arcessere. Vide quædã ad uerbũ accersere. **Ad societatẽ**. Att. 35. Si erit pugnandũ, arcessam ad societatẽ laboris. Itẽ. 34. Si erit

Si erit necesse arcessemus: id est, uocabimus. **Capitis** aliq. 3. uo. or. 149.. Non expetere uitam, non capitis arcessere. ad Her. 4. Ita **In iudicium** capitis. de of. 43.. Nequem unquã innocentem in iudicium capitis arcessas. **Et iudicio**. 2. uol. orat. 149. Vt hunc hoc iudicio arcesseret.

Architectari. uoluptates. 1. uo. ph. 75.. Cur tandẽ? an quòd ita callida est, ut optimè posit architectari uoluptates? **Scelera**. 2. uol. or. 50. Principem atq; architectum sceleris absoluerent? **Leges**. 2. uol. or. 63. Quem non architecti huiusce legis olfecerint? **Situm** loci. ad Her. 22. Et in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari, atq; architectari.

Ardere. Cum uerbi proprietas maxime plana sit, eius exemplis supersedere uisum est. in translatis uero, ubi peruarie se habet, tantum uersabimur. & dicimus ardere aliqua re, & in aliqua re. ut **Auaritia** aliq. Sal. 80.. Itaq; cætera ex licẽtia, aut odio, aut auaritia in tempus arsere. **Bellum**. 3. uol. or. 137.. Bellum subito exarsit. **Et bello** aliquid. in fa. 46. Orbem terrarũ distributis imperijs ardere bello. **Cupiditate** aliq. in famil. 67. Ardeo cupiditate incredibili. 3. uol. orat. 227.. **Desyderio** alic. 3. uol. orat. 228.. Tota Italia desyderio libertatis exarsit. **Dolore**. 1. uol. phil. 147. Is cum arderet podagræ doloribus. Att. 34. Et. 176. **Inuidia**. Att. 316.. Res ardet inuidia. in or. lib. 143.. **Incendio**. in or. lib. 200. Vna Gallia cõmuni nõ ardet incendio. **Iracundia**. 1. uol. orat. 118. Exarsit iracundia ac stomacho. Item Ter. 83.. **In cupiditatibus**. Sall. 2. Ardens in cupiditatibus. **In amplificatione**. in or. lib. 206. Ergo in omni genere amplificationis exarsimus. **Literas** in aliq. Att. 226. Ardentes in eum literas ad me misit. **Oculos** alicui. 1. uol. orat. 268.. Ardebant oculi. **Odio** aliq. uide auaritia. **Orationem**. in orat. lib. 209. Nisi ardens ad eum peruenisset oratio.

Arescere Lachrymas. ad Her. 16. Nihil enim lachryma citius arescit

arescit. **Fontes**. ad Her. 25.. Arescant, ipsi siccitate, supra est fontes. in orat. lib. 234..

Arguere Aliq. alicuius rei, & aliqua re, & in aliqua re. sed eo modo, quo accuso, damno. **Probri, Stupri, Dedecoris**. Pl. 12. Ita me probri, stupri, dedecoris à uiro argutam meo. **Crimine** aliq. 1. uol. orat. 244.. Nunc non modo hoc te crimine arguo. **In re**. 1. uolu. orat. 224. Omnibus in rebus coarguitur à me.

Armare Aliq. aliqua re. **Animis** aliq. 3. uolu. orat. 213. At uero erecti, citati, parati, armati animis iam esse debemus. **Autoritate** publica aliquid. 3. uol. orat. 101.. Temeritatem concitatæ multitudinis autoritate publica armare. **Muris** urbem. 2. uolu. orat. 83.. Deleta Carthago est, quòd cum hominum copijs, tum ipsa natura, ac loco, succincta portibus, armata muris. **Naues**. Cæs. 47. Ea, quæ sunt usui ad armandas naues, ex Hispania apportari iubet. **Copias**. Sall. 30. Igitur Iugurtha quàm maximas potest copias armat. **Seruos, Pastores**. Cæs. 126.. Seruos, pastores armat. **Aliquem** ad aliquid. in fa. 85.. Quod te ad omnia summũ atq; excellẽs ingeniũ armauit.

Arridere Aliquem. in or. lib. 243. Cum aut nõ adhibeantur ad causas, aut adhibiti derideãtur. nam si arrideantur, esset idipsum Atticorum. **Aliquid** alicui. Att. 210. Inhibere illud tuum, quod ualde mihi arriserat, uehemẽter displicet: id est, quod ualde placuerat. **Aliquid** L. Piso apud Gell. 96. Ii contẽnentes eum assurgere ei nemo uoluit Cn. Flauius Annij Fi. ædilis id arrisit, nunc est non molestè tulit.

Arrigere Aliquid. Sall. 13.. Vetus certamen animos eorum arrexit. Sall. 60. Eos non Paulum oratione sua Marius arrexerat. **Aures**. Teren. 22. Arrige aures Pamphile. **Et aures** aliquem alicui. Pl. 246.. Proh Dij immortales, suo mihi hic sermone arrexit aures.

Arripere Aliquid sibi. 3. uolu. orat. 18.. Qui cognomen sibi ex aliorum

ex aliorum imaginibus arripuit. Literas. de offic. 82. Quas sic auide arripui. Mordicus aliquid. Plaut. 66. Manum arripuit mordicus.

Ascendere Aliquem aliquid, ad aliquid, in aliquid, & aliqua re dicimus. Murum. Cæs. 91. Atque ab his subleuatus murum ascendit. Gradum dignitatis. 2. uol. orat. 137. Qui primum dum ex honoribus continuis familiæ maiorumq; suorum unum ascendere gradum dignitatis conatus est. Ad altiorē gradum. de offic. 46. Sed ut altiorem gradum ascendant. Ad honores. in orat. lib. 187. Quod quia multis gratū erat, & probabatur, ascēdisset ad honores &c. In Lembum. Plaut. 168. Ascendi in Lembum. Att. 13. In quæ modo asellus onustus auro ascendere posset. In concionem. Att. 54.. Tum subito ille in concionem ascendit. In equum. de offic. 83.. Cum ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascendere. In honorem. in orat. lib. 208. Propter quem ascendit in tantū honorem eloquentia. Gradibus. aliq. in orat. lib. 191. Ascendens gradibus magistratuum. Gradatim uocem. in or. lib. 164. Hinc Gradatim ascendere uocem, utile, & suaue est.

Ascire. Est aliunde aliquid sibi sumere. & alicui rei, & ad aliquid ascire dicimus. Aliquid. 2. uol. phil. 173.. Cum senatus P. Q. R. asciuerit. Legem. 3. uol. orat. 59. Innumerabiles aliæ leges de ciuili iure sunt latæ, quas Latini uoluerunt, asciuerunt. Sacra. 1. uolu. orat. 274. Quarum sacra Pop. Rom. à Græcis ascita, & accepta tanta religione, & publice, & priuatim tuetur &c. Ciuitatem alienam. Att. 265.. Quod nōnulli ita interpretantur amitti ciuitatem Romanam, alia ascita. Leporem. Att. 266. Tanta autem erat suauitas sermonis latini, ut appareret in eo natiuum quendam lepōrem esse, non ascitum. Patronum. 3. uolumi. orat. 85. Me patronum unum asciuerunt. Aliquid sibi. Sall. 9. Eā tempestate plurimos cuiusq; generis homines asciuisse dicitur. Nomen tyranni

tyranni. Att. 286. Qui tyranni nomen asciuit sibi. Ad aliquid. 2. uolu. orat. 106. Quem non ad hoc incredibile sceleris fœdus asciuerit.

Ascisere Sibi aliquid. de off. 105. Asciscantq; sibi quasi propinquitate coniunctos, atque natura. Prudentiam, in orat. lib. 92. Vt ostenderet non modo eos illius expertes esse prudentiæ, quam sibi asciscerent. Genus aliquod dicendi. in or. lib. 199. Asciuerunt aptum suis auribus optimum quoddam, & tanquam adipale dictionis genus. Laudem. 2. uol. orat. 232. Nihil enim unquam de me dixi sublatius asciscendæ laudis causa potius, quàm criminis depellendi. Sapientiam. 2. uol. orat. 232. Neque istam mihi asciscо sapientiam, quam nōnulli in me requirebant. Socios. Cæs. 2.. Receptos ad se socios, sibi asciscunt. Consuetudinem rei. in orat. lib. 183.. Iccirco hanc consuetudinem libenter asciuimus.

Ascribere. Aliquid alicui, ad aliquid, in aliquid. Sententiam nostram. alienæ. in orator. lib. 244. Ascribat suæ nostram sententiam. Salutem. Att. 4. Salutemq; tibi plurimam ascribit. quod ego reperio semper alienum spectare, nunquam de eo qui scribat, intelligi.. nam Att. 188.. Igitur tu quoq; salutem utriq; ascribito. ubi intelligo Ciceronis nomine, qui Attico id mandabat. Aliquid alicui. 2. uolu. oration. 15. Mea quidem sententia Quirites unus A. Gabinius belli maritimi, rerumq; gestarum Cn. Pompeio ascribitur: id est, socius additur. Aliquid. in familiarib. 155. In quibus erat te adscripsisse à Lepido non recipi Antonium: id est, addidisse. Attico. 232. Quod uulgò hominum opinio socium me ascribat tuis laudibus: id est, adiungat. Item Att. 19. Nam quod me non esse adscriptum uides: id est, nomen meum. Ad aliquid. Att. 292. Nunc ad tuum numerum libenter ascribito. Item in orat. lib. 133.. Ad hoc genus ascribamus eius narrationes apologorum. Item Att. 90. Quid ad statuam ascripserit, nescio

neſcio. In rem. *ut in ciuitatem. Att.257.. Et certam in ſedem ciuitatis aſcribimur.* In amicitiam. *de offic. 61. Admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit, ut ſe in amicitiam tertium aſcriberent.* In legem. *1.uol.orat. 303. Adſcripſiſſe eundem Syllam in eandem legem.*

Aſpergere *Aliquid alicui, aliquid aliqua re, & ex aliquo aliquid.* Alicui *aliquid. 2.uol.orat. 140. Sed ſi illius comitatem & facilitatem tuæ grauitati, ſeueritatiq; aſperſeris. Item. 1.uolu. orat. 288. Ebutio ſextulam aſpergit.* Et moleſtiæ *aliquid alicui. Att. 312.. Nunc mihi iucũditatis plena epiſtola hoc aſperſit moleſtiæ.* Aliqua *re aliquid. ad Her. 39.. Quem ore attingere, dentibus inſecare, lingua aſpergere poſſit: id eſt, maledictis eum leuiter perſequi. in orat. lib. 131. Quod tamen eſt mendaciunculis aſpergendum.* Maculis *uitam ali. 2.uol.or. 265. Hunc tu uitæ ſplendorem maculis aſpergis.* Ex fonte *aliquid. in famil. 84. Ex quo ſit leuiter aſperſus.*

Aſpicere *Aliquid, & ad aliquid, & inter ſe aliquos. ut* Lucem. *1.uol. orat. 28. Vt propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexerit: id eſt, in hanc uitam æditus ſit. Item in orat. lib. 165.. Tanquã ad aſpiciendã lucẽ eſſe reuocatũ.* Ad aliq. *2.uo.or. 243.. Et ſimul ad Cn. Lentulũ cos. aſpexit. Item de re ruſt. 25.. 54..* Inter aliquos. *2.uolu. orat. 113. Sic furtim nonnunquam inter ſe aſpiciebant.*

Aſpirare *Alicui rei, & ad aliquid in eadẽ ſignificatione. id aũt eſt peruenire, aſſequi. ut in exẽplis. quo quidẽ uerbo intrãſitiue magis oratores utuntur: nã trãſitiue Virg. dixit, Ventosq; aſpirat eunti, ſed ne poëtas attingamus.* Magiſtratibus. *Sall. 130. Siqua ratione præclaris magiſtratibus aſpiraſſet. Item. 136. Quò ſi uotis ſceleratorũ hominum ſucceſſus aſpiraſſent.* Ad aliq. *aliq. in or. li. 172. Nã ut ex bellica laude aſpirare ad Affricanũ nemo põt. Itẽ. 2.uo. ph. 233.. Vt ad me aſpirare non poſſes. Itẽ. 3.uo.or. 81..* In campum. *2.uo.or. 177. Qui tum dicat in*

cat in campum aſpiraſſe Syllã. In curiam. *1.uo.or. 124.. Niſi Februario menſe aſpirabat in curiã.* Domũ. *1.uo.or. 17. Dixi Romæ domũ fuiſſe, quo iſte ne aſpirauit quidẽ: id eſt, peruenit.*

Aſſentari. *Pl. 135. Aſſentabor quicquid dicet mulier.*

Aſſentiri *Alicui, & aliquid alicui.* Alicui. *in or. lib. 168. Nã etſi aliter eſt apud te Attice de Coriolano, concede tamen, ut generi mortis aſſentiar. Item in fa. 2.. Huic aſſentiuntur reliqui conſulares.* Aliquid *alicui. in or. li. 160. Nanq; ego illud aſſentior Theophraſto. Item Att. 229. Timet multa. aſſentitur omnia &c.* Aſſentire *protulit Cic. de offic. 4.. Hisq; temere aſſentiamur.*

Aſſequi. *Eſt obtinere, conſequi, rei cupitæ compotem fieri.* Honores. *2.uol.or. 199. Veſtros deniq; honores, quos eramus gradatim ſingulos aſſecuti.* Magiſtratus. *3.uo.or. 79.. Is mihi etiam gloriabatur, ſe omnes magiſtratus ſine repulſa aſſecutum.* Maturitatem. *2.uol.ph. 36. Augeſcantq;, & puberſcant maturitatemq; aſſequantur.* Studium *alic. de off. 44. Non tanta ſtudia aſſequuntur eorum.* Aliqua *re aliquid, ut coniectura. 2.uol.ph. 111. Aut belli adminiſtrationẽ prudentius, quàm imperator, coniectura aſſequetur. Ita* Suſpitione. *Att. 127.. Nam ſuſpitione aſſequi nõ potui.* Aliquem *in uia. Att. 41. Sin es in uia, cũ eris me aſſecutus, corã agemus. Item Ter. 145. Aſſequere, ac retine. Item. 1.uol. philo. 108. Non'ne modo pueros, modo adoleſcentes in curſu à tergo inſequens, nec opinanteis aſſecuta eſt ſenectus?* Merita *alic. in fa. 4. Nullã partem uidear tuorum meritorum aſſecutus: id eſt, nullam partem tuorum meritorum uideor æquare poſſe.*

Aſſerere *Aliquid. de off. 63. Quod ſi qui proſcribunt uillam bonam (ut ipſi aſſerunt) beneq; ædificatam.* Manu *aliquẽ. Pl. 210.. Omnia memoras, quò id facilius fiat, manu eas aſſerat ſuas popularis liberali cauſa liberas. Item Ter. 80. Quæ libera eſt, nam ego illam liberali aſſero cauſa manu. Item. 2. uolumi.*

orat.154.. Atque huic eidem nuper tres equites Rom.honesti, & graues, cum in causa liberali eum, qui asserebatur, cognatum suum esse diceret, non crediderunt: ubi est affirmare, defendere aliq. esse liberum, qui pro seruo haberetur, ac in libertatem eum uendicare.

Asseuerare Aliquid. in orator. libr. 192.. Bella ironia si iocaremur, sin asseueramus. Se aliquid facturum. 1. uolum. or. 121. Asseuerat se eius rei in primis actionem esse daturum. De re. in or. libr. 99. Magni enim interest coràm uidere quemadmodũ aduersarius de qualibet re asseueret. Item. 220. De quo tantopere hoc libro asseueraui, uis uerbi est serio rem, & uehementer agere.

Assignare. Assignationes præcipue agrorum esse nemo nescit. habet præterea in se criminis reiectionem, ut in exemplis. Duo millia iugerum. 3. uol. or. 168.. Duo millia iugerum campi Leontini Sex. Clodio rhetori assignasti, & quidem immunia. Item in famil. 177. Aequaliter, aut sorte agros legionibus assignari puto oportere. Alicui aliquid. in orat. libr. 171. Hæc si minus apta uidentur huic sermoni Brute Attico assigna. Item ad Herenn. 6. Cum rerum magnitudini, tum nostris quoque occupationibus assignare debebis. De re aliq. aliquid ad Heren. 7. Quibus de rebus uituperatio eorum, quæ extra id crimen erunt, nõ debeat assignari. Culpam. 1. uolum. orat. 262. Me culpam fortunæ assignare. Patri aliquid. Att. 157.. Item Tempori. 1. uolum. orat. 127. Hucusq; de malo est, est etiam ubi de bono. 1. uolum. philos. 135. Quod præceptum quia maius erat, quàm ut ab homine uideretur, iccirco assignatum est Deo: id est, datum, ascriptum.

Assumere Aliq. in orator. libr. 99. Quod cum Sceuolæ frater esset, solitus est ei dicere, neque illum in iure ciuili satis illi arti facere posse, nisi dicendi copiam assumpsisset. Item in fam. 107. Equidem aliquantum iam etiam noctis assumo. Ita Artem. in orat.

in orator. libr. 103.. Aliam quoque artem sibi assumpserit. Ita Laudem. 2. uol. orat. 131.. Ita Inuidiam. Att. 34. Vbique pro addere ad id, quod ante habebatur. aliquando significat suum proprium facere. de offic. 1.. Si id mihi assumo, uideor id meo iure quodam uendicare.

Assurgere Alicui. est eum aduenientẽ assurgendi honore prosequi. de off. 90. Hæc enim ipsa sunt honorabilia, quæ uidentur leuia, atque communia, salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, consuli. Item Piso apud Gellium. 95.. Ii contemnentes eum, assurgere ei nemo uoluit.

Astringere. Et aliquid aliqua re alicui, & ad aliquid dicimus. ut Se sacris. 2. uol. phi. 179.. Quæruntur enim qui astringantur sacris. Hæreditate sacris. 2. uol. phil. 180. Tribus modis astringi sacris hæreditatem. Se scelere. 3. uol. or. 193. Magno scelere se astringeret. Item. 2. uolum. orat. 182.. Se lege. Att. 292.. Quoad per se negligeret eas leges, quibus est astrictus. Se maioribus rebus. Sall. 55. Quæ Iugurthæ fesso, aut maioribus astricto superauerant. Disciplinam legibus. in or. lib. 168. A' quo est disciplina Lacedæmoniorũ astricta legibus. Linguam mercede. 3. uolum. orat. 86. Quorum mens fuerit oppressa præmio, lingua astricta mercede. Orationem numeris. in orat. libr. 215. 159. Aliquid uersu. in orat. libr. 203. Se furti. Plautus. 208. Homo furti se astringet, arbitror idem esse, cum accingere se furti. Alicui aliquid. Terent. 27. Verum heus tu lege hac tibi meam astringo fidem. Ad statuam aliq. 1. uolum. orationum. 212.. Quis est hic, qui ad statuam astrictus est?

Attendere. Etsi uerbum per se satis erat ad animi attentionem significandum, ueteres tamen, ut in aduertere, animum addebant, dicebantq; animum attendere. ut Terentius. 122.. Nunc quid uelim animum attendite. Item. 142.. Ita animum cœpi attendere. de officijs. 58.. Sed cum animum attenderis.

Et animo *aliquid. Teren.101. Nunc quid petam mea causa, æquo animo attendite.* Et sine *animo. 2. uolu. or. 171. Erigite mentes, aures q; uestras, & me de inuidiosis rebus, ut ille putat, dicentem attendite. Item. 1. uol. phil. 125.. Item. 1. uol. orat. 81..* Res suas. *Sall. 63.. Sed Marius impigre prudenter q; suorum & hostium res pariter attendere.*

Attentari *Aliquid. 2. uol. or. 202. Qui quia suã classem attentatam, magno cum suo periculo penè sensit.* Fidem. *in or. lib. 217. Ne compositæ orationis insidijs sua fides attentetur.*

Attenuare *Aliquid. ad Herenn. 26. Attenuata est, quæ demissa usque ad usitatissimam puri consuetudinem sermonis: id est, oratio. in or. lib. 191.* Acclamationem. *ad Her. 20. 21. 26.*

Atterere *Aliquid. ut* Opes *alicuius. Sallust. 27. Italiæ maxime opes attriuerat.* Famam *alic. Sallu. 6. Post ubi eorum famam atq; pudorem attriuerat.* Pudorem. *uide, famam.*

Attexere *Aliquid. ut* Loricas. *Cæ. 58. Pinnæ loricæ q; ex cratibus attexuntur.* Pinnas. *uide, loricas.*

Attinere *Ad aliq. Teren. 4.. Nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet. Item. 1. uol. orat. 11.*

Attingere *Aliquid, & re aliqua aliq.* Causam *aliquem. 2. uo. ph. 169.. Sed nimirũ me alia quoq; causa delectat, quæ te non attingit ita: id est, quæ non ita ad te attinet.* Inuidiam *alic. in fam. 42. Quo studio prouidit, ne qua me illius temporis inuidia attingeret.* Doctrinam *alic. in or. lib. 108.. Opinio fuit L. Crassum non plus attigisse doctrinæ, quàm &c.* Græcas literas. *in or. lib. 91.* Partem rei. *3. uo. or. 18. Quisquis erat qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiani attigisset.* Forum *aliq. in fam. 64.. Sed ut primum fõrum attigerim.* Oceanum *alic. Cæs. 78. Reliquos q; omnes, quæ Oceanum attingunt: id est ad oceanum perueniunt. 1. uol. orat. 21.. Dixit, quæ Tyberim tangunt.* Fines *alic. Cæsar. 23. Eorum fines Neruij attingebant.* Britaniam. *Cæs. 43.. Cum primis nauibus Britaniam*

taniam attigisset. Re aliqua *aliquid. ut* Officijs, Fide, Cognatione. *1. uol. or. 252.. Vbi Segestana? ubi Centuripina ciuitas? quæ tum officijs, fide, tum etiam cognatione P. Ro. nomen attingunt?* Necessitudine *aliq. in famil. 206. Qui etsi aliqua necessitudine attingunt: id est, coniuncti sunt.* Suspitione *aliq. 2. uolumine philosophiæ. 72.. Sed ne suspitione quidem possum attingere: id est, sed ne suspicari quidem possum.* Suspitione *alio modo. Att. 39. Deinde, quos in senatu ne tenuissima quidem suspitione attigerat, nominauit: id est, eos nominauit, quos ne suspectos quidem antè fecerat.* Primoribus *labris. in or. lib. 92. Quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent. Item* Extremis *digitis. 3. uol. or. 43. Et extremis (ut dicitur) digitis attigisset.*

Attrahere *Ad se aliquid. de offi. 105. Nihil est, quod ad se rem ullam tam illiciat, & tam attrahat, quàm ad amicitiã similitudo.*

Attribuere *Aliquid alicui. Att. 296.. Ex insulis, quæ erant ab Sylla Rhodijs attributæ.* Agros *alic. Cæs. 39. Vel sibi agros attribuãt, uel patiãtur eos tenere, quos armis possederint. nunc est assignare.* Equos *militi. Cæs. 126. Seruos, pastores armat, atq; his equos attribuit. ex ijs circiter trecentos equites cõficit. Item. 123.* Equitatus. *Cæ. 78. Equitatus partem illi attribuit, partem sibi reliquit.* Naues *alic. Cæs. 32.. Quibus singulæ naues erant attributæ.* Aliquem *alicui. Cæs. 103. Lucio M. Semproniũ Rutilium attribuit.* Causam *alicui. 1. uo. or. 257. Vt aut alijs causam calamitatis attribueret. ut assignare.*

Auctare *Aliq. re aliqua. ut* Pretio. *Plaut. 1.. Bene expedire uoltis peregri q;, & domi, bono, atque amplo auctare perpetuo lucro.*

Aucupari. *Proprie auium est, nam aucupari, nihil aliud est, quàm aues captare. transfertur tamen ad ea, quæ eo modo obseruando captamus.* Tempus. *1. uolu. orat. 22. Cum præsertim, tam multi occupationem eius obseruent, tempus q; aucupentur.*

Opiniones *hominum. in orat. lib. III.* Vt igitur in eiusmodi re, quæ mendacio nixa sit, quæ ad scientiam non sæpe perueniat, quæ opiniones hominum, & sæpe errores aucupetur. de arte loquitur Antonius, quam ipse dissimulabat, quem sensum Cic. fere iisdem uerbis repetit in. 1. uo. ph. 79.. Aliorum errantẽ opinionem aucupentur. **Rumores.** *2. uol. or. 39.* Qui imperitorum hominum rumusculos aucupati: id est, qui uulgi uerba attendunt. **Orationem.** *3. uol. orat. 25.* Vt omni ex genere orationem aucuper. **Syllabas.** *in or. lib. 105..* **Verba.** *in or. lib. 132.. Simulitudinem. ad Herenn. 4..*

Audire. *Ab auere audio, ab audire auscultо factum est: quæ ita tamen distant inter se, ut audire sit aliquid auribus percipere. auscultare uero obtẽperare. & dicimus audire aliquid, & cum præpositionibus multis. alicui uero audire pro auscultare, nisi in participiali uoce reperi: uerum cum accusatiuo in eum significatum sæpe. in fa. 21.* Nunquam labêre si te audies. *Item. 21..* Te audi, tibi obtempera. *Item. 1. uol. phil. 161.* Nec Homerum audio. *Item. 167.* Si fabulas audire uolumus, *in or. lib. 191. 1. uo. ph. 234..* **Ad aliq.** *Att. 135.* Audi igitur ad omnes scilicet literas. **Aliquid** *de aliquo. Att. 273..* Quã de Antonij fuga audisti. nunc possessiue est de. *Item. 1. uol. philos. 2.* Delectabatur autem mirifice lectione librorum, de quibus audiebat. nunc est de, pro ex. *Item in ora. lib. 173..* Tum ego audiui equidem ista in quam de maioribus natu: id est, à maioribus natu. *Item in fam. 67.* Ita **Ex aliquo.** *Attico. 77.* Etsi hoc te ex alijs audire malo. **Ex contraria** *parte. 2. uol. or. 19.* Quæ iam per annos octo continuos ex contraria parte auditur. **Dicto.** *Cæs. 63.* Dicto audientes non fuerunt. *Item. 1. uol. orat. 94.. Item, Att. 84.* **Bene** *ab aliq. 1. uol. philoso. 102.* Essecq; hominis ingenui, & liberaliter educati uelle bene audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiam uiris. **Male.** *3. uolu. orat. 45..* Vicinum eius mulieris miraris male audire. uulgo hauer bon nome, cattiuo nome.

Cum ita

Cum *ita dicat. in orat. lib. 122..* Atque ego ex istis sæpe audiui, cum ita dicerent. uide dicere. **Bona** *cum uenia. 1. uolum. orat. 20.* Quapropter uos oro, atque obsecro, ut attente, bonaq; cum uenia uerba mea audiatis. **Nuncium.** *1. uol. orat. 40..* Vnde uix ter in anno audire nuncium possunt. uulgò hauere una noua.

Auere. *Auere nihil aliud est, quàm cupere. argumento est auidum, & auiditas.* **Honores.** *S. all. 23.* Auidus potentiæ, honoris, diuitiarum. **Potentiam.** *diuitias. uide honores.*

Auertere *Et aduertere hoc modo differunt, ut auertere, sit aliorsum à nobis se quempiam uertere. aduertere, aduersus nos se conuertere. unde illud auersus, & aduersus impudicus es.* **Riuos,** *flumina. Cæsar. 174..* Omnia enim flumina atque omnes riuos, qui ad mare pertinebant, Cæsar aut auerterat, aut magnis operibus obstruxerat: id est, aliò deriuarat. **Omen** *deos. Attico. 279..* Quod Dij omen auertant. ita *in familiaribus 186. Cæsar. 60.* Auertit hic casus uaginam. **Orationem.** *2. uolumine philosoph. 63..* Vt cum me interrogaturus esse uideare, & ego me ad respondendum compararim, repente auertas orationem, nec des respondendi locum. **Animum.** *Cæsar. 7.* Quæ ex re futurum, uti totius Galliæ animi à se auerterentur: id est, abducerentur. *Item. 209.. 210..* **Alicunde** *aliq. Cæs. 183.* Sed Cæsarem Apollonia directo itinere auerterat. *Item Attico. 274.* Certe nisi is Antonium auertisset ab urbe. **Se ab** *amicitia. Cæsar. 120..* Totum se ab eius amicitia auerterat. Ita **Iter** *ab aliquo. Cæsar. 5..* Quod iter ab Arrare Heluetij auerterant: id est, interceperant. *Item. 8. iter ab Heluetijs auertit:* id est, ab ijs diuersum iuit. **Hæreditatem.** *in familiaribus. 199..* Vt adhuc fecit, hæreditatẽ Turianam auertere. **Argentum.** *1. uolumine orationum. 250.* Ita **Pecuniam.** *1. uolumine orat. 78.* Quibus probemus istum in quæstum pecuniam publicam Cn. Carboni cos. datam auertisse. **Castella**

ab hostibus. Sallu. 64. Sed COS. uti statuerat oppida, castellaq; munita adire, partim ui, alia metu, aut præmio ostentando auertere ab hostibus. Per **Dolum** aliq. Sall. 83. Ei subuenientē Antiochum cōcessione Asiæ per dolum auertere. ut, cū auertere in hac significatione nusquā dolo careat, Sall. tamen per dolum dixerit. in quibus posterioribus exemplis est pro intercipere.

Auferre. Modo tollit, modo profert, interdum impetrat: sed longe facilius uerbi multiplicem significationem exemplis ipsis deprehendere poteris. **Ambulationem.** Att. 326.. Crassipedis ambulatio ablata, horti, tabernæ plurimæ. **Aliquem** à se. in fa. 21. Teq; hortor, ut omnia gubernes, & moderere prudentia tua, ne te auferant aliorum consilia: id est, ne alios audias. **Aliquem** obliuionem. Sallust. 85. An illa, quæ pauloante hoc bellum in Cn. Pompeium, victoriamq; Syllanam increpabatur, obliuio abstulit? Id est, penitus obliti estis? **Ius.** 1. uol. or. 57.. Quod in una quaq; re beneficio senatus Po. q; Rom. iuris habui, id mihi tu C. Verres eripuisti, atq; abstulisti. **Spem.** de offic. 54. Oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat. **Dies** aliquot. 1. uol. or. 3.. Destitutione illa perculsus Quintius à scapulis paucos dies aufert: id est, solutio in paucos dies differtur. Item. 1. uol. orat. 72. Decem dies sunt ante ludos uotiuos, quos Cn. Pompeius facturus est, hi ludi XV. dies auferent: id est, in ludis edendis XV. dies consumentur. **Decretum.** Att. 262.. Liberalissimū decretum abstulimus, quod est obsignatum ab amplissimis uiris: id est, impetratum nobiscum tulimus. Ita etiam. 1. uol. or. 80. Ita etiam Pl. 42. Dixit impetratum. Vt istuc quod me oras efficiam tibi, impetratum ab eo auferam. **Tacitum.** Pl. 30. Suspende me potius, quàm tacita hæc auferas: id est, impune. Ter. 14.. Dixit inultum. Sed inultum id nunquam auferet. Item per **Sic** in eandem significationē. 86. Ni facunt, quæ illos æquum est, haud sic auferent. **Spiritum** alic. 1. uolum. orat. 259.. Ne cum sensu doloris aliquo aut cruciatu

ciatu spiritus auferatur. **Aliq.** mordicus. Att. 324. Auriculam fortasse mordicus abstulisset. **Inter** manus aliq. 1. uol. orat. 241.. Itaq; erat exitus eiusmodi, ut alius inter manus è conuiuio tanquam è prælio auferretur, alius tanquam occisus relinqueretur, pleriq; fusi sine mente, ac sine alio sensu iacerēt. **Salutem** ab aliquo. 2. uol. phil. 191. Cui ne reditus quidē ad bonos, salutem à bonis potuit auferre. **Voluntatem** alicuius rei aliquid. 1. uol. orat. 80. Vt alter dies amicis istius, & defensoribus non modo, spem uictoriæ, sed etiā uoluntatem defensionis auferret. **Opem** ab aliq. 1. uol. orat. 5.. Vnde eò plus opis auferret, quò minus attulisset gratiæ. Item Att. 79.. Tu uero aufer ducenta. **Viriditatem** rei. de off. 97.. Senectus enim quāuis nō sit grauis, ut memini Catonē uno anno antequā mortuus est, mecum & cum Scipione disserere: tamen aufert eam uiriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.

Augere. Est ad id, quod ante erat, addere, & aliquid simpliciter, & aliquid aliqua re augemus. **Animum.** Plaut. 23. Inimicûm animos auxerit. in fa. 178.. **Dolorem.** in famil. 78. Tamen oculi augēt dolorē. **Beneuolentiam.** de offi. 102. Auxit beneuolentiam cōsuetudo. **Exercitationem.** de off. 25. Exercitationes animi etiā augendæ uidentur. **Furorem.** in fa. 184. Auget tuus amicus furorē in dies magis. **Gloriam** alic. 2. uol. phil. 307. Quod ad Cn. Pompei gloriam augendam tanto studio te dedisti. **Memoriam.** in orat. lib. 139.. Posteritatis immortalē memoriā augebit. **Molestiam.** in orat. lib. 163.. Augebā etiā molestiā. **Metum.** Sall. 65. Cæteris metus augeri. **Nomen** ali. 3. uol. or. 86. Quod uix potest priuatim ad meum nomen augendū. **Numerum.** Plaut. 5. Metuo ne numerum augeam illū. **Remp.** de offic. 51. Præterea quibuscunq; rebus uel belli, uel domi poterunt Rempub. augeant. **Pacem.** ad Her. 29. Vt possit bellum fortitudo nunuere, pacem humanitas augere. **Studium.** in or. lib. 194. Studiumq;

philosophiæ nunquam intermissum, à primáq; adolescentia cultum, & semper auctum, hoc rursus summo autore, & doctore renouaui. Suspitionem. *in famul.2.* Quæres auget suspitionem Pompei uoluntatis. Timorem. *in famul.85..* Auges etiam tu mihi timorem. Vectigalia. Cæs. 129. Vocem. *ad Her.20.* Vocem quoq; adaugere oportebit. Bonis conditionibus *aliq.1.uol.orat.179.* Et tamen auget, atq; onerat te bonis conditionibus. Damno *aliq. Ter. 74..* Ergo herus damno auctus est. Filiolo. *Att. 2.L.* Iulio Cæsare. C. Martio Figulo COSS. filiolo me auctum scito salua Terentia. Ita Liberis. *Plaut.278..* Cum tu recte proueniſti, cunq; es aucta liberis, gratulor. Lætitia. *1.uolu.phil. 67.* Tanta lætitia auctus sum, ut mihi non constem. Honore *aliq. Att. 100..* Num illum, qui pedē porta, quoad hostis sis Eufratē fuit, non extulerit, honore augeri. Spiritu *aliquē. 2.uol.orat.257..* Et hoc cœlesti spiritu augemur. Verbis *aliq.de off.48.* Neque enim uerbis augere suum munus, si quo forte fungitur &c. Cumulo *aliq.in fa.226.* Ita magnū tuum beneficiū magno cumulo auxeris. Aliquem. *in fa. 103.* Semper te nō modo tuendum mihi, sed etiam augendum, atque ornandum putaui. *Att.327..* Hircius auctus fore uidetur.

Augescere. Vti augere semper transitiue ponitur, ita augescere nisi intransitiue, nō enim recte dici arbitror, Cæsar augescit furorē, sed Cæsaris furor augescit. Aegritudinē. *Ter. 60.* Nā mihi quidē quotidie augescit magis de filio ægritudo.

Augurari. *Aliq.alicui. 2.uo.ph.173..* Sacerdotes uineta, uirgetaq; & salutem populi augurāto. magis enim ueteres augurare dicebant, quàm augurari, quod etiam Ci. usurpat, præsertim in his, quæ ut uetusta, profert. Coniectura *aliq. Att.28.* Quātum coniectura auguramur. Item in or. lib. 92.. Opinione *aliq. 2.uol.or.139..* Quantum ego opinione auguror. De aliqua re. *in or.lib.200..* Sed de illo quid augurer, libet dicere.

Auocare

Auocare *aliq. à re aliq. in or.lib. 148..* Nos auocat à rostris, à iudicijs, à curia, fortasse sapienter, ac præsertim à rep. Apeccatis. *2.uo.ph.171.* Vim habere ad recte facta uocādi, à peccatis auocandi. Contionem. Messala apud Gellium. *193..* COS. ab omnibus magistratibus & comitiatum, & contionem auocare potest. Item. 183.

Auscultare. Pro audire cū accusatiuo, pro obsequi, obtemperare cum datiuo significat. Pl. 109.. Age nunc, uincito me, auscultato filio. Item. 201. Quāquam cupido uersatur in corde, tamen tibi auscultabo. 1. uol. or. 35.. Quid tu uir optime, ecquid habes, quod dicas? mihi auscultā. uide ne tibi desis &c. Paucis. *Ter.13.* Auscultā paucis. Item Pl. 5. Clara uersum fabulabor, hic auscultet, quæ loquar, nunc est audire, attendere.

Auspicari. Est inchoare, incipere, quia ueteres nihil magni exordiebantur, nisi auspicato. aliquid. de re rust. Posset ab idib. Ianuarijs auspicari culturarum officia. Ita Culturam. *2.uol.orat.92..* Auspicato in loco.

Autorare. Est obstringere, obligare, præsertim de milite, quia militiæ sacramento obstringi milites solebant. Exautorare uero liberare, infamia tamen militem exautoratum sequebatur. ut in fa. 164.. Quia cū depressus in ludū, bis gratis depugnasset, autorari sese nolebat, et ad ppl'm cōfugerat. ita enim loc⁹ corrigitur.

Autumare. *Plaut. 6..* Quum illec illum autumare audio: id est dicere.

B

Balare. Proprie ouium est. *de re rust. 46..* Quoniā satis balasti inquit: id est, quoniā satis de bellis egisti, qd' per uerbū earū uocis, ptulit.

Beare. *Aliq. Terent.3.* Beasti me. Item. 30.. Ecquid beo te. *Plaut. 4.*

Benefacere. *Terent.28..* Merito te amo. Ph. Benefacis: id est gratias agere, inquit Donatus.

Benemereri. De aliquo. *in or.lib.188.* Bene de nomine ac di-

gnitate Po.Ro.meritum esse existimare debemus.

Bibere. Cirneam uini.Plaut.7.Vt ego illic uini cirneam ebiberim meri. **Imperium.** Plaut.9. Non enim ego uino simul ebibi imperium tuum. **Mandatum.** Plaut.22.. Quãquã ego uinum bibo,at mandata nõ consueui bibere. **Medullam** aliquid.Plaut.253. At ego perij, cui medullam lassitudo perbibit.

Blatere Nugas. Plaut.9.. Ita nugas blatis. Item.64.. Credo hercle te esse ab illo, ita nugas blatis.

Bullare Vrinam. Cel.16.Aut si bullat : aut si male olet. uinum de re rusti.

C

Cadere. Quoniam casus fortunæ, & euentui subiacet, cadere etiã præter propriam naturam,euenire, & accidere significat : nec nõ etiam uenire:cõuenire.& quædam alia. **Dentes** alicui. Plaut.144. Nam tum dentes mihi cadebant primulum. **Lachrymas** alic.Ter.88. Homini illico lachrymæ cadunt. **Rorem.** Pl.45.. Suo sibi suco uiuunt, si ros non cadit. **Ex equo.**3.uol.orat.54.. Cecidisse ex equo dicitur. **Ex bona** fortuna.in orat.lib.234.. Si bona ex fortuna quis cadat. **Alte** aliq.in orat. lib. 205.. Magnum tamen periculum non adibit, alte enim cadere non potest. **Grauiter** aliquem.de offic.15. Tam grauiter cadere nõ possunt : id est,errare. **Causa** aliq.in famul.102. Minus multi iam te aduocato causa cadent.Item in orat. lib.98.. Et **A causa.** dicitur. in orat. lib. 69. Vt à causa cadat is,qui non quemadmodum oportet egerit, est autem causa cadere, litem amittere. **In iudicio** aliq.2.uol.orat.138. Noluerunt sapientissimi homines qui tum rem illam iudicabant, ita quenquam cadere in iudicio &c. **Ad numerum** aliq.in orat. lib. 202. Nullæ argutiæ digitorum,non ad numerum articulus cadens. arbitror quasi muliebrem ratiocinationem ad digitorum inclinationem in oratore

in oratore Ciceronem reprehendere. **Numerose** aliq. in orat.lib.216. Cadere tantum numerose oportere. **In syllabas** uerba. in orat. lib. 216. Quòd uerba melius in syllabas longiores cadunt. **In spondeos.** in orat. lib. 219.. Et in spondeos cadit:id est terminatur. **Verba** alic. uide oculos. **Vultus** alicui.uide oculos. **Oculos** alic.2.uol.orat.240. Sed tibi tum oculi,uultus,uerba cecidissent. **Autoritatem.** 2.uol.orat.258. Autoritas principum cecidit. **Laudem** aliciuius.de offic.42.. Atque ea quidem tua laus pariter cum rep. cecidit. **Ciuitatem.** 2.uol.orat.253. Vt si tanta ciuitas cadat,quod dij omen obruant. **Animo** aliq.in famul.78.. Non debemus ita cadere animis,quasi &c. **Aliquid** alic. in or. lib. Sed ualde optanti utriq; nostrum cecidit. **Commode** alic.1.uolu.oration.67. Verum hoc adhuc percommode cadit. **Opportune.** in orat.lib. 110. Hoc tamen cecidit mihi peropportune. **Optate.** Att.40. Nihil mihi optatius cadere potuit. **Vt uolumus.** Att. 41.. Sanè ita cadebat,ut uellem. 247. **Aliter** atque.in famul.74. Cum aliter cecidisset, atq; putasses. **Ita.** in famul.30. Verebar ne id ita caderet, quod nũc etiam uereor. **Quemadmodum.** Att.52. Hæc res quẽadmodum ceciderit.120. **Quorsum** aliq.Att.51. Etsi uerebar quorsum id casurum esset. **In cassum** aliquid. Pl. 203. Bene promittis multa. ex multis omnia in cassum cadunt. **In perniciem** aliq.Sall. 40. Ni misericordia in perniciem casura esset. **In cogitationem.** 2.uol. phil.6. Quod ne in cogitationem quidẽ cadit. **In consuetudinem.**1.uol.ph.191.. Ego poterã morbos,& id uerbũ erat è uerbo, sed in cõsuetudinẽ nostrã nõ caderet. **In deliberationem** aliq.de off.2. Id quod in deliberationẽ cadit. **In disceptationem.**in or. lib.109. Quæcũq; in disceptationẽ cadere possunt. **In ætatem** alic.3.uol.orat.53.. Quæ nõ cadit in hãc ætatẽ. **In formam** unã.in or.lib.200. Neq; in unã formã cadũt omnia. **In fortunam**

nam alic. Att. 42. Nec tam miserum est quicquã, quod non in nostrã fortunã cadere posit. In intelligentiam aliq. de off. 55.. Quod nõ in nostrã intelligentiã cadit. In maiestatem aliq. 2. uol. ph. 41.. Minime cadit in maiestatem deorum. In naturam alic. in fa. 41.. Quid est, quod minus cadere in eiusmodi naturã posit. In suspitionem aliq. 3. uol. or. 111. Multi etiã hæc timentes in suspitionẽ caderent: id est, uenirent. Et Suspitionem in aliquẽ. Att. 207. In quẽ, ne, si insidijs quidẽ ille interfectus esset, caderet ulla suspicio. In uirum bonum. de off. 68. Cadit ergo in uirum bonũ mentiri emolumenti sui causa, criminari, præripere, fallere? In potestatem alic. aliq. Att. 119. Cadendũ est in unius potestatẽ: id est, ueniendum. Numeros in oratione. in or. lib. 215. Vt qui maxime cadant in orationẽ: id est, cõueniant. In offensionem aliq. 2. uolu. phil. 181. Ne in offensionẽ Atheniensium caderent: id est, inciderent. In principia aliquid. in orat. lib. 160. Quibus hi tres heroi pedes in principia cõtinuandorũ uerborũ satis decore cadunt: id est, conueniunt. Sub oculos. in orat. lib. 197.. Quæ sub oculos non cadunt. Sub sensum. 1. uol. phil. 44.. Vt sub sensum cadere nõ possent. Sub mensuram aurium. in or. lib. 203. Quicquid est enim quod sub aurium mensurã aliquam cadit. Sub imperium aliq. 1. uol. orat. 276.. Sub Pop. Ro. imperium, ditionemq; ceciderunt. Sub ditionem. uide imperium. Sub potestatem. 1. uol. orat. 265. Nunquam sub legum, & iudiciorum potestatem casiurũ esse putasti? Ab aliquo aliq. alic. Att. 303. Sed certe à te mihi omnia semper honesta, & iucunda ceciderunt: id est euenerunt.

Cæcare. Est lumen adimere, sed ab oculis ad animũ recte trãsfertur. Animos. 3. uol. orat. 139. Sed spes rapiendi atq; prædandi cæcat animos eorum. Mentes. 3. uol. orat. 27. Aut qui largitione cæcarunt mentes imperitorum.

Cædere. Est ferire, uerberare, flagellare. M. Cato apud A. Gell.

Gell. 134.. Iussit uestimenta detrahi, atq; flagro cædi. Virgis. 2. uol. orat. Deligatus in foro uirgis cædebatur. Sermones. Ter. 56. Verum interea dum sermones cædimus. arbitror enim esse, quod consumere, propterea cum diphthongo etiam scribendum existimo.

Celare. Est abscondere, & præter cæteras uerbi frequẽtes cõstructiones aliquem aliquid celare, ut scilicet modo aliquẽ, modo aliquid patiẽs efficerẽt, ueteres dixerũt. Pl. 187. Cur hæc ubi tu resciuisti illico celata me sunt? Ter. 113. Sed demiror quid sit quamobrem tantopere hunc omnes nos celatum esse uolueris partum. Item. 126. 141. Quam dicendi locutionem antiquam esse ait Do. Aliquem. de offic. 59. Si omnes deos, hominesq; celare possimus. Item. 62. De re. 2. uol. or. 57. Non est profecto de illo ueneno celata mater.

Calcare. A calce pedis parte est factum, & premere significat. de re rust. 39.. Quæ calcatæ uuæ erunt.

Calefacere. Est calidum reddere, sed transfertur ad animum. Att. 322. Eodem die Gabinium luculente ad Po. calefecerat: id est, uexarat, exagitarat. Animum auditoris. ad Her. 20. Non ne animum uehementissime calefecit auditoris in totius cõclusione causæ: id est, commouit.

Calere. Proprie est calidum fieri, sed recte transfertur ad assiduam, & uehementem rei actionem. Aures alic. 3. uol. orat. 277. Quis & meæ, & uestræ iam, & ipsius aures calent. Crimen. 2. uolu. orat. 270.. Illud uero crimen de numis, quos in circo Flaminio deprehensos esse dixisti, caluit re recenti, nunc in causa refrixit. Iudicia. Attic. 65.. Itaque iudicia calent: id est, agitantur, cum plures rei fiunt. Rem. 1. uolumine orationum. 89.. Poscunt maioribus poculis, celebratur omnium sermone, lætitiaq; conuiuium, posteaquam satis calere res Rubrio uisa est. Rumores Cumarum tenus. in fam. 111. Nam illi rumores de comitijs traspadanorum Cumarum

rum tenus caluerunt:id est auditi sunt crebri.

Callere. *Est callide scire,inquit Do.sensum alic. Ter. 88. Ego illius sensum pulchre calleo.*

Calumniari. *Est falsum crimen in alium intendere.in fa.129. Nam quod te calũmatus sum,indicabo maliciam meam.ita enim legendum arbitror,quæ lectio eo,quod sequitur, maxime comprobatur,& Ber.Rutilius in suis in familiares epistolas annotationibus animaduertit.*

Candere *est urere. de offic. 37.. Candente carbone adurebat capillum.*

Canere. *Et ore,& fidibus canimus,& aliq.de aliq.alic.canimus. cum uero instrumentum interuenit,ut tuba,fides, tum & tubam,& tuba,& ad tubam aliquem canere dici recte uidebis.* **Bellicum.** *in orat.lib.200.. Et de bellicis rebus canit etiam quodãmodo bellicum.2. uol.orat.131.* **Cantilenam.** *Ter. 133. Cantilenam eandem canis.* **Carmen.** *in orat. lib. 141. Ceciniſſetq; id carmen, quod in eum scripsisset.* **Classicum.** *Cæs. Classicumq; apud eum cani , & alterum illi iubet prætorium tendi.* **Signum.** *Sall.24.. Hæc ubi dixit paulum commoratus,signa canere iubet.Cæs. 187.* **Receptui.** *Cæs.90.. Cæsar receptui cani iußit.* **Ad harmoniam** *mundum. 2. uol.phil.65. Aut ad harmoniam canere mundum, ut Pythagoras existimat.* **Ad tibiam.** *1.uol.phil.209.. Grauißimus autor in originibus Cato dixit,morem apud maiores hunc epularum fuisse,ut deinceps qui accubarent,canerent ad tibiam clarorum uirorum laudes, atque uirtutes.* **Ad tibicinem.** *1. uolu. phil.148. Quanquam est in originibus solitos esse in epulis canere cõuiuas ad tibicinẽ de clarorum hominum uirtutibus.* **Symphoniam.** *1.uo.or.170.. Cum cõuiuijs Symphonia caneret.* **Tubas.** *Pl.4.Postquã id actũ est,tubæ utrinq; canunt.* **Tibias.** *2.uol.phil. 30. Si ex oliua modulante canentes tibiæ nascerentur.* **Fidibus.** *1.uo.ph.149.Igitur & Epaminundas princeps*

princeps meo iudicio Græciæ fidibus præclarè ceciniſſe dicitur. **Foris.** *Asc.66.. Dextera plectro utitur,& hoc est foris canere.* **Intus.** *1.uol.or.86.. Quem omnia intus canere dicebant. Asc.locum exponit.66..*

Canescere. *Est canum fieri.sed transfertur,ut Cic.in orat.lib. 165. Cumq; ipsa oratio iam nostra canesceret , haberetq; suam quandam maturitatem,& quasi senectutem, tum &c.*

Cantare. *Est celebrare.tollere laudibus.interdum loqui. Att. 34. Nam ut scis iampridem istum canto Cæsarem.Id est,summis laudibus celebro.* **Augurium.** *2.uolum.ph.102. Solus enim multorum annorum memoriam non decantandi augurij, sed diuinandi tenuit disciplinam.* **Mores** *alicuius. Ter.56.. Qui harum mores cantabat mihi. Id est, frequenter dicebat, inquit Don.ubi ait canere ueteres,pro loqui dixisse.*

Capere. *Est accipere. uerum quoniam non omnia uno modo accipiuntur , ideo factum est , ut in capiendo illis nominibus, quibus adiunctum erit,significationem suam accommodet : & modò sit sumere,modò eligere,modò pati,delectare,sustinere, & cætera multa.* **Aduersarium.** *in or.lib.180.. Nimis ille quidem lentus in dicendo, sed & callidus, & in capiendo aduersario uersutus. est autem aduersarium fallere.* **Animum** *alicuius.3.uol.or.189. Aliquando per deos immortales P.C.patrium animum uirtutemq; capiamus.* **Arbitrum** *aliq. Ter. 61.Vicini nostri hic ambigunt de finibus,me cepere arbitrum.* **Arma.** *Cæs.78. Hortatur,ut communis libertatis causa arma capiant.& 3.uol.or.192.* **Acrimoniam** *alic.1.uol.or.75.. Quare si Glabrionis patris uim,& acrimoniam ceperis ad resistendum hominibus audacißimis &c.* **Bellum.** *Sal.83..Rursus tamen bellum cepi.* **Capuam.** *Att.120. Inuitè cepi Capuam,non quò munus illud defugerem:sed &c.Id est,Capuæ custodiam accepi.* **Causam.** *Ter.5..Si senserit,perij,aut si libitum fuerit,causam ceperit.Id est,adinuenerit.* **Cibum.** *Sal.*

64..Ibi castris leni munimento positis, milites cibum capere. Ter.32..Cibum nonnunquàm capiet cum ea..Cõmodum. Ter.47. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.2.uol. ph.63.Conditionem.Pl.250. Quin uos capitis conditionem ex pessima primariam? Coniecturam.Ter.56..Quantum ex ipsa re coniecturã capimus.Item.2.uol.or.126.1.uol.or. 35. Consilium. Cæs.119..Sin Cæsarem respiciant, atq; eius gratiam sequantur,ut superioribus fecerunt temporibus, se sibi consilium capturum.1.uol.or.23.Sallust.60. Consuetudinem.de off.12. Et consuetudo,exercitatioq; capienda. Coronam in caput.Pl.14. Capiam coronam mihi in caput,assimulabo me esse ebrium. Desiderium.de off.98..At Homerus,qui multis (ut mihi uidetur) antè seculis fuit,Laërtem lenientem desiderium,quod capiebat è filio,colentem agrum & eum stercorantem facit. Detrimentum.Sall.10. Vt darent operam ne quid Resp.detrimenti caperet.2.uol.or.16.. Documentum. 3.uol.or.231.. Ex quo nimirum documentum nos capere fortuna uoluit, quid esset uictis extimescendum. Dolorem.in or.lib.165. Exemplum.Terent.15..Quid istuc tam mirum est? de te exemplum capit.uulgò imparadati. Exordium. 1.uol.phil.128.. Ergo instituto ueterum quo etiam Stoici utuntur,hinc capiamus exordium. Ex insidijs. de offic.72. Cum COS. iterum in Africa ex insidijs captus esset. Formam alic.in se.Pl.4. Vero quoniam formam cepi huius in me, & statum decet & facta mores'que huius habere me similes. Fructum ex aliqua re.in fam.69..Tamen illum fructum ex tuis literis uel maximum cepi. Item Att.3. Tamen multò maiorem fructum ex Pop.existimatione illo damnato cepimus, quàm ex ipsius si absolutus esset, gratia cepissemus. in orat.lib.184..Item Alicuius rei. Att.274. Quo quidem die magnorum meorum laborum, multarumq; uigiliarum fructum cepi maximum.Generum aliq.Ter.113.Ex hac re,quod locuti

cuti es olim,cum illum generum cepimus. Gratiam. in fam. 20..Cum præsertim considerem nullam esse gratiam, quam uel capere animus meus, uel accipiendo, remunerando, cumulandoq; illustrare posset. Hæreditatem usu.Att.4. Quoniã hæreditas usu capta esset. Item.1.uol.or.304. Homines re aliqua.in or.lib.185. Magis specie tamen,& motu, atque ipso amictu capiebat homines, quàm aut dicendi copia, aut meditate prudentiæ.Item de off.86. Honorem.Pl.104. Nam olim populi prius honorem capiebat suffragio, quæ magistri desinebat dicto esse obediens. Incommodum. in orat.lib. 236.Simulq; altitudo animi in capiendis incõmodis. Initium ab aliquo. Cæs.1. Initium capit à flumine Rhodano. Imperium. in fa.36.Postea uerò quàm ita cepi,& gessi maxima imperia. Inimicitias in suam familiam.Terent.130.Nunquam tam graues ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam. Inimicos omnes homines.Ter.16. Non,si capiundos mihi sciam esse inimicos omnes homines. Institutum. 1.uol.phil. 115. Duarum enim uitarum nobis erunt instituta capienda. In caput. uide,coronam. In fidem. de off.8. Vt ij,qui ciuitates,aut nationes deuictas bello in fidem cepissent, earum patroni essent more maiorum. In manum. Terent.33. Si fustem in manum cepero. Laborem. Ter.59.Omnes mihi labores fuere,quos cepi,leues.Item.108. Laudem.Ter.46. Dij uostram fidem. quantam & quàm ueram laudem capiet Parmeno.Item de off.119.. Laqueo uerbi aliq.1.uol.or.301.Neq; æquitatem rei uerbi laqueo capi putas oportere. Lætitiam oculis.Att.230..Quid mihi attulerit ista domini mutatio præter lætitiam? quam oculis cepi iusto interitu tyranni. Locum. in famil.97. Vt capiendus,tanquàm exilio locus. Locum spectaculo.Cæs.199.Atq; ex omni prospectu locum spectaculo caperet. Locum aliq.2.uol.orat.109. Vt eos capere carcer non posset. nunc est quod uulgò capir. Magistratum.

tum. 2. uol. ph. 185.. Eundem magistratum ni interfuerint x. anni ne quis capito. Item Sall. 87.. Item C. Gracchus apud Gel. 133.. Magistrum ad aliquid. Ter. 5. Tum si quis magistrum ad eam rem improbum. Miseriam. Ter. 96.. Miseriã omnem ego capio: hic potitur gaudia. Misericordiam aliq. alicuius, 1. uol. orat. 18. Vt aliquando misericordiam caperet, si non propinquitatis, at ætatis suæ: quod rectè dici L. Vall. negat. Modum in re. Pl. 39. Neq; tutor capere est qui posit modum. Mortem ob Remp. 2. uol. or. 196. Neq; enim mors miseranda est, quæ ob Remp. capitur. Manu aliq. Sall. 27. Pop. Rom. quascunq; urbes & agros manu ceperat, regi dono dedit. Molestiam aliq. de offic. 113. Eam molestiam, quam debent capere, non capiunt, eam capiunt, qua debent carere. Odium aliquem. Ter. 114. Nunquàm sciens commerui merito, ut caperet odium illa mei: ut ego non uideam quomodo potius me odium cepit, quàm ego odium cepi: ut L. Vall. præcipiebat. Cum & ipse exemplum aliud in hanc meam sententiam adducat, cum ait: Propter quod tantum odij cepit eloquentia. Opinionem, passiuè. Cæs. 106.. Tamen collatione reliquarum nondum eandem uetustatis, & uirtutis cæperat opinionem. Id est, existimabatur. Pecuniam ob rem iud. 1. uol. ph. 75.. Ita apertè cepit pecunias ob rem iudicandam, ut anno proximo &c. Pignus togæ alic. Pl. 2. Vt his in cauea pignus capiatur togæ. Pignus autem togæ, ut arbor fici. Pileum. Pl. 7. Vt ego hodie raso capite caluus capiam pileum. Qui mos erat cum liberi fiebant serui. Prædam. 2. uol. or. 243. Non præda consulem ex meis fortunis crudelissimè capta permouet. Portus. Cæs. 47. Ex his onerariæ duæ eosdem portus, quos reliquæ, capere non potuerunt. Primordium. 2. uol. phil. 170.. Quia nunc itidem ab eodem & cæteris dijs immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia. Principium. ad Heren. 2. Principium capere oportebit. Personam alicuius. 1. uol.

1. uol. orat. 8. Possumus petitoris personam capere, accusatoris deponere. Prouinciam duram. Terent. 123. O Geta prouinciam cepisti duram. Quietem. Cæs. 71. Atque ita paulùm modò reclinatæ quietem capiunt. Rationem. Ter. 72.. Vbi te uidi animo esse omisso, & suauia in præsentia, quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem, cepi rationem, ut neque egeres, neque ut hæc posses perdere. Id est, consului, prouidi. Rationem oculis. Plaut. 188. Hi loci sunt, atque hæ regiones, quæ mihi ab hero sunt meo demonstratæ, ut ego oculis rationem capio. Remp. Sallust. 2. Hunc post dominationem L. Syllæ libido maxima inuaserat Reip. capiendæ. Satietatem aliq. Pl. 7.. Adeò usq; dum satietatem capiet pater. Item. 2. uol. ph. 85. Sensum alic. rei. 2. uol. ph. 66. Si igitur uoluptatis sensum capit, doloris etiam capit. Somnum. 1. uol. or. 29. Qui cum omnia diuina atque humana iura scelere nefario polluisset, somnum statim capere potuisset. Item Att. 118.. Ego si somnum capere possem, tam longis te epistolis non obtunderem. Item. 1. uolum. ph. 210. Item in or. lib. 163.. Sonitum aures. de off. 129. Hic uerò tantus est totius mundi incitatissima conuersione sonitus, ut eum aures hominum capere non possint. Sortito aliq. 1. uol. or. 134. Iouis sacerdotem sortito capi iubebat. Splendore rei aliq. 1. uol. ph. 57.. Et splendore nominis capti. Spem. 2. uol. or. 16.. Sed unius tribuni militum animos, ac spem capere posit. Suffragia. ad Her. 9. Quæ capiunt suffragia populi, & magistratus consilia. Stipendium. Cæs. 15.. Capere iure belli. Tempus. in fam. 175. Et commodè tempus ad te cæpit adeundi. ut locum. Testamento aliq. 2. uol. phil. 180. Deinde qui morte, testamento'ue eius tantundem capiat, quantum omnes hæredes &c. Testimonium. in famil. 73. De tuo autem filio uereor, ne si nihil ad te scripserim, debitum eius uirtuti uidear testimonium cepisse. Id est, ne uidear ignorare eum in bona opinione esse. Vltionem.

nem. Sallust.140. Vt & ultionem ex illorum cruciatibus, ac pœnis capiat Respub. Vitio aliq.2.ph.87. Qui cum tabernaculum uitio cæpisset imprudens &c. Voluptatem cum aliquo. Plaut.15. Dum Amphitrio cum uxore modò ex hostibus aduenies uoluptatem capit. Et animo. 2.uol.or.259. Capiebam animo non mediocrem uoluptatem: id est, lætabar. Item in famil.194. Vim. uide, acrimoniam. Vtilitatem. de offic.102. Sic utilitates ex amicitia maximè capiuntur. Vsuram. Plaut.2.. Vsuramq; eius corporis cepit sibi. Hæc uerò separatim apposui, quia partim nulla cum superioribus significatione consentiunt: partim quia capiunt, & capiuntur, & tantum capiunt. ut captus. Auribus. 1.uol.ph.21. Vt idem oculis, & auribus captus sit. Oculis. 1.uol.phil.137.. Equidem è Gn. Aufidio prætorio erudito homine, oculis capto, sæpe audiebam. Item.1.uol.or.223.. Mente aliquem. de off.111. Tam dedecet, quàm delirare, & mente captum esse. 2.uolum.or.125. Membris. 2.uol.orat.94.. Mancus, & membris omnibus captus. Desiderium aliquem. Terent.102.. Aedepol te desiderium Athenarum Philotium arbitror cœpisse sæpe. Item cœpi supra desiderium. Odium aliquem. Terent.33. Aut negotij si quando odium cœperat. Item.47. Neque agri, neque urbis odium me unquam percipit. Obliuionem aliq. 3.uol. orat.121. Quæ si uos cepit obliuio. de offic.6. Satietatem aliq.2.uol.ph.85.. Nec tuendi satietas capere posset, quod & è contrario dicitur. Adde etiam hæc pauca passiuè pronuntiata. Amore alic.capi. Plaut.1. Amore captus Alcumenæ Iuppiter. nam eius amor me cepit non dicerem. Item Dulcedine. in famil.179.. Neque pecuniæ dulcedine sum captus. Item Facetijs. in famil.134.. Mirificè capior facetijs, maximè nostratibus: id est, delector. Item Lepôre. Terent.76. Hunc citharistriæ lepôre captum. Item Voluptate. de off. 21. Quanuis uoluptate capiatur. ut, & capere uoluptatem, & uoluptatem

uoluptatem aliquem, & capi uoluptate aliqua dicatur.

Capessere. Ego uideor rectè obseruare uerbum hoc capessere, cum hac uoce Repub. semper in bonam partem accipi, significare'que illum, qui Rempublicam capessit, Rempublicam administrare, gubernare. Contrà uerò in capio: ut capere Rempublicam, sit eorum, qui Rempublicam inuadunt, occupant: ut in exemplis. Sallust.20. Expergiscimini aliquando, & capessite Rempublicam: id est, defendite. Item.62. Quamobrem uos quibus militaris est ætas, admitimini mecum, & capessite Remp. Item.86.. Quare capesse per deos Remp. & omnia aspera, ut soles, peruade. Item.87.. Sed mihi studium fuit adolescentulo Rempub. capessere, atque in ea cognoscenda multam magnam'que curam habui. Item in fam.9. Quæ enim proposita fuerant nobis cum & honoribus amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus, dignitas in sententijs dicendis, libertas in Repub. capessenda: id est, administranda. Item.15.. Quiq; meus in Repub. sit pro mea parte capessenda status. Item.14.. Mea ratio fuit alia, quòd neque desipiente Pop. neque integra re mihi ad consulendum capesserem ne Rempub. implicatus tenebar. Item Att.15.. Video quid dicas, cauebo quæ sunt cauenda, ac scribam aliàs ad te de meis consilijs capessendæ Reipub. plura. de offic.14. Quapropter & ijs forsitan concedendum sit Rempub. non capessentibus. Item.3. uolum.orat.53. Se aliquo. Plaut.99.. Quò nunc capessis tute hinc aduersa uia cum tanta pompa? Pastum. 2.uol.phil. 50. Enumerare possum ad eum pastum capessendum conficiendumq; &c. Item.50.

Captare. Non caret ferè ubique aut artificio, aut dolo aliquo uerbi significatio, ut in exemplis. Aliquid. in famil.157.. Lepidus desperato aduentu meo, quem non mediocriter captat, se cum Antonio coniunxit: id est, me captabat, non autem aduentum. Ita Plautus 6. Quid me captas carnifex?

Beneuolentiam. *ad Her.2.. Ab aduersariorum persona beneuolentia captabitur. Item.3.* Consilium. *Ter.4. Obseruues filium quid agat, quid cum eo consilij captet.* Lacertas. *Att.26. Nam ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneæ.* Misericordiam. *ad Heren.7.. Cum misericordiam captat.* Nomen *imperatorium. in famil.169. Progressus sum in transalpinos cum exercitu non tam nomen captans imperatorium, quàm cupiens militibus satisfacere.* Risum. *1.uol.phil. 178.. Epicurus uerò ea dicit, ut mihi quidem risus captare uideatur.* Sermonem *alicuius. Terent.142.. Ita animum cœpi attendere, hoc modo sermonem captans.*

Carere. *Est de ijs rebus, quarum usus nobis opus est. nam cum non habeas quod tibi nec usu, nec natura aptum sit, non est carere : ut Cic.1.uol.phil.167. qui tamen aliter uerbum usurpat. in fam.262. Etsi mihi nuntiauit te planè febri carere, &c. quî enim opus est febri? ut rectius quidem. Pl.58.. Caruit'ne te febris heri? uel nudiustertius?* Foro, *Senatu, publico. 3.uol.or. 105. Caruit foro postea Pompeius, caruit Senatu, caruit publico : id est, in forum non uenit, in Senatu non fuit, in publico non uersatus est.* Luce *forensi aliq. in or.lib.167.. Quanquàm forensi luce caruit, intráq; parietes aluit eam gloriam : id est, causas non egit.* Vrbanis *rebus. 1.uol.ph.1. Caruit omnino rebus urbanis.* Roma. *Att.153.. Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus. nunc est abesse. ita* Epyro. *Att.31.*

Carpere. *Est carptim (ut uerbum penè de uerbo exponam) diminuere. sed & ipsum pulchrè transfertur. ut* Agmen. *Cæs. 141.. Equitatu præmisso qui nouissimum agmen carperet.* Bellum *unum quodq;. Ter.90. Atque unum quodq;, quod quidem erit bellissimum, carpam.* Flosculos. *3.uol.orat.25. Sed omnes undique flosculos carpam. est utrobique pro deligere. Don.ait.* Dente *aliq.3.uol.or.97. Non illo inimico, sed hoc maledico dente carpunt. ita* Vocibus *aliq. Cæs.33. Sed etiam*

nostrorum militum uocibus non nihil carperetur. nunc est aliquem maledictis prosequi.

Castigare. *Est uerbis reprendere. Cæs.177. Illos secreto castigauit, quòd quæstui equites haberent. Item.176..* Seipsum *quem. 1.uol.ph.228.. Sed in hoc me ipse castigo.* Dolorem *animi. 1.uol.ph.186. Vides'ne, ut obmutuerit non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor : id est, leuior factus.*

Cauere. *Est rei cautionem adhibere. & dicimus ab aliquo, & de aliquo, & aliqua re, & aliquid, & cum ne particula, & sine, ut in exemplis.* Ab aliquo. *in orat.lib.166. Et uerò inquam tibi Brute non soluam, nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem, cuius petitio sit, periturum. in quo uerbo rectè accusat L, Vall. Raud. qui dixerit cauere se ab aliq.* De re. *Cæs.77.. Et quoniam in præsentia de obsidibus cauere inter se nõ possent. ita* De pecunia. *Cæs.64.. Obsidibusq; de pecunia cauent : id est, dant obsides, quoad pecuniam dissoluant.* Loco *sibi. Terent.42.. Ipse sibi cauit loco.* Malo. *Pl. 133. Dictum facesse elatum, & discaueas malo.* Testamento *aliq. 1.uol.phil.86. Idq; testamento cauebit is?* Insidias. *Att.25.. Bibulus Pompeium fecerat certiorem, ut caueret insidias.* Intemperantiam. *de off.25. Caueant intemperantiam, meminerint uerecundiam.* Vitium. *de off.26. Et huic simile uitium in gestu, motuq; caueatur.* Cum ne. *Terent. 9.. Tum id cauit, ne unquam infamiæ ea res sibi esset. Item.5.* sine Ne. *Ter.10. Sed pater adest, caue te tristem sentiat. Item Att.153. Caue autem putes quicquam. Item in famil.153. Est etiam interdum minantis. Ter.18. Verbum si mihi unum præterquàm quod te rogo faxis, caue : id est, ue tibi. Item.18.*

Cedere. *Est uictum se fateri. modò etiam mori. & alic. aliq. re alic. cedimus. ut* Foro. *Att.319.. Cedam tibi in præsentia foro, curia, & sanctissimis deorum immortalium templis.* Curia. *uide, foro.* Templis. *uide, foro.* Vita. *Att.329. Cedam*

uita. **Possessione.** 3.uol.orat.116. Nisi sibi hortorum possessione cessisset. **Alicui** rei, ut animo, beneuolentiæ, patientiæ. in fámul.130.. Sed si fuerit, nec animo, nec beneuolentiæ, nec patientiæ cuiusquam pro uobis cedam: id est, animo, amore, patientia uinci permittam. **Tempori.** 3.uol.or.101.. Cedam tempori iudices. **Causæ.** 1.uol.phil.60. Itaque concedo quod modò dicebas, cedere causæ, si qui è nostris aliter existimant. **E uita.** 1.uol.ph.55.. Quod ad eos pertinet, qui è uita cesserunt. Item in or.lib.165.

Cedere. Pro accidere, secundum aliq. Cæs.181. Si non omnia cederent secunda, fortunam esse industria subleuandam. Sall.9.. Et Catilinæ neque petitio, neque insidiæ, quas consuli fecerat, prosperè cessere. Item.21.. Prosperè omnia cedunt. **Secus.** Sall.35. Quia tentatum antea secus cesserat.

Celebrare. Est aliquem summo honore prosequi: idq; tam in rebus tristibus, quam in lætis fiebat: nec non etiam hominum frequentiam significat. **Aliquem** sermonibus. 3.uol.orat. 120.. Et omni sermone celebramur. **Conuiuium.** 1.uol.or. 89.. Celebratur omnium sermone, lætitiaq; cõuiuium. **Diem.** 3.uol.orat.90.. Quid eos dies, qui quasi deorum immortalium festi, atque solennes sunt aduentu meo celebrati? **Domum.** Att.37. Domus celebratur, occurritur, renouatur memoria consulatus: id est, frequentatur. **Memoriam** alic. 1.uolum.ph. 89.. Velle post mortem epulis celebrari memoriam sui nominis. **Laudes.** 3.uol.orat.131. Eaq; C. Cæsar bellicæ tuæ laudes celebrabuntur, illæ quidem &c. **Ludos.** 2.uol.or.149. Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in palatio nostri maiores ante templum, in ipso matris magnæ conspectu Megalensibus fieri, celebrariq; uoluerunt? **Mortem** alic. 2.uol.or. 142. Huius in morte celebranda grauiter tulit Pop.Rom. hanc peruersam sapientiam Tuberonis. **Sepulchrum** alic. 2.uol. or.164. Cuius damnatione sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum

natum hominum audacissimorum, ac domesticorum hostium conuentu, epulisque celebratum est. **Vocibus** ac maledictis. 2.uol.or.38. Quodq; omnium accusatorum non criminibus, sed uocibus maledictisq; celebratum est.

Censere. Censere, & arbitrari ueteres cognatione quadam socia, ac similia esse uolebant. Varro de Repub.lib.20. Quod uerbum censeo, & arbitror, idem poterat, ac ualebat. Plaut. 232. Non uidisse undas maiores censeo. Item in Menechmis: Demam hanc coronam, atque abijciam ad læuam manum, ut si sequetur me, hac abijsse censeant. Varro de uita Pop.Ro.lib.2. Itaq; quòd hos arbitros instituerũt Po.Censores appellarunt. idem enim ualet censeri, & arbitrari. hæc Non. **Pecuniam** publicam alic. Asc.7. Mihi quod antea nemini, pecuniam publicam ad ædificandam domum censuerunt. nunc est decernere.

Centuriari homines. 2.uol.orat.200.. Ego cum homines in tribunali Aurelio palàm conscribi, centuriariq; uidissem: id est, in centurias distribui.

Cernere aliq. in orat.lib.236. Atque hæ quidem uirtutes cernuntur in agendo. Item.236.. Cernenda sunt diligenter, ne fallant ea nos uitia, quæ uirtutem uidentur imitari. Item.236. Aut enim scientia cernitur uirtus, aut actione. **Animo** oculis aliq. 2.uol.phil.63.. Vt cætera oculis, sic animo hoc cernere. in quibus locis planum est quid significet. cum hac uerò uoce, **Hæreditate,** est adire hæreditatem. ut ad Her.41. Vt de eo si dicas, qui multas hæreditates adierit, prospice tu, qui plurimum cernis. Item Att.233. A te autem peto, ut me hanc, quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ, sinas cernere: quomodo dixit etiam amorem pro parte cum ponens hæreditatis. Att.86.. Quare adiunges Aufidium nostrum, hominem semper amantem me, nunc credo eò magis, quod debet etiam fratris Apij amorem erga me cum reliqua hæreditate creuisse: id est, amorẽ etiam Apij erga me cum reliqua hæreditate ad se transtulisse.

Certare

Certare *cum aliquo aliqua re, tam mala, quàm bona.* **Benedictis.** *Ter.122..Benedictis si certasset, audisset bene. ita* **Cursu.** *Sallust.27..Sed (uti mos gentis illius est) equitare, iaculari, cursu cum æqualibus certare.* **Et inter se** *aliquos. in fi.109.. Reliquum est, ut officijs certemus inter nos.* **Vitijs.** *3.uol.or. 226..Erat ei spes una in C. Antonio, qui duorum fratrum æta tibus medius interiectus, uitijs cum utroque certabat.*

Ciere. *Siue cire. utrunq; enim Latinum est, & idem significat. est excitare, commouere.* **Turbas.** *Plaut.1. Turbas uxori ciet Amphitrio, atque inuicem raptant pro mœchis. Item Plaut.7.. Nam Amphitrio actutum uxori turbas conciet, atq; insimulabit eam probri.* **Cruciatum.** *1.uol.ph.178..Cum è uiperino morsu uenæ uiscerum ueneno imbutæ tetros cruciatus cierent.*

Cingere. *Est circundare. Att.66. Nam in campo Martio septa tribunitijs comitijs marmorea fucturi, ea'que cingemus excelsa porticu.* **Corona** *aliquid. 3.uol.or.101.. Non enim corona consessus uester cinctus est, ut solebat.*

Circundare *aliq. alic. 1.uol.ph.239.. Et cum fossam latam cubiculari lecto circundedisset.*

Circunducere, *ut propriam significationem omittam, pro defraudare, & per fallaciam aliq. ab aliquo auferre, sæpius ponitur. & aliq. aliqua re. & ab aliquo aliq. circunducimus. Pl. 102. Næ ille hercle mihi sit multo tanto carior, si me illoc auro tanto circunduxerit. Item.114. Quadringentis Philippis filius me, & Chrysalus circunduxerunt.* **Ab aliquo** *aliq. Pl. 187.. Hem, ab hoc lenone uicino tuo per sycophantiam, atque per doctos dolos tibicinam illam, tuus quam deperit gnatus eam circunducam lepidè.*

Circunfundere *aliquid aliqua re. de offic.129..Parua quædam insula est circunfusa illo mari.*

Circunscribere. *Est intra quendam finem complecti, ac definire. interdum est circũducere, fallere.* **Ambitus** *uerborum.*

in or.

in orat. lib.290. Et arguti, certiq;, & circunscripti uerborum ambitus conceduntur. ita **Sententias.** *1.uol.ph.96..Circunscriptis igitur ijs sententijs, quas posui, & his &c. ita* **Tempus.** *1.uol.orat.84.. Quamobrem hoc omni tempore Syllano ex accusatione circũscripto, legationẽ eius prælatam cognoscite. ita* **Genus** *aliquod. 3.uol.or.23. Sed genus uniuersum (ut tollatur error) breui circunscribi, & definiri potest. 1.uol. or.49. Dic nunc te ab Roscio HS LIII. circunscriptum esse.*

Circumsedere *aliquem. Att.156. Qui cum filios misissent ad Cn. Pompeium circumsedendum.*

Circumsonare *aliquid alicui aliqua re. de off.53. Tamen conducere arbitror talibus aures tuas uocibus undique circumsonare: id est, hæc assiduè audire.*

Circumspicere. *Est admirari. 1.uol.orat.46..Vsque eo'ne te diligis? & magnificè circumspicis? id est, admiraris.*

Circunuenire, *modò idem est, quod circundare, sepire. modò est circumscribere, & dolum & malitiam continet. aliquid aliq. re. Sall.57..Vallo, fossaq; mœnia circunuenit.* **Difficultatibus** *aliq. Sall.27..His difficultatibus circunuentus.* **Necessitudine.** *Sall.8. Hominem & familiarem, & omnibus necessitudinibus circunuentum: id est, maximè sibi coniunctum.* **Aliquem à tergo.** *Cæs.220. Ne dum in ea re Cæsar esset occupatus, circunuentus à tergo ab equitatu hostium laboraret.* **Vrbes.** *Sall.63.. Statuit urbes, quæ uiris, aut loco, pro hostibus, & aduersum se opportunissimæ erant, singulas circunuenire.* **Innocentem.** *2.uol.or.36.. Pecuniam acceperit, quòd innocentem circunuenerit. &* **Per** *aliq. 1.uol.or. 49. Ita'ne uerò? quem per arbitrum circunuenire non posses.*

Circunuertere *aliquem aliqua re. Pl.187.. Qui me argento circunuortant. idem est cum imponere, circunducere.*

Citare. *maximè iudiciale est uerbum, ut in exemplis uidebitur.* **Accusatorem.** *1.uol.or.128. Citat reum, non respondet. ci*

tat accu

tat accusat orem. 1. uol. or. 111. 122. **Capitis** aliq. 2. uol. or. 97. Abs te capitis C. Rabirij nomine citantur. **Iudices**. 1. uol. or. 79.. Quo quidem die primum iudices citati in hunc reum conse distis. **Testem** in aliq. rem. 1. uol. orat. 138. Primum igitur in hanc rem testẽ totam Siciliam citabo. Item. 6.. item. 1. uol. or. 80. **Senatũ**. 2. uo. ph. 20. Cum tanq̃ Senatũ philosophorũ citares. **Clamare** alic. Ter. 1 2. Illis, quæ sunt intus, clamat de uia. Att. 97. Id uidebatur approbare quod erat in extremo, febriculam tum te habentẽ scripsisse, sed clamau tamẽ, admiratusq; sum q, nihilominus ad me tua manu scripsisses. i. conquestus sum, teq; accusaui, q, ad me in febri tua manu scripsisses. Ter. 85.. Mihi quidẽ non placent, & clamo sæpe: falsamẽta hæc Stephanio fac macerẽtur pulchrè. ubi est qd uulgò, & grido spesso p tal cosa. **Claudere**. siue uerbum hoc sit pro includere, siue obsistere, uel etiã circũuenire, ut Non. ait, una significatione omnia com plecti posum: ea autem est, ut id impediat, de quo agitur, quo minus habeatur. **Asiam**. in fa. 187. Nostras enim res in actis perferri ad te certò scio, tuas autem ignoramus, tanquàm clau sa sit Asia. ita **Mare**. Att. 312. Atq; adhuc clausum mare scio fuisse. Item. 2. uol. or. 10. Vt agmen. Cæs. 141.. Expeditæ cohor tes nouissimum agmen claudebant. item. 14. **Commodum**. Ter. 13.. Nolo tibi ullum cõmodum in me claudier. Ita **Benignitatem**. Ter. 28. Nũc ubi meam benignitatẽ sensisti in te claudier? **Consuetudinem**. in fa. 57.. Et in ipsius consue tudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo. **Curiam** alicui. 3. uol. or. 88. Quòd si non tuis nepharijs in hunc ordinem contumelijs in perpetuũ tibi curiam præclusisses, &c. **Literas**. 3. uol. or. 5. Atq; ut illius temporis atrocitatem recor dari posītis, claudite literas. **Rem** familiarẽ. de off. 44. Quã obrem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire nõ possit. nunc uerò auaritiã innuit, pro claudicare. Sal. Neq; enim ignorãtia claudit res. Itẽ. Nihil secordia claude bat, ait

bai, ait Don. super illud. 28. Nunc ubi m. b. s. in t. claudier. **Claudicare** aliquid. in or. lib. 185. Actio paulum cum uitio uo cis, tum etiam ineptijs claudicabat. **Rem**. 2. uol. ph. 22.. Tot q; res uacillat, & claudicat. **In re**. de offic. 24. Nec in ullo officio claudicare. **Coaceruare** aliq. 2. uol. or. 63. Videtis iam P. C. omnibus re bus, & modis constructam, & coaceruatam pecuniam decem uiralem. item. 2. uol. or. 40.. 80. **Coagmentare** aliquid aliqua re. in orat. lib. 204. **Verba** enim uerbis quasi coagmentare negligat: id est, nimiam ne adhi beat in coniungendis uerbis diligentiam. ita **Concursus** uer borum. in or. lib. 58. Collocationis est componere, & statuere uerba sic, ut ne'ue asper corum concursus, ne'ue hiulcus, sed quodam modo coagmentatus: id est, quod aptè adhæreat. **Pacem**. 1. uol. or. 212.. Dixi de periculo, docebo ne coagmenta ri quidem posse pacem: id est, componi. **Coarguere** aliq. aliqua re. 2. uol. or. 64. Atque hæc à me suspi cionibus & cõiectura coarguũtur. **Suspicionibus**. uide su prà. **Crimine**. 1. uol. or. 224.. Criminibus enim coarguitur. **Cœlare** aliquid argento. 2. uol. ph. 97. Atq; hanc speciem Pra xiteles cœlauit argento. **Opere** Corinthio. 1. uol. or. 223. In hoc fano loricas, galeasq; æneas cœlatas opere Corinthio. **Cœnare** apud aliquem. in fa. 15. Cœnauit apud me in mei gene ri Crassipedis hortis: id est, cui ego cœnã dedi in hortis Crassi pedis generi mei. **In odorem**. Pl. 192. Is odos dimissis pedi bus in cœlum uolat: eum in odorem cœnat Iuppiter quotidie. **Alienum**. Pl. 224. Alienum cœnabit, nihil gustabit de meo. **Cœpisse**. cœptum est aliquid fieri. in or. lib. 167. Quàm in urbe primum se orator extulit, primumq; etiam monimentis, & lite ris oratio est cœpta mandari. 2. uol. phil. 109. Nunc quoniam de Repub. consuli cœpti sumus. huic contrarium est in hac si gnificatione desinere.

Coæquari. *Est quod maius erat aliquo modo par & æquum fieri.* **Aliquid.** *Sall.7.. Quas profundunt in extruendo mari, & montibus coæquandis.* **Gratiam** *alic. Sallust.92. Sed quoniam coæquari gratiam omnium difficile est.*

Coërcere *aliq. aliqua re. de off.56.. Eos morte, exilio, uinculis, damno coërcent.* **Et** *ab aliqua re.3.uol.or.231. Et à progressu coërcuit, à reditu refrenauit.*

Cogere. *Cogimus cum uim facimus. Cogimus item cum in unũ diuersa colligimus: ut in exemplis.* **Aliquem.** *Ter.163. Certè tu coëgisses.* **Operas.** *1.uol.or.111. Iste nauem onerariam maximam Messanæ esse publicè coactis operis ædificatam.* **Stipendium.** *1.uol.orat.90.. Cum frumentum imperarem, cum stipendium cogerem.* **Pecuniam.** *1.uol.or.68. Innumerabiles pecuniæ ex aratorum bonis nouo nephariọq; instituto coactæ. Item Att.91.. Ausus es hoc ex ore tuo, inquit Ennius, ut Equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem me rogare?* **Talenta** *dixit Ter.53. Inscripsi ilico ædes mercede, quasi talenta ad quindecim coëgi. Id est, circiter quindecim talenta confeci.* **Senatum.** *in fam.60. Recordare cætera, quàm citò Senatum illo die facta sortitione coëgerim.* **Et in Senatum.** *Cæs:120.. Atque eorum, qui ueteres inimicitias cum Cæsare gerebant, coguntur in Senatum. Ita* **Iudices.** *Att.23.. Sed heus tu ecquid uides Cal. uenire? Antonium non uenire? Iudices cogi? nam ita ad me mittunt.* **Medicos.** *in famil.56. Qui hæc nuntiaret, & rogaret, ut cogerem medicos.* **Manum.** *Cæs.78. Atque in agris habet delectum egentium, ac perditorum, hac coacta manu quoscunque adit ex ciuitate in suam sententiam perducit. Ita* **Aequitatum.** *Cæs.79. Cæsar per causam supplementi, equitatus'que cogendi ab exercitu discedit. Ita* **Homines.** *1.uol.or.291.. Si te hodie domum tuam redeunti coacti homines, & armati &c.* **Copias** *in angustum. Terent.65.. Ita hac re in angustum oppidò nunc*

meæ cogũtur copiæ: id est, urgeri nunc, in summã difficultatem adduci. **Agmẽ.** *Att.243. Assentior tibi, ut ne duces simus, nec agmen cogamus. nunc est nouissimi exercitus partem regere.*

Cogitare. *No. inquit est dubitare: quia scilicet quod mente agitamus (unde uerbum penè est factum) nondum certum est. uerum ad alias significationes crebro se transfert, & dicimus dubitare aliquid, de aliquo, in aliquo, cum aliquo, & aliquò.* **Curas.** *Pl.148. Quemadmodũ astitit seuera fronte, curas cogitãs.* **Dictaturas,** *& proscriptiones. 2.uol.orat.108. Sed eos hoc moneo, desinant furere, & proscriptiones, & dictaturas cogitare: nunc poni uidetur pro sperare.* **De re** *aliqua. Cæ.121. Sed de sua salute die septimo cogitare cogũtur. nunc uero est deliberare.* **Aliquid** *in animo. Ter.95.. Omnia hæc si uoles in animo uere cogitare Demea. Itẽ.77.* **Cum** *animo suo. 2.uol.or.78.. Vos tamẽ id potestis cum animis uestris cogitare. Item Pl.123. Ita secum. 2.uol. ph.169. Siue quid mecũ ipse cogito.* **Aliquò,** *ut in Tusculanum. Att.27. Ludi enim Antij futuri sunt prid. No. Mar. eos Tullia spectare uult, inde cogito in Tusculanũ. nunc est habere in animo ire. ita Romã. Att.65.. Ita* **Proficiscí.** *Att.169. Quia scripseras te proficisci cogitare. Et absolute. Att.134.. Etiam M. Lepidus, quo cum diem conterere solebam, cras cogitat: id est, discedere.*

Cognoscere. *Cum de omnibus sit, quorum ante nullam cognitionem habuerimus, tamen recte conuenit ad res controuersas, aliquãdo etiam pro agnoscere, & dicimus cognoscere aliquid, & de aliqua re.* **Causam.** *1.uol.or.113. Causam Verres cognoscit. Item de off.50..* **Consilium** *alicuius. Ter.2. Eo pacto & gnati uitam, & consilium meum cognosces.* **Iter** *alicuius. Att.27.. Sed cognosce itinera nostra. Cæs. 7..* **Rationem.** *Att.70.. Idq; quoniam Philotimum habes, perfice, & cognosce rationem. uulgò, ueder il conto.* **Aliquem** *Venetijs. 2.uol.orat.157. Quem tu cum ephebum Tenni cognosces,*

quoniam te nudus delectarat, semper nudum esse uoluisti, obscœnam cognitionẽ significat. ut etiam in noscere mulierẽ. Cæs. comprobat: qui dixit habere cognitionem mulieris. uide habere cognitionem. In bonam partem aliquid. de offi. 42.. Facilime autem in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros & sapientes uiros bene consulentes reip. cõtulerint: id est, de se bene sperare homines cogunt. De re. ut de controuersijs. Cæs. 215. De controuersijs ueteribus cognoscit. Ita De appellatione, Asc. 20.. Et Tribuni de appellatione cognoscerent. hoc maxime eorum est, qui tanquam iudicaturi, controuersias audiunt, ut supra causam. De salute alic. in familiar. 48.. Quod de Marcelli collegæ tui salute paulo ante, quàm tu cognouimus. De cæde. alic. Cæsar. 77. Ibi cognoscit de Clodij cæde. Ita Ex literis alic. Att. 86. Te ex Philotimi literis cognouisse: pro intelligere ubiq; Cic. de rep. lib. 1. Cognoscere me hercule inquit consuetudinem istam, & studium, sermonemq;: id est, agnoscere ait No. ut Virg. Incipe parue puer risu cognoscere matrem.

Cohærere aliquid. Terent. 9.. De improuiso nuptiæ non cohærent. Orationem. 3. uol. or. 40.. Sed uix diserti adolescentis cohærebat oratio.

Cohibere. Est abstinere, frenare. & aliq. ab aliq. re cohibemus. 3. uol. orat. 116. A liberis mediusfidius, & à coniugibus uestris nunquam ille effrenatus suas libidines cohibuisset. Ita Manus, Oculos. animum. 2. uol. orat. 16.. Qui se à pecunijs sociorum, qui ab eorum coniugibus ac liberis, qui ab auro, gazaq; regia manum, oculos, animum cohibere posit. Impetus, Conatus. 3. uolum. orat. 184. Nisi unus adolescens illius furentis impetus, crudelissimosq; conatus cohibuisset. Se. uide manus.

Coire. proprie est simul ire, sed in transferendo fit transitiuum. & dicimus coire aliquid. & de re aliqua. inter se, & cum aliquo.

quo. Cicatricem. Plaut. 17. Vt primum coiuerit cicatrix rufula. nunc est coniungi. consolidari cicatricem. Societatem. 2. uo. ph. 50.. Pinna uero (sic enim græce dicitur) duabus grandibus patula conchis cum parua Squilla societatem coit comparandi cibi. Cum aliquo. 2. uo. or. 267.. Cũ hoc coire ausus es? de ijs nunc est, qui unà simul petunt, cum sibi inuicem student. De re aliq. 2. uolum. orat. 222. Quæ coëant de homunum lucupletissimorum bonis. Item. 2. uol. orat. 32.. Interdum est pro congredi. Terent. 130. Prima coitio est acerrima, si eam sustineas, post illam iam ut lubet ludas licet. & coire. & congredi milites dicitur, conuenire, Don. ait. Inter se. Cæs. 141. Reliqui coëunt inter se.

Colere. Inest in uerbo omnino rei eius quam colimus reuerentia quædam, tamq; de maioribus in minores, quàm minoribus in maiores, Don. ait super illud Ter. 84.. Et nos coluit maxime. Interdum est etiam simpliciter habitare, & terra etiam colitur. Amicitiam. 1. uolum. philosoph. 82. At uero si fructibus, & emolumentis & utilitatibus amicitias colimus: id est, exercemus, & recte transtulit, quasi terram, quæ colendo fructus reddit. Item Sall. 31. Aliquem. 3. uolum. orat. 41. Quo facilius & nostras obire domos, & ipse à suis coli posset. Benemeritos. 2. uolumine orationum. 203. Tum etiam nec tam necessarium quidem est male meritis referre, quod debeas, quàm ut benemeritos colas. plus est quàm remuneres. Fidem. in oratorijs libris. 42.. Vt fidem colere, & iustitiam retinere diserent: id est, uenerari. Memoriam beneficij. secundo uolumine orationum. 203. Quapropter memoriam beneficij uestri colam beneuolentia sempiterna. plus dixit, quàm si dixisset seruabo. Mores. Sallust. 3. Itaque domi militiæq; boni mores colebantur. Pietatem. Terentius. 111. Faciam tamen ut pietatem colam. Medicinam animi. primo uolumine philosophiæ. 190. Animi autem medicina nec tam desiderata

sit antequam inuenta, nec tam culta postquam cognita est. **Hospitium.** *ad Heren. 17. Si hospitio clientelas, cognationes, affinitates caste colendas esse dicemus.* **Societates.** *ad Heren. 17. Si societates atq; amicitias studiose dicemus coli conuenire.* **Vitam.** *Att. 195.. Nunc planè nec ego uiclum, nec uitam illam colere possum. Item Pl. 3. 70.. Item Ter. 53. In quibus locis est pro pati, ait Non. Mar.* **Inter** *se aliquos. de of. 111. Neq; colent se inter se, ac diligent, sed etiam uerebuntur.* **Meretricem.** *Do. Super illud quàm hic meretricè non amauit? inquit. nam colere meretricem non est flagitium. Ter. 59. Quippe fórma impulsi nostra nos amatores colunt.* **Domum.** *Plaut. 32. Hanc domum iam multos annos est, quum posßideo & colo.* **Sedem.** *2. uolu. or. 196.. Nunc ego te Iupiter Opt. Max. eo usq; cæteri Dij, deæq; immortales excellẽti tumulo ciuitatis sedẽ capitolij in saxo incolutis constitutam. Ita* **Gentem** *2. uo. or. 194. Quam colere gentem nunc instituam? utrum ut custos accipiar, an, ut proditor excludar? in quibus locis est pro habitare.* **Ad humanitatem** *aliquid. 2. uol. phil. 177. Quibus ex agresti immaniq; uita exculti ad humanitatem, & mutigati sumus. nunc significat quasi expolire.*

Colligare. *Est unà ligare.* **Memoriam** *multorũ annorum. in or. lib. 207. Annorum septingentorũ memoriã uno libro colligauit: id est, perstrinxit.* **Inter se** *multa. de off. 4. Quæ quatuor quanquam inter se colligata, atq; implicita sunt.* **Aliq.** *3. uol. or. 231. Im etumq; furentis, atq; omnia diuexare, & diripere cupientis uitæ suæ periculo colligauit: id est, repressit.*

Colligere. *Est in unum redigere.* **Stipulam.** *Ter. 96. Meridie ipso factiã ut stipulam colligat.* **Naues.** *in fa. 193. Onerarijs relictis, in quibus colligẽdis non nunimũ temporis, laborisq; consumpsit.* **Vasa.** *1. uol. or. 209. Ille ex Sicilia castra iam mouerat, & uasa collegerat. est quod Ter. 116.. dixit conuasare.* **Se aliquos.** *2. uol. or. 8.. Qui se ex tuis regno collegerunt.*

Ventum

Ventum *rumorũ. 2. uol. or. 33. Qui omneis rumorũ, & contionũ uentos colligere consueſcet.* **Beneuolentiam.** *in fa. 139.. Sed tamen quicquid elaborari, aut effici potuerit ad istorum beneuolentiã conciliandã, & colligendã summo studio me consecutum.* **Dignitatem.** *Att. 317. Tamen ex hoc labore magnam gratiã, magnamq; dignitatẽ sim collecturus.* **Existimationem.** *1. uol. or. 66. Habet existimationem multo sudore, labore, uigilijs collectã: id est, comparatã.* **Famam.** *1. uo. or. 66. Qui neq; ut antè collectã fãmã cõseruet.* **Gratiam.** *uide, dignitatem.* **Inuidiam.** *1. uol. or. 239.. Vt ex eo crudelitatis inuidiam colligã.* **Laudem.** *Att. 298. Totum ut animum, cogitationemq; tuam ponas in omniũ laude undiq; colligenda.* **Memoriam** *rei. in or. lib. 184. Nullum ille poetam, nullã legerat orationẽ, nullam memoriã antiquitatis collegerat.* **Rationes.** *Pl. 15.. Nescio quid secum solus, puto rationes colligit, quid memoret.* **Rumores.** *1. uol. phil. 116. Innocentes ergo, & uerecundi sunt, ut bene audiant, & ut rumorem bonum colligant.* **Se aliq.** *1. uol. or. 118. Vbi se collegit. Item. 1. uol. ph. 92.. in fa. 73.. Vbiq; est pro ad se redire, qui aliqua animi perturbatione antè cõmotus fuerit. Item in or. lib. 87. Dici memini ludorũ Romanorum diebus L. Crassum quasi colligendi sui in causa se in Tusculanum contulisse. nunc est pro recreare, quam dicendi figuram commolliuit dicens, quasi.* **Vocem.** *in or. lib. 107. Et quasi quodam modo colligunt: id est, uocem.*

Collimare *aliquid aliquò. 1. uolum. phil. 94.. Vt enim si cui sit propositum collimare hastam aliquò aut sagittam.* **Sagittam.** *uide supra.*

Collocare. *In uerbo apparet stabilem, & certam rei locationẽ inesse, quàm uero ad diuersa se accõmodet, exemplis uidebitur.* **Aciem.** *Cæ. 236. Cæsaris autem acies hoc modo fuit collocata.* **Apud** *aliq. aliquid uide munera, pretia.* **Colonias.** *2. uol. or. 80. Qui colonias sic idoneis in locis contra suspitionem pe-*

 riculi

riculi collocarunt. Item. 96. Columnas è regione. Att. 318. Columnas neq; rectas, neque è regione Diphilus collocarat. Domicilium. 1. uo. or. 110. Vt deniq; sedes, ac domicilii collocare. In re aliquid. 3. uo. or. 45. Vt in amore, & uoluptatibus adolescentiam suam collocaret. In arborem se. Pl. 42. Multoq; prius me collocaui in arborem. In custodia. 3. uolu. or. 212. Idcirco in hac custodia, tanquã in specula, collocati sumus. In fundo dotem. 1. uol. or. 287. Curauit ut in eo fundo dos collocaretur. In numero deorũ. Att. 296. In quibus tuas uirtutes consecratas, & in deorũ numero collocatas uides. In salutem alic. 3. uol. orat. 184. Non enim effudit, sed in salutem reip. collocauit: id est, impendit. In solitudine. de of. 112. Et in solitudine uspiam collocarẽt. In soporem aliq. Pl. 5. Iampridem uidetur factum, heri quòd homines quatuor in soporem collocastis nudos. In tuto. Ter. 66. Videndum est, inquam, amici quoque res Clinia in tuto ut collocetur. In uita Aliq. 3. uol. orat. 47. Palamq; sese in meretricia uita collocaret. In uoluntate alic. 3. uolu. or. 41. Neq; huius iudicij ueritatem, quæ mutari nullo modo potest, in uoluntate testium collocari sinam. Philosophiam in urbibus. 1. uol. ph. 230. Socrates autẽ primus philosophiam deuocauit è cœlo, & in urbibus collocauit, & in domos etiam introduxit. Insidias alic. 3. uol. or. 106. Vt ante suum fundum, quod re intellectum est, Miloni insidias collocaret. Et insidias equitum. 170. Paucis diebus interpositis noctu equitum insidias collocauit: id est, equites in insidijs collocauit. Ad faciendum aliq. 3. uo. or. 105. Quem ille ad Cn. Pompeium interficiendum collocarat. Item. 85. Nuptum. aliq. aliquò. Cæs. 6. Et propinquas suas nuptum in alias ciuitates collocasse. cum aliq. Teren. 139. Offendi aduenientes, qui cum uolebam, atq; ut uolebã, collocatum filiam. & alicui. in or. 173. Cuius C. filio filiam suam collocarat. Item de offic. 44. 48. In patrimonio suo aliquem. 3. uol. or. 248. Atq; illud describite, ut

bite, ut uideatur à uobis Cn. Pompei filius in patrimonio suo collocatus. In domum. 3. uolum. or. 90. Me consequentibus diebus in ea ipsa domo, qua tu me expuleras, quam expilaras, quam incenderas, Pontifices, COSS. Patres Conscripti collocauerant. Signa in subsidijs. Sall. 24. Reliqua signa in subsidijs arctius collocat. Beneficium. de off. 10. Sed in collocando beneficio, & in referenda gratia si cætera paria sunt. Item. 48. Pretia apud aliq. 1. uolum. orat. 247. Se bene apud istum tam multa pretia, ac munera collocasse. Munera. uide pretia. Studium in re. Attico. 295.. Si aut qui regerent omne suum studium in doctrina, ac sapientia collocassent. Sedem. uide domicilium. Propalam aliquid in or. lib. 98. Neque tabulis, & signis propalam collocatis. Rationem in parte animi. 1. uol. philosoph. 46. Aliaq; in parte animi cupiditatem, alia rationem collocaret.

Colorare aliquid. in orat. lib. 114. Sentio orationem meam illorum cantu quasi colorari. Item. 149.. Quasi colorata oratio. à pictoribus sumptum est. significat autem multo uenustiorem reddi orationem.

Combibere aliq. 1. uol. ph. 91.. Sed infici iam debet his artibus, quas, si dum est tener, combiberit, ad maiora ueniet paratior.

Comeare. remeare redire est: comeare ultro citroq; ire Sex. ait. In urbem. Ter. 104. Nam senex rus abdidit sese, huc raro in urbem comeat: id est, redit. Literas ab aliquo ad nos. Att. 124. Crebo enim illius literæ ab alijs ad nos comeãt: id est, reddũtur.

Comedere. Est edere. in fa. 177.. Quocirca Seguliũ negligamus, qui res nouas quærit non quòd ueterem comederit, nullam enim habuit. Ita Numos. Att. 89. Putat enim suos numos nos comedisse. Beneficia. 3. uol. or. 238.. Qui postquam Cæsaris beneficia comederunt. Plaut. 260. Qui te uolturium uocant. hostis ne an ciuis comedis, paruipendere. ita aliquem absentem. Plaut. 115.. Sine modo uenire saluum, quem absentem comes:

id est, cuius absentis bona consumis. Ita Terent. 50. At ego pro isto Phædria, & tu Chærea hunc comedendũ, & deridendum uobis propino.

Commemorare. Est mentionẽ facere. in fa. 11. Quid multa? quæstus est grauiter, sua merita cõmemorauit: id est, exprobrauit. ita **Iudicia.** 1. uol. or. 74. O commemoranda iudicia, præclaramq; existimationem.

Cõmendare, est laudare. inest enim in cõmendando eius laus, qui commẽdatur. uerũ in ea significatione, quæ iampridẽ à uulgo recepta est, pro salutare, nusquã à latinis usurpari comperio. **De meliore** nota. in fa. 109. Et Sulpitij successori nos de meliore nota commenda: ita maiorem in modũ. in fa. 219. Quapropter cõmendo tibi maiorem in modum rem, domusq; eius. **Monimentis** aliquid. in fa. 67.. Vt cuperem quàm celerrime res nostras monimentis commendari tuis. ita **Immortalitati.** in or. lib. 111. Qua uoce alia nisi oratoris immortalitati commendatur? id est, mandatur? & **Ad aliquid.** de off. 42. P. Rutilij adolescentiã ad opinionẽ, & innocẽtiæ & iuris scientiæ P. Mutij commendauit domus: id est, adduxit in eam opinionem.

Commerere, siue cõmereri, quanquã in hoc uerbo ueteres maxime frequentes fuerunt, nunquam aliter tamen, quàm cum de malo, etsi leuis id quidẽ culpæ, hoc usi sunt. ut **Culpam.** Ter. 115. Nullam de his rebus culpã cõmeruit tua. Itẽ Ter. 112. Quæ nunquã quicquã erga me cõmerita est pater. Item Ter. 115. Vt nunquã sciens commerui merito, ut caperet odium illa mei.

Commigrare, est alium locum habitatum ire. **Aliquo.** Terent. 91.. Neque enim diu huc commigrarunt.

Comminuere aliquid. 1. uol. or. 212.. Annulus aureus, quem habebat fractius est, & communutus. **Statuam.** 3. uol. orat. 99. Illi autem statuam istius persimilem, quàm stare in celeberrimo loco uoluerat, ne suauissimi hominis memoria moreretur, detur bant, affligunt, communuunt, dissipant.

Commiscere

Commiscere aliquid cum aliquo. de offic. 111. Cuius animum cum suo commisceat, ut efficiat penè unum ex duobus?

Committere. Placuit in huius uerbi recensendis exemplis, magis significationum rationem seperatim, quàm, ut in alijs factum est, primas uocum literas sequi.

CVM HABET PECCATVM.

Adulterium. Asc. 37. Dicitur Catilinã adulterium cõmisisse cum ea, quæ ei postea fuit socrus. **Delictum.** Cæs. 78. Nam minore commisso delicto igni atq; omnibus tormentis necant. **Facinus.** in fa. 40. Siquid à me prætermissum fuerit, cõmissum facinus, & admissum dedecus confitebor. **Flagitium.** 1. uol. orat. 271. Nolo hoc in hoc delecto consilio tantum flagitium esse commissum. **Fraudem.** Asc. 47. Nam committi fraus dicitur. **Peccatum.** uide fraudem. **Multam.** 2. uol. orat. 39. Nihilominus enim potest, ut illam multam cõmiserit. **Pœnam.** 1. uol. orat. 154. Quid est hoc? uiri fortes, honesti, gratiosi, tot Siculi, tot equites Ro. ab homine nequissimo ac turpissimo læsi pœnam octupli sine ulla dubitatione commissam non persequebantur, quæ causa? quæ ratio est? **Contra legem.** in orat. 168.. Quia quasi committere contra legem. **Rem nephariam.** 3. uol. orat. 205. Qui multis nepharijs rebus antè commissis. **Instantiam.** 1. ph. 77. Etsi nulla committatur instantia. **Cum** hac particula **Vt.** Att. 4. Non committam posthac, ut me accusare de epistolarum negligentia possis. Item in fa. 65.. Non committam ut tibi insanire uidear. Ter. 79. Et est causam dare.

CVM HABET CONTENTIONEM.

Rixam. Asc. 14. Cum seruis Clodij rixam committunt. **Prælium.** 3. uolu. orat. 118. Ante inquam bonam deam cum prælium commisisset. **Pugnam.** 2. uolu. orat. 132. Cuius ex omnibus pugnis, quæ sunt innumerabiles, uel acerrima mihi uidetur illa, quæ cum rege commissa est, & summa contentione

pugnata. Et Rem prælio. Cæ. 157. Et prælio rem committere constituit.

CVM ALICVI ALIQVID FIDIT.

Tunc uero est aut de ijs rebus, quæ magna sunt, aut quæ salutem in dubio habent, & magno cum periculo seruari uolumus, Do. ait. Epistolam. Att. 8. Et huic terræ filio nescio cui committere epistolam tantis de rebus non audeo. Item in familiar. 6. Item Att. 7. Ita Aliquid Literis. Att. 54. Præterea sunt quædam domestica, quæ literis non committo. Salutem suam alic. Cæs. 83. Nec solis Biturigibus communem salutem committendum censent. Existimationem suam alic. Att. 232. Huic nihil crediderís, nullam partem existimationis tuæ commiseris. Hæreditatem alicui. 1. uol. orat. 81. Qui illam hæreditatem Veneri Hericinæ commissam esse dicerent. Consilium suum. 1. uolu. orat. 149. Qui Quæstor consulem suum consilijs commissis, pecunia tradita, rebus omnibus creditis spoliare, relinquere, prodere, oppugnare ausus sit. Fortunas suas. Terent. 14. Seruon' fortunas meas me commisisse stulti? In fidem se ali. Terent. 101. Qui in tutelam meam studium suum, & se in nostram commisit fidem. Item. 103. In tutelam se alicui. uide suprà. Semina terræ. de re rust. 91. Nec tantum propter semina, quæ sulcis aratri committuntur. Gnatam uxorem ali. Terent. 6. Quid Chremes? qui denegarat se commissurum mihi gnatam suam uxorem. Pecuniam Palæstræ. 1. uol. orat. 116. Quod eam Palæstræ commisisse dicant. Puto in Palæstra pecuniam absumptam esse.

CVM EST, PRO FIERI.

Iudicium inter sicarios. 1. uolu. orat. 20. Longo interuallo iudicium inter sicarios hoc primum committitur: id est, fieri cœpit. Ludos. Att. 325. Hæc scripsi ad VIII. Cal. Nouembris, quo die ludi committebantur, in Tusculanum proficiscens. 1. uolu. philosop. 11. Se aliquo. Att. 322. In senatum

tum se non committebat: id est, non ueniebat.

Commodare. Est rei alicuius usum præstare, siue quæ eadem restituatur, siue pro ea aliud. Asc. 63. Quibus pecuniæ commodatæ sunt. Facultates. de offic. 39. Atque ut dando, & accipiendo, mutandisq; facultatibus, & commodandis nulla re egeremus. Vbi No. pro mutare exponit. Præsentiam. Asc. 40. Aut præsentiam suam commodat amico.

Commouere. proprie est simul mouere, sæpius est excitare: interdum turbare, aliquando etiam aliud significat. Bellum. in familiar. 132. Quod bellum commotum à Scapula: id est, excitatum. Dissensionem. 2. uolu. orat. 88. Aut aliquid alieniβimo tempore nouæ dissensionis commouere. Seditionem. Att. 23. Sæpe item seditione commota. Tumultum. 1. uolu. orat. 239. Vt nemini minus expediret, ullum in Sicilia tumultum, aut bellum commoueri. Inuidiam. 1. uolu. orat. 106.. Et me populariter agere, atque inuidiam commouere. Item In aliquem. 3. uol. orat. 187. Tum à suis simulibus inuidiam aliquam in me commoueri putat: id est, mihi odium comparare. Bilem. Att. 26.. Etsi (ut scribis) bilem id commouet: id est, excitat. Dolorem. 1. uolumi. orationum. 210. Sed magnum & acerbum dolorem commouent. Studium scribendi. 2. uolumi. philosop. 3.. Quàm multorum non modo discendi, sed etiam scribendi studia commouerim: id est, excitarim. Suspitionem in aliq. 2. uolu. oration. 55. Furto postridie cognito omnis suspitio in eos seruos, quòd non comparebant, commouebatur: id est, suspecti fiebant. Historiam. in orat. lib. 200. Primisq; ab his (ut ait Theophrastus) historia commota est, ut auderet uberius, quàm superiores, & ornatius dicere. Aliq. Ter. 126. Quid nam ille cõmotus uenit? Metu. Ter. 22. Ita animus commotus est metu. Itẽ de offic. 20.. Ita Nuntio. in fa. 40. Etsi grauiter primo nũtio commotus sum. Desiderio. 2. uol. orat. 8.. Tamen nimia longin

longinquitate locorum, ac desiderio suorum cõmouebatur. Ita Libidine. de off. 20.. Qui aut libidine aliqua, aut metu cõmoti sunt. In re aliq. Ter. 3. Neq; cõmouetur animus in ea re tamen: id est, integrum se præstat. Item Ter. 37. In hac cõmotus sum. Mentem ali. Att. 62.. Publius sanè diserto epilogo criminatus mentes iudicũ cõmouerat. ita Senatum. in fa. 63.. Animum aliquid. 1. uol. or. 125. Domo eius omnia abstulit, quæ paulo magis animũ cuiuspiam, aut oculos possent commouere. nunc est delectare. Sacra. Pl. 182. Scis tu quidem hercle mea si commoui sacra, quo pacto, & quantas soleam turbellas dare? id est, facere quantum possum. Expectationem. Att. 2. Crebras expectationes nobis tui commoues: id est, crebro aduentum tuum mutas. Item in famul. 306. Commorat expectationem lupus: id est, ut expectaremus, effecit. Oculos. ut de animum.

Communicare. est quod proprium unius fuerat, commune facere: neque solum communicare in ea significatione esse uidetur cum quis sua in commune confert, sed etiam cum ex alienis partem ipse accipit. dicimus uero & aliquid cum aliquo, & aliquem re aliqua, & inter aliquos de re, & aliquid cõmunicare. Vt iudicia cum equestri ordine. 2. uol. orat. 44. Et eo magis quod illo ipso tempore, illis censoribus iudicia cũ equestri ordine cõmunicata sunt. Pericula cum periculis aliorũ. 3. uol. orat. 39.. Qui uelint cum periculis nostris sua communicare. Honores cum aliquo. 3. uol. orat. 96. Eorumq; honorum, quos cum proximis cõmunicauit. Causam suam cum aliquo. 1. uol. orat. 42. Desinant causam suã cum Chrysogono cõmunicare, desinant si ille læsus sit, de se aliquid detractum esse arbitrari. Inimicitias cum aliquo. in fa. 255.. Nam ut illa omittam, quæ ciuitate teste feci sti, cũ mecum inimicitias communicasti: id est, qui meas inimicitias tuas inimicitias esse uoluisti. Aliquid cum aliq. de offic. 61.. Postulauit, ut aliquẽ populus

populus daret, qui cum communicaret. Item Att. 16. Nihil mihi scito nunc tam deesse, quàm hominem eum, qui cum omnia, quæ me cura aliqua afficiunt, unà cõmunicẽ: id est, qui cum ego ea loquar, quæ me cura, & solicitudine afficiunt. Gloria. 2. uo. orat. 128. Quibus L. Lucullus tantũ laudis impartit, quantum neq; ambitiosus imperator, neq; inuidus tribuere alteri in cõmunicanda gloria debuit. Ciuitatem. 3. uol. orat. 61. Cuius autoritate, & exemplo nunquã est intermissa à maioribus nostris largitio, & cõmunicatio ciuitatis. Aliquem mensa. Pl. 146. Communicabo te semper mensa mea. De officio. in fa. 45.. Et hoc tempore uelle te mecũ si propius accessissem, de officio utriusq; nostrũ cõmunicare. Item in fa. 6.. Qui mecũ sæpissime nõ solum à me prouocatus, sed etiã sua sponte de te cõmunicare solet. Item. 2. uol. or. 95. Cæs. 105. Inter se de re aliq. 1. uol. or. 3. Cum & de societate inter se multa cõmunicarent, & de tota illa ratione, atq; re Gallicana. Item. 158. Nam socij putandi, quos inter res cõmunicata est. Itẽ Att. 311. Sed & hæc (ut spero) breui inter nos communicabimus. 2. uol. ph. 62..

Commutare. Est in eo non permanere, quod quis inceperit, & aliquid cum aliquo. & ad aliquid, & inter aliquos cõmutatur. Annonam. 2. uol. or. 216. Cõmutatam annonam esse dicebant. Iudicia. Asc. 10.. M. quoq; Drusum Trib. Plel. cohortatus sit, ut iudicia commutaret: id est, ut ad alios iudices transferret iudicia. Rationem. in familiar. 33. Tua ratio postea est commutata: id est, sententiam mutasti. Remp. 2. uolu. orat. 116. Quæ non ad delendam Remp. pertinerent, sed ad commutandam. Verba cum aliquo. Ter. 10. Crede mihi hoc inquam Pamphile, nunquam hodie tecum cõmutaturum patrem unum esse uerbum. Item. 136.. Vt est ille bonus uir, Tria non commutabitis uerba hodie inter uos. est autem altercari. ut ait Do. Vultum ad aliorum uoluntatem. 2. uolu. phil. 211. Cuius & frons, & uultus, & sermo ad eorum, quoscũq; conuenerit

uenerit, sensum & uoluntatem commutandus est.

Comparare. Cum uerbum aliquid parat, efficit, in huiusmodi locutionibus uersari solet. **Amicitias.** de offic. 39. Tum ad amicitias comparandas. **Auditorem** ad aliq. ad Her. 32. Et ad reliquam comparat auditorem. **Beneuolentiam.** de offic. 44. Itaq; cum beneuolentiæ comparandæ causa benefici esse uelint. **Copias.** 3. uolu. orat. 21.. Iccirco credo manum sibi P. Sestius & copias comparauit. **Exercitus.** 3. uolu. orat. 186. Qui contra consulem priuato consilio exercitus compararunt. **Conuiuium.** 1. uolu. orat. Conuiuiũ comparat. **Gloriam.** de offic. 42. Prima igitur est adolescẽtis commendatio ad gloriam, si qua ex bellicis rebus comparari potest. **Insidias** alic. 2. uol. orat. 27. Insidias habito comparare. **Laudem.** in famil. 19.. Quibusq; artibus eæ laudes comparantur. **Risum.** ad Her. 20.. Quæ ex aliqua re risum pudẽtem, & liberalem potest comparare. **Tumultum.** ad Her. 33. Tumultus C. Gracchi tumultus domesticos, & intestinos comparat. Ita **Rationem** uitæ. de offic. 115. Quandoquidem ita ratio comparata est uitæ: id est, ita fert uitæ ratio. **Vultum** ex uultu aliq. Pl. 13.. Vultum ex uultu comparat. **Vitam** beatam. 1. uol. phil. Omnis autoritas philosophiæ consistit in beata uita comparanda. Ter. 70. Argentum dabitur illi, ut uestem, atque alia, quæ opus sunt, comparet: id est, emat. Se. 3. uol. orat. 106.. Paulisper ut fit, dum se uxor comparat: id est, exornat, parat. Item Ter. 26. An potius ita me cõparem nõ perpeti meretricũ contumelias. **Commodum.** Ter. 15. Atq; ex incõmodis alterius sua ut cõparẽt cõmoda. **Aliquid** ad aliquid. Att. 32.. Nisi ad alias res pestiferas aditus sibi cõparassent. **More** maiorũ. 1. uol. or. 35.. Itaq; more maiorũ cõparatũ est. **Cum** uero cõparationẽ habet. dicimus aliquid alicui, cũ aliquo, inter aliquos, & ad aliquid cõparare. de offic. 3. Similitudines cõparant. 80. Equi fortis & uictoris senectuti cõparat

parat suam. 55. Sed hæc etiam inter se cõparare, & his dubitare turpissimũ est. Ter. 40. Hau ne cõparãdus hic quidẽ ad illũ est. **Labella** cum labellis. Pl. 28. Prehende auriculas, cõpara labella cum labellis. nunc est componere, coniungere.

Comparere aliq. 1. uol. or. 266. Quærite nunc uestigia prius, quibus exitus illorum, ex illo loco compareant.

Compellere Aliquem. Att. 23.. Nigidium minari in concione se iudicẽ, qui non affuerit, compellaturũ. Item. 3. uol. or. 186.. Idem etiã Q. Ciceronis fratris mei filium edicto cõpellat, nec sentit amens cõmendationem esse cõpellationem suam. uidetur hoc fuisse, per scriptum imperiosum aliquem citare.

Compensare. A pensando sumptum est, significat autem æquare. aliquid aliqua re, & cum re. ut. 2. uolu. orat. 219. Sed hoc compensabo breuitate eius orationis. Item. 144. Et summi labores nostri magna compensati gloria mitigantur. **Cum** aliqua re. 3. uol. orat. 95.. Non'ne compensabit cũ uno uersiculo tot mea uolumina laudum suarum. 1. uol. orat. 242..

Comperendinari. De comperendinatione uideto Asc. sed Bud. planius etiã eã rẽ est persecutus, utriusq; uero partis fuit, etsi exempla nostra ad reum tantum pertinere uidentur. neque idem erat, quod ampliatio, ut ab illis docebere. ut. 1. uolu. orat. 81. Verum, ut opinor, Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus. Item. 80. Nemo istum comperendinatum, sed condemnatum iudicaret. Item. 207. Posteaquam est comperendinatus. **Iudicium.** Asc. 63. Nam si accusator dixerit, respondemihi prima actione, ne rursum comperendinato iudicio &c. Budæus.

Comperire Aliquid, & de re. Ter. 5.. Primum iam de amore hoc comperit.

Compescere. Est cohibere. **Linguam.** Pl. 212. Maledicta hinc aufer, linguam compescas.

Cõpilare. Piletas Græcè fures uocant, unde pilare, & cõpilare, autore

autore Sex.1.uol.orat. 212. Vno imperio hostiatim totũ oppidum compilauit. Ita Hortos. 3. uol.or.189. Refertam eius domum exhauserit, hortos cõpilarit: id est, ad se omnia ex his ornamenta transtulerit. ut admonear, hortos, & hoc in loco, & suprà in uerbo ædificare esse magis domũ in hortis, quàm malũ, pirum, prunum, & cætera quibus horti maxime constare solẽt. Sapientiam. 2. uol.orat.129.. Et ab ipsis cautis iuris consultis eorum sapientiam compilauit.

Complacare Aliquid alicui. Tiro Ci.lib. apud Gell.103. In principijs patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi, & complacare iudices debent.

Complanare. Est planũ reddere. 2.uol.or.233. Sp. Melij regnũ appetẽtis domus est cõplanata: id est, solo æquata. Opus. Cæs.214.. Sed prope iam cõstituta opera cum cõplanarent, nũc est perficere: extremam manum operi imponere.

Complecti Aliquid. Att.280. Veterẽ pro eius erga te benevolẽtia, singulariq; officio libẽter ex tuis literis complexus sum. Inter se aliquos. 2.uo.ph.92.. Nos inter nos esse cõplexos.

Complere Aliquid re aliqua, & rei alicuius. 2.uo.ph.212.. Vt de nocte domus cõpleatur. Ita Nauem. Cæ.45. Ita uno tpe & longas naues, qbus Cæsar exercitũ trãsportandũ curauerat, quasq; in aridũ subduxerat, æstus cõplebãt. Murum. Cæ.85. Murũq; celeriter cõplerũt. Gradus. 3.uo.or.197.. Cum autẽ erat uentũ ad ædẽ Cõcordiæ, gradus cõplebãtur. Paginam. Att.216.. Sed cõplere paginam uolui. Legionem. Cæs.127. Quas ex nouo delectu confecerat, atq; in itinere compleuerat. Rem aliquã. Cæ.273.. His rebus cõpletis, legiones reduci iussit: id est, perfectis his rebus. Vitam beatã. 1.uo.or.141.. Cõplent ea quidẽ beatissimã uitã. Aures aliq. de off. 128.. Qui cõplet aures meas tãtus, & tam dulcis sonus? Aliquid re aliqua. Cæ.145.. Aduẽtus enim L. Nasidij summa spe, & uoluptate ciuitatẽ cõpleuerat: Etsi uolũtate legatur, qd' quàm recte, alij uiderint

uiderint. Item Cæs.153. Quæ res omnium rerum copia cõpleuit exercitũ. Telis corpus. Pl.4.. Vortẽtibus Theleboi telis complebantur corpora. Et rei alicuius. Pl.14.. Quem propter corpus suum stupri compleuerit. Erroris & dementiæ. Pl.7.. Erroris ambo ego illos, & dementiæ complebo.

Complicare. Epistolam. Att.321. Cum hanc iam epistolam complicarem, tabellarij à uobis uenerunt &c.

Componere. Conatur No. huiusce uerbi diuersas significationes paucis exemplis explicare, idq; eruditissime, ut cætera omnia exequitur. si quid tamen proprij in uerbo dignosci potest, id erit multarum, scilicet rerum conuenientia, atq; apta collocatio. & dicimus aliquid, & aliquid cum aliq. & inter aliquos componere. ut Argumentum. Att.240. Sed & componendum argumentum est. Artem. in or.lib.168.. Totumq; se ad artes componẽdas transtulisse. Aliquid. Att.86. Nec uero pauci sunt authores. Cn. Flauium scribã fastos protulisse, actionesq; cõposuisse: id est, dies, quibus agi licebat, in ordinem descripsisse. Auspicia. 2.uo.ph.176. Cum alteri placeat auspicia ista ad utilitatem esse reipub. composita. Iter. Att.249. Ego itinera sic composuerã, ut No. Quint. Puteolis essem. &c. Signa. Att.60. Tibi etiam gratias agebat, quòd signa componenda suscepisses. Causam. in or.lib.210.. Alteri, cum domesticum tempus, in cognoscendis, componendisq; causis. Cæs. dixit, Controuersiam. Ter.136. Dixit. Inter se aliquid cum bona gratia. cur non inquam, Phormio uides inter uos si hæc potius cum bona, ut componantur gratia, quàm cum mala? Capillum. 1.uolum.orat.41. Ipse uero quemadmodum composito, & delibuto capillo passim per forum uolitet. Res suas. Terent.115. I ergo intro, & compone, quæ simul tecum ferantur. Maria. Sallust.86.. Et quia tibi terræ, & maria simul omnia componenda sunt. Aliquid cum aliquo. Sallust.46. Iugurtha ubi Metelli dicta cum factis composuit. est nunc dicta

cum factis conferre. Societatem. Sall. lib. 1111. Histo. Suspectusq; fuit, incertum uero, ac per negligentiam societatem prædare cum prædonibus composuisset.

Comportare. Aliquid. Att. 78. Frumentum ex agris in loca tuta comportantur.

Comprehendere. Est idem cum capere. Arma. Cæs. 166. Atque arma Capuæ essent comprehensa: id est, cum Campani arma cæpissent. Ignem aliquid. Cæs. 59.. Hæ celeriter ignem comprehendunt: id est, concipiunt. Ita Scientiam rei alic. in orat. libr. 86. Est enim & scientia comprehendenda rerum plurimarum. Ita Sententiam. in or. libr. 167.. Ipsa enim natura circumscriptione quadam uerborum comprehendit, concludit q; sententiam. Aliquid aliqua re, ut memoria. 1. uolum. ph. 251.. Sed quoniam mane est eundum, has quinq; dierum disputationes memoria comprehendamus. Item ad Herenn. 11.. Ita Mente. aliquid. 2. uol. ph. 63.. Eo minus, quod tu uis, possum mente comprehendere. Ita Animis & cogitatione. 2. uolu. or. 160. Etiam si à me minus dicuntur uestris animis, & cogitatione comprehendere.

Comprimere. In uerbo suapte natura uim adhibitam ei rei, cui adiunctum erit, inesse uidemus. Animam. Ter. 142. Hoc ubi ego audiui, ad fores suspenso gradu accessi, astiti, animam compressi, aurem admoui, ita animum cœpi attendere. Audaciam. 3. uolum. orat. 226.. Nisi incredibilis, ac diuina uis Cæsaris furentis hominis conatum & audaciam compressisset. Conatum. uide audaciam. Cupiditates. 3. uolum. orat. 92. Meditare quibus uerbis incensam illius cupiditatem comprimas, atque restinguas. Ferociam. 2. uol. orat. 243.. Duobus inceptis uerbis omnem impetum gladiatoris, ferociamq; compressi. Furores tribunitios. 2. uolum. orat. 129. Qui dicendo nonnunquam comprimat tribunitios furores. Frumentum. 2. uolum. orat. 216. Quasi uero ego aut rei frumentariæ præfuissem, aut

sem, aut compressum aliquod frumentum haberem. Item Att. 82. Linguam. Plaut. 5.. Ego tibi istam hodie scelestè comprimam linguam. Libidines. 3. uol. or. 134.. Comprimendæ libidines, propaganda soboles. Impetum. uide ferociam. Improbitatem. Att. 129. Erit credo periculum, ne improbum negociatorem, paulo cupidiorem publicanum comprimere non possis. Manus. Terent. 63. At tu pol tibi istas posthac compri mito manus. Mulierem. Terent. 145.. Vinolentus fere ab hinc annos quindecim mulierculam eam compressit. Odium. 2. uo. or. 225.. Quæ inueterata compresso odio, atq; tacito, iam erumpebant in actum. Timorem. 2. uol. or. 241.. Ne audaciæ quidem locum ad timorem comprimendum fuisse. utrobique est dissimulare.

Conari aliquid. 1. uol. orat. 14. Homini pro amicitia familiarius dixi mihi uideri ore durissimo esse, qui præsente eo gestum agere conaretur. Item in or. lib. 114. Poëtas omnino quasi alia lingua locutos, non conor attingere. Item. 145. Sed prius quàm illa conor attingere. Ter. 5. Si sensero hodie quicquam in his te nuptijs fallaciæ conari. in quibus exemplis pro audere accipi debet. non quod negem propriam illi significationem esse, quam uulgo dicunt, far il poder suo.

Concedere, est recedere, locum dare, fateri uinci. constructionem uero tam diuersam retinebit, quàm etiã significationem. Teren. 105.. Rus habitatum abij, uobis concedens, & rei seruiens. Item. 124.. Item. 138.. Concede hinc à foribus paululum istorsum Sophrona. Item. 143. Sed hinc concedam in angiportum hoc proximum: id est, huc recedam. Noctem diei. Plautus. 5. Neque nox quoquam concedit die. De re aliqua. Attico. 202.. Etsi de cupiditate nemini concedam. De iure suo. de officijs. 46.. Aequum & facilem multa multis de iure suo concedentem. Item Terent. 8. Factum aliquid alic. Cæsar. 216. Sed tamen se concedere id factum superioribus suis

beneficijs.nunc est condonare factum. In aliq. Vt in ius.Sall. 7..Nam postquã Resp. in paucorũ potentiã,ius,atq; ditionem cõcesit.In ditionẽ.uide ius.1ta In paucorũ dominationẽ: id est,peruenit.1ta In gentem,In nomen alienũ. Sall.34. Victi omnes in gentem,nomenq; imperantium concessere.

Concidere. Maxime ad stragem uerbũ accõmodatur. ut Att. 76,.Sed tamen cõcisos equites nostros à Barbaris nunciabãt ij, qui ueniebãt.Item Att.253..Alij cõcisos agripetas, alij Plancũ acceptis numis,relictis illis aufugisse.Aliquem. 3.uolum.or. 200.Decretis uestris eum concidistis: id est,perdidistis.

Concidere.Nunc à cado est concido. & aliquis aliquare, & aliq.alic. concidit. ut Mente aliq.3.uol.or. Allato nuncio de legione quarta mẽte cõcidit.Et mentẽ alic.2.uo.or.240.. Et mentẽ debilitatã metu cõcidisse.Mortuum aliq.in or. li. 168.Et eo poto mortuũ concidisse.Fidem.2.uo.or.7.Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse:id est,non præstari.

Conciliare. Modo est pro parare, acquirere, quod nondum erat:modo reconciliare quod erat diruptum,tamq; mala, quàm bona cõciliamus.ut in exemplis. Animos aliorũ sibi.de off. 36,Proprium hoc statuo esse uirtutis,conciliare sibi animos hominum.Amicitiam.de off.103..Nam cum conciliatrix amicitiæ uirtutis opinio fuerit,Beneuolentiã.Cæs.154. Quasi non & felicitas rerum gestarum exercitus beneuolentiã imperatoribus,& res aduersæ odia concilient. Item in fa.56.135.de off.49,Dignitatem.Cæ.225.Quibus ex rebus sibi eam dignitatẽ,quæ est per gentes clarissima notissimaq; conciliauit.Fidem.in or.lib.234..Quæ motu animorũ conciliet in dicendo fidem.Gratiam.2.uol.or.17..Neq; quo Cn. Pompei gratiã mihi per hanc causam conciliari putem. Nuptias.Att.266.. Easq; nuptias M.Cicero conciliarat. Odium.uide beneuolentiã.Pacem.Ter.75.Exeo ergo ut pacem conciliem. Item Cæs.143..Ab aliquo.Pl.128..Qui à patre eius conciliarem pacem.

pacem.Inter aliquos.in fa.160.. Pacis inter ciues conciliandæ te cupidum esse lætor.1ta in fa.63..Pecuniam.1.uo.or.136. Sed pecuniæ conciliandæ causa susceperis. Item. 137.137..167.. Regnum.Cæ.2.Se suis copijs,suoq; exercitu illis regna conciliaturum confirmat.Voluntatem alic.Att.2.. Ad eorum uoluntatem mihi conciliandam.

Concinnare. Est aliq. parare, siue apte inter se componere. Aream.Pl.22.Auceps quãdo concinnauit aream,effundit cibum,aues assuescũt. Liuorem alic.Pl.282.Iam liuorẽ scapulis istoc cõcinnas tuis.Lutum.Pl.231.Si sapiã,hoc,quod me mactat,concinnẽ lutum.Munus.in fa.94..Ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti concinnaui tibi munusculũ ex instituto meo. nunc est cõponere.Viam.Pl. 252. Tranquillam uiam concinna: id est,expedi. Vestem. Pl.136. Potin' ut quiescas,si ego tibi hanc hodie probe,lapideq; cõcinnatum referam tempori? uulgò concia à tuo dosso.

Concionari.Cum aliquo.Cæsar.90..Cæsar receptui cani iussit, legionisq; decimæ,qua cum erat concionatus,signa consistere. De aliquo. in familiar. Etiam de te concionantur. Aliquid.in fam.163..Quod cum Lepidus concionaretur.

Concipere.Proprie est simul capere pereleganter uerò transfertur.& sæpe est peccare,admittere. sæpius multa alia significat.Dedecus.de off.25.Quòd & ipsa senectus concipit dedecus.Fraudem.1.uol.ph.163..Vel in rep.uiolanda fraudes inexpiabiles concepissent. Infamiam.1.uol. or.75. Vos aliquot iam per annos conceptam huic ordini turpitudinem, atq; infamiam delere potestis.Maculam.1.uol.or.29..Ex quo si qua macula concepta est.Scelus.1.uo.or.78.Non istum maius in sese scelus concepisse.Turpitudinem.uide fraudẽ.Vitium.2.uo.ph.190..Quod non solũ uitia concipiunt ipsi,sed ea infundũt in ciuitatẽ.Periculum.2.uol.or.144.Hoc quod conceptũ resp.periculũ parturit,consilio discutiã.Semen her

barum. 2. uolu. phil. 122. Ita'ne censes? ante coronam extitisse, quàm herbarum conceptũ esset semen. **Mortem** præcordijs. 1. uol. phil. 169. Cum iam præcordijs conceptam mortem contineret. **Odium** in aliq. 2. uol. or. 198. Vt quod odium scelerati homines, & audaces in remp. & in omnes bonos conceptũ inuidia continent. **Inimicitias**. Cæs. 164. Inimicitiasq; habebat etiam priuatas cum Cæsare ex ædilitate, & prætura conceptas. **Dulcedinem** animo. 2. uol. or. 192.. Si liberum conceptam dulcedinẽ animo inclusam continetis. Ita **Cupiditatem** auribus. 1. uol. or. 224. Auribus tu tantam cupiditatem concepisti: id est, ita uehementer ex auditu affectus es. **Metum** in se. Pl. 5. Igitur maiorẽ in modũ in sese concipiet metũ. **Iustitium**. 2. uol. or. 257. Veruntamen nocturnis uigilijs, & coactione hominum iustitium illud conceptũ, ac meditatum est. **Vadimonium**. Att. 316. Negant enim in tanta multitudine eorum qui unà essent, quenquã fuisse qui uadimoniũ concipere posset. Plura habebis in uerbo uadari, quæ ad uadimoniũ pertinẽt, quæq; ad hunc locum exponendum faciunt. **Verba**. Pl. 195. Vt concepisti uerba, uiginti minas dabin'? Item. 45. 111. 194.. de of. 73.. Est in uerba alterius aliquid promittere.

Concire. Bilem in aliq. Plaut. 16. Vetus est adagium: Fames, & mora bilem in nasum conciunt. **Iram** inter aliq. Ter. 107. Fortasse unum aliquod uerbum inter eas iram hanc conciuerit. **Lites** alic. Pl. 30. Tu ergo face, ut illi turbas, lites concias. **Turbas**. Terent. 72.. Dispeream, sceleste, quantas turbas conciui insciens? Item Plaut. 16.. 30.

Concitare. Est ualde commouere: tamq; ad bonum, quàm ad malum uerbum accommodatur. **Seruitia**. in fa. 166. Si nihil in Lepido spei sit, descensurum ad extrema, & non modo nationes, sed etiam seruitia concitaturũ. **Ad aliq.** Cæs. 89.. Multis utrinque interfectis maiorem multitudinem ad arma concitant. **Turbas**. Pl. 16.. Quis ante ædes tantas, tandiu turbas concitat? Item

tat? Item Sall. 80.. Quantæ deniq; nunc mihi turbæ cõcitantur. **Inuidiam** in aliq. 1. uol. or. 239.. Nullam inuidiã in te, ne ex illis quidẽ rebus concitabo &c. **Misericordiam**. in or. lib. 104.. Quod is L. Scribonio quæstionẽ in eum ferente Po. misericordiã concitasset. **Multitudinem** auditorũ. 1. uol. or. 61. Quantã auditorum multitudinẽ C. Verris infamia concitatura. **Expectationem**. in fa. 18.. Sic ad nos confirmatus reuertare, ut quam expectationem tui concitasti, hanc sustineri, ac tueri possis. **Risum**. in or. lib. 139.. Atque illud primum quid sit ipse risus, quo pacto concitetur, quomodo existat, &c.

Conclamare proprie est unà multos clamare. sed de ijs rebus apte usurpatur, quæ iam transactæ, ac finitæ sunt: ut corpora conclamata, quæ nihil iam reliqui habent ad uitæ officia. ut ait Don. super illud Ter. 32. Ipsa est, iam conclamatum est. Cæ. 55. Tum suo more conclamauerunt, uti aliquis ex nostris ad colloquium prodiret. **Ad arma**. Cæs. 139. Conclamatur ad arma, atque omnes copiæ &c. & sine arma. Cæs. 138. Alij, quod pridie noctu conclamatum esset in castris Cæsaris, argumenti simebant loco non posse clàm exire. **Vasa**. Cæs. 170.. Et noctu, neque conclamatis quidem uasis flumen transit. in altero est, quod uulgo dicitur, dar a l'arme. in altero est, cum castra mutantur.

Concludere est proprie in unum multa claudere. sed rei perfectionem quodammodo significare uidetur. **Aquam**. secundo uolumine philosophiæ. 30. Concluſa autem aqua facile corrumpitur. **Multa** in unum diem. Terentius. 49. An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit, quæ tot res, tantas tam opportune in unum concluſit diem. Item. 2. uol. phil. 31. Ex quo concluditur, cum omnes mundi partes sustineantur calore &c. **Rationem**. 2. uolum. philoſ. 64. Zenonis enim uestigijs hoc modo rationem poteris concludere. Item. 30. **Facinus** crude lituæ. 1. uol. orat. 125.. Inuenietis id facinus natum à cupiditate,

auctum per stuprum, crudelitate perfectum, atque conclusum.

Concoquere. Aliq. de re rust. 91.. Ideoq; facilius concoquitur. **Odium.** Att. 328. Vt eius ista multò ante odia non forbeam solum, sed etiam concoquam.

Concordare. Aliq. cum aliq. Terent. 131.. Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam senectutem oblectet: id est, conuenies cum illa.

Concredere. Aliq. alic. 1. uol. or. 11.. Cui tu, & rem, & famam tuam commendare proficiscens, & concredere solebas.

Concrepare, naturam seruat eandem, quam crepare: intransitiuam scilicet. concrepat uero aliq. & aliq. aliqua re. Ter. 141.. Sed ostium concrepuit abs te. **Scabella.** 3. uol. or. 51.. Deinde scabella concrepant. **Armis** aliq. Cæsar. 83. Conclamat omnis multitudo, & suo more armis concrepat. uide crepare.

Concurrere. Verbum hoc pro uaria ui particulæ, ex qua compositum est, uariam etiam significationem habet. modo enim in unum concordes, modo aduersæ res concurrũt. **Simul** multa. Teren. 12. Multa concurrunt simul, qui coniecturam hanc nunc facio. **Multas** opiniones. Ter. 55. Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant. **Verisimilia** multa. Ter. 91. Ipsum id metuo, ut credant, tot concurrunt verisimilia. **In** sententiam. Att. 20.. Et raptim in eam sententiã concurrerunt. in fam. 162. Repente Antonius in aciem suas copias produxit, & sine mora concurrit. **Inter** se milites. Cæ. 152.. Concurrunt equites inter se, neq; uero primum impetum nostrorũ Numidæ ferre potuerũt. nunc est manum conserere. Item **Ad arma.** Cæs. 35. Cum ad arma milites concurrissent &c. **De iure.** 1. uol. or. 14.. Deijcitur de saltu C. Aquili prid. Cal. intercalares biduo post, aut ut statim de iure aliquis concurrerit, non toto triduo. & hoc in loco contentionẽ significat. sed de iure: id est, si quis summo iure agat, & paulo plus temporis spatij esse contendat, nunquam triduum explebit.

Concutere.

Concutere. Orbem bello. Sall. 83. Neq; si pati potuisset orbis terrarum bello concussus foret. **Licentiam** hominum. 3. uolu. orat. 116. Hunc ipsum annum hoc summo uiro consule, concussa hominum licentia, cupiditatibus fractis, legibus & iudicijs constitutis, salutarem ciuitati fore.

Condemnare. Idem est tum significatione, tum constructione cum suo simplici damnare. **Aliquem** crudelitatis. 3. uol. orat. 82. Crudelitatis tu furcifer senatum consul in concione cõdemnas? **Iniuriarum.** 1. uol. orat. 112.. Homo omnium ex illo cõuentu quadruplatorum deterrimus C. Sacerdote prætore condemnatus iniuriarum. **Rei capitalis.** 1. uol. orat. 129. Qui rei capitalis cõdemnatus esset. **Sponsionis.** 1. uo. orat. 302. Condemnari tamen sponsionis necesse est. Ita **Impietatis,** furti, parricidij, & in cæteris nominibus certi alicuius criminis. Nam cum transit ad genus, ut scelus, peccatum, crimẽ, tunc magis ablatiuum postulat, ut aliquem. **Criminibus** multis. 2. uol. orat. 41.. Scæuola condemnatus est alijs criminibus frequentißimis Apuliæ testibus. Item. 1. uol. orat. 59.. Ego hoc uno crimine illum condemnem necesse est. Aliquem **De re.** 3. uol. orat. 171. Sed omitto cæteros: Licinium lenticulam de alea condemnatum collusorem suum restituit. Ita **De ui.** 3. uol. or. 161. Cuius etiam familiares de ui condemnati sunt. **Aliq. Sibi.** 1. uol. orat. 113. Hunc hominem Veneri absoluit, sibi condemnat.

Condere. Est proprie in unum, & interiorem locum dare ad custodiam faciliorem. Latius tamen significationẽ suam dilatat, ut modo componere, modo ædificare, modo multa alia significet Sexto & Nonio autoribus. **Vrbem.** 2. uol. ph. 98. Qui Resp. constituerunt, qui urbes cõdiderunt. Item Sall. 2.. **Iusiurandũ** Pl. 247.. Iusiurandũ seruandæ rei nõ perdẽdæ cõditum est. **Leges.** 2. uol. ph. 17.. Constat profecto ad salutem ciuium ciuitatumq; incolumitatẽ, uitamq; omnium quietam & beatam, cõditas esse leges. **Potestatem** tribunitiã. Sall. 76..

Nisi forte tribunitiam potestatem euersum profecti sunt, per arma conditam à maioribus suis. **Gladium.** de re rust. 38.. Herba ea uocatur uagina, qua latet cõditus gladius. **Literas.** 1. uol. or. 132.. Quas in ærario sanctiore condi imperauit. **Pecuniam.** 2. uol. or. 80. Vt liceat illi inuidiã deponere, pecuniam condere. **Triticum.** de re rust. 40. At triticum condi oportet in granaria sublimia: id est, recondi. **In carcerem** aliq. 1. uol. or. 251. Atque in carcerem cõdi imperauit. **In corpus** dolores. Pl. 278. Vide dolores. **Dolores** in corpus. Pl. 278.. Mihi magnos dolores, per uoluptatem tuam cõdidisti in corpus, quo nunc etiam morbo misera sum. Alloquitur mulier amatorẽ suum, quæ recẽs adhuc erat à partu, cuius dolores sibi in corpus per uoluptatẽ ab amatore suo cõiectos esse dicit.

Condicere. Prisca lingua condicere erat denuntiare, in qua significatione ueteres crebro uerbo usi sunt ad cõuiuia significanda, uel cum se quis apud aliquẽ cœnaturum prædiceret, uel apud se alium inuitaret: quod etiã in iudicijs, cum dies inter litigatores cõstitueretur, adhibebatur. ut in exemplis. **Alicui.** in fã. 15.. Nam cũ mihi condixisset, cœnauit apud me in mei generi Craßipedis hortis. **Ad cœnam.** Pl. 254. Atq; iam ne uos murenuni homines seruulos potare, amare, atq; ad cœnam condicere. **Symbolum** ad cœnam. Pl. 254. Eo cõdictũ symbolũ ad cœnam. **Diem** cum aliquo. Pl. 58.. Si status condictus cum hoste intercedit dies. Cincius apud Gel. 226. Condictus'ue dies cum hoste. est iudicio diem constituere.

Condire à rebus, quæ ad gratiorẽ saporẽ cõstrui solẽt, ad quæ dã alia perelegãter trãsfertur. **Orationem.** in or. lib. 215. Omnino duo sunt, quæ cõdiãt orationẽ, uerborũ numerorũq; iucũditas. **Negotiũ.** 2. uo. or. 32. Atq; & ipse cõditor totius negotij guttã aßpergit huic bulbo. **Cõsulatũ.** 2. uol. or. 236. Vultus erat ipßius plen? furoris, oculi sceleris, sermo arrogãtiæ, sic ut ei iam exploratus, & domi cõditus cõsulatus uideretur.

Conda

Condocefacere. Aliquid. 2. uol. phil. 58.. Et utuntur domitis & cõdocefactis, ut Elephãtis. **Animum.** 1. uol. phil. Nemo enim est qui eorum bonorum animũ putet esse iudicem, eumq; condocefaciat &c.

Condonare interdũ est pro suo simplici. & eandẽ etiã recipit cõstructionẽ: nisi qd' etiã aliqd aliquẽ cõdonare ueteres dixerũt, qd' nõ idẽ in donare faciebãt. ut Ter. 144.. Argentũ qd' habes, cõdonamus te. ubi Do. ait, dono ablatiuo casui iungebãt ueteres, cõdono uero accusatiuo. **Crimen.** 3. uolu. orat. 102.. Nec deprecaturi sumus, ut crimẽ hoc nobis multa propter præclara in Remp. merita cõdonetis. **Dolorem** suũ. Cæ. 7. Vt et Reip. iniuriã, & suũ dolorẽ eius uoluntati, ac precibus condonet. **Erratum** præteritũ. Cæs. 7. Monet ut in reliquum tempus omnes suspitiones uitet, præterita Diuiatico fratri cõdonare dicit: id est, fratris causa ei se ignoscere. **Iudicium.** in fã. 74. Et cum unũ sit iudiciũ ex tam multis, quod reprehẽdatur, idq; una sentẽtia, eaq; dubia potẽtia alicuius condonatũ existimetur. **Peccatum.** Ter. 35.. Is ne erret moneo, & desinat lacessere, habeo alia multa quæ nũc cõdonabũtur: id est, eius peccata. **Supplicium.** in fã. 66. Eam enim animaduersionem & supplicũ, quo usurus erã in eũ, quẽ cepissem, remitto tibi, & cõdono, p donare. 1. uo. or. 99.. Vt liberis eius bona patria, uoluntate patris, iure, legibus tradita, eriperes, & cui tibi esset cõmodonares. Item. 1. uo. or. 97. Dicit se posse ei cõdonare edicto hæreditatẽ. Itẽ paulo infrà. Iste ad arbitriũ eius, cui condonarat hæreditatem ereptam liberis, qua &c. **Pecuniam.** de offic. 49. Cum alijs adimuntur, alijs condonantur pecuniæ.

Conducere. Nunc est utile esse, conuenire: & cui, & in quem conducere aliq. dicitur. **Dignitati** nostræ. Att. 829. Respondi id, quod sentiebam, & dignitati tuæ maxime conducere. **Existimationi.** uide dignitati. **Rationibus** nostris. Att. 1. Nostris rationibus maxime conducere uidetur, thermum

fieri

fieri cum Cæsare. In rem nostram. Pl. 49.. Faciam sedulò, ut potißimum in rem quod recte conducat tuam. Item. 86. Quod in rem tuam conducat consulam.

Conducere. Nunc est (præter propriam significationem) de ijs rebus, quæ ad certum quoddam tempus utendæ mercede de aliquo sumuntur. Vt Arationes. 1. uolu. orat. 158. Is cum arationes magnas conductas haberet à publicanis. Coquos. Pl. 36. Postquam obsonauit herus & conduxit coquos, tibicinasq; hasce. Nauem. Ter. 81. Coëmisse hinc, quæ illuc uehe-res multa, nauẽ cõductam hoc scio. Mercede aliq. Att. 23. Quid ergo istos inquies mercede conductos habebimus? De aliquo aliquid. Att. 15. Asiani, qui de censoribus conduxerunt, questi sunt in senatu se cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse, ut induceretur locatio postulauerunt: puta tu uectigal aliquod Asianos conduxisse. Ita Fundum de aliquo. 1. uol. orat. 303. Qui colonus habuit conductum de Cesennia fundum. Fortasse ita ad homines transtulit Ci. 2. uolu. orat. 222.. Hæc cum ita sint in re, ubi crimen est? ubi accusator? ubi testes? quid indignius? quàm qui neq; adesse sit iussus, neq; citatus, neq; accusatus, de eius capite, liberis, fortunis omnibus conductos, & sicarios, & perditos suffragium ferre? & eam legem putare? Item Cæs. 19. Ab nõnullis etiã, quòd in Gallia à potentioribus, atq; ijs qui ad cõducendos homines facultates habeban, tuulgò regna occupabantur. Item Cæs. 55.. Magnam manum Germanorum cõductam Rhenum trãsmisit. Dicta ad fallaciam. Pl. 206. Fac modo ut conducta tibi sint dicta ad hanc fallaciam, nisi sint undequaq; dicta adducta ad fallaciã. Aliq. faciendum. 2 uo. phil. 118. Qui colũnam illam de Cotta, & de Torquato conduxerat faciendam.

Conduplicare. Corpora. Plaut. 197. Ac etiã si lubet corpora conduplicãt. Aliq. alicui. Ter. 133,. Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris conduplicabit.

Conferre

Conferre. Est proprie unà simul ferre, sed cum trãsfertur plures etiam recipit significationes. Aliquò aliq. in famil. 174. Meumq; iter eò cõtuli. Ita Brunduſiũ. Att. 40. Animum aliquò. Ter. 59. Illi suum animũ aliò conferunt. Ad aliq. se. Att. 98. Confer te ad eam curã. Ad arbitrium. in fa. 17. Id omne ad arbitrium tuum, qui hæc semper amasti libentißime conferemus. Ad amicitiam. in fa. 207.. Ad amicitiam se meam contulit: id est, uenit. Ad amplitudinem. in famil. 144. Vt omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiã ad amplitudinẽ tuã conferamus: id est, adhibeamus. Ad autoritatem alic. se. 1. uolu. phil. 3. Ad unius se autoritatem contulerunt. Ad comparationem aliq. uide obliuionem. Ad compendium uerba. Pl. 155.. Proin Palæstrio quàm potes, tam uerba confer maxime ad compendium. Ad obliuionem. 2. uol. or. 25. Mithridates autem omne reliquum tempus non ad obliuionem ueteris belli, sed ad comparationem noui contulit. Ad philosophiam. in famil. 48. Omnem meam curam, atque operam ad philosophiam contulisse. Ad rem uerba. uide uerba. Beneuolentiam suam erga aliq. in famil. 146. Ita commemoratio tua paternæ necessitudinis, beneuolentiæq; eius, quam erga me à pueritia contulisses &c. Capita. 1. uol. orat. 154. Conferrent boni uiri capita: id est, unà coniungerent: à gestu qui fit, cum aut nouum, aut secreto aliq. colloquimur, caput enim omnes qui adsumus conferimus. Castra castris. Cæs. 213.. Castra castris confert: id est, aduersum castra metitur. Item. 2. uol. phil. 132. Consilia. Ter. 69.. Syrus cum illo uestro consusurrat, conferunt cõsilia: id est, consultant. Contra uim aliquid. 3. uol. orat. 101.. Etsi contra uim collata sunt. Cum aliquo aliq. de offic. 40.. In primisq; ut habeas, quibus cum possis familiares conferre sermones. nunc est communicare. Cum Cæsare. Att. 25.. Quare si quid θεοφάνεις tecum forte contulerit, ne omnino repudiaris

diaris: id est, tecum communicabit, te consulet. Manum cum aliquo. uide cũ aliquo. Cum aliquo aliq. 1. uo. or. Qui cum M. Fonteio ferrum, & manum contulisset, nũc est manum conserere. Ferrum. uide manum. Cum aliqua re. in fa. 24.. Cum una mehercule ambulatiuncula, atq; uno sermone nostro omnis fructus prouinciæ non confero: id est, comparo. Cum externis. 2. uol. ph. 27.. Etsi conferre uolumus nostra cum externis. In commune aliq. 2. uo. orat. 2.. Posteaquam nescio quid impendit, & in cõmune contulit. Item. 1. uol. orat. 138. Est quod proprium sit, permittere ut cõmune fiat. In diem. Cæs. 14. Itaq; se quod in longiorem diem collaturus esset. Ita In mensem. Att. 89. Quæ omnia in Martium mensem sunt collata: id est, dilata. In tempus. in orat. lib. 164.. Scitum est enim causam conferre in tempus. In fidem. uide in clientelam. est eius fide sustineri. In clientelam se alic. 1. uol. orat. 36. Ac se in Chrysogoni fidem, & clientelam se contulerunt. est se illi maxime commendare. In fugam se. 1. uolumi. orat. 289. Eodem tempore se in fugam conferunt unà amici, aduocatiq; eius metu perterriti. In pedes se. Pl. 103. Me continuo contuli protinam in pedes. In discrimen aliq. in famil. 21.. In ipsum discrimen rerum contulisti tribunatum tuum. In nauim se. Att. 115.. Nisi in nauim se contulerit. In libidinem. 3. uol. orat. 130. Nihil ullam in libidinem contulisti: id est, consumpsisti. In pauca. 1. uolu. orat. 287. Vt in pauca conferam. Pl. 20.. Nunc uerba in pauca conferam. ut in compendium uerba. In quæstum aliq. uide uocem. In societatem. in famil. 208. Deinde quod mature se contulit in societatem publicanorum. In tranquillum. Pl. 7. Eam seditionem illi in tranquillum conferet: id est, sedabit. Hinc ordo conuertitur. Non enim in quod confert, sed quod confertur, præponetur. Crimen in aliq. 1. uol. orat. 47.. Sic refreuens falsum crimen in purissimam & castissimã uitam collatũ statim concidit

concidit, & extinguitur. Culpam in aliq. Att. 135. In me conferre omnẽ illorũ temporum culpam. Disputationem in aliq. Att. 63.. Hanc ego de Rep. quã institui disputationem, in Africani personam & Phyli, & Pæti, & Manilij contuli: id est, hos uiros loquentes induxi. Pecuniam in aliq. de off. 71. Nisi forte eam pecuniam in Reip. magnum aliquod tempus contulerit: id est, reseruarit. Benignitatem in aliq. de off. 10.. Ita in eum benignitatis plurimũ cõferetur. Vim in aliq. in fa. 10. In te potissimum fractam illam, & debilitatam uim suã contulit. Suspitionem in aliq. 1. uol. orat. 35. Audio præterea non hanc suspitionem nunc primum in captionẽ conferri. Maledicta in aliq. Att. 175.. Omnia in me maledicta cõferre. Studia sua in aliq. Att. 2. Cum is omnia sua studia & officia in me cõtulisset. Operam. uide studium. Timorem suum in aliq. Cæs. 14. Qui suum timorem in rei frumentariæ simulationem, angustiasq; itineris conferrent: id est, causam timoris sui eam afferrent. Vocem in quæstum. 1. uolu. orat. 2.. Vocem in quæstum contulit. Inter nos. Att. 19.. Coràm inter nos conferemus. Pedem. Non possum magis conferre pedem (ut aiunt) ut proprius accedam: id est, penetrare. Rationes. Att. 83. Quid opus est inquam potius, quàm rationes conferatis? Signa. 2. uolu. orat. 128. Qui in legatione duxit exercitum, signa contulit manum conseruit. Item. 16. Item Cæs. 77.. Similitudinem conferemus. Solicitudines inter se. in familiar. 93.. Interq; nos conferre solicitudines nostras: id est, communicare. Verba ad rem. Ter. 41.. Verum enim si ad rem conferantur, uerba scilicet: id est, si quod minatur, exequi uolet. Cum gerundijs ad locum. se ad scribendum. in orat. lib. 58. Item cũ supinis, ut dormitum. in famil. 143. Tranquillo animo aliquid. Att. 32.. Sed conferamus tranquillo animo. Item. 107. Id est, patiamur.

Conficere. Modo est ad rei internitionem, modo absolutionem

nem ſpectat, quam differentiam nos quoq; in exemplis adducen dis ſecuti ſumus. **Rationes** alicuius. Pl. 53. Quia me meāq; rem, quod in te uno fuit, tuis ſceleſtis falſidicis fallacijs dilacera uiſti, deartuaſtiq; opes, conficiſti omnes res, atq; rationes meas: id eſt, occidiſti, perdidiſti quicquid excogitaueram ad hanc rem conficiendam. **Diuinam** uim. eodem modo. 2. uol. phil. 131. Quæ quo tandem modo euanuit? uetuſtate inquies, quæ uetu ſtas eſt, quæ uim diuinam conficere poſſit? Item. 5. **Orna mentum**. 3. uol. orat. 24.. Cuius ille ordinis nomen retinet, ornamenta confecit: id eſt, perdidit, amiſit. **Patrimonium**. 1. uol. or. 163. Qui patrimonium ſatis lautum, quod hic nobiſcū conficere potuit, Græcorum conuiuijs maluit diſſipare. Ita **Pe cuniam**. Att. 163.. Vt eam pecuniam, quam confecerat. **Opus**. 3. uolu. orat. 132. Nihil eſt enim opere aut manu fa ctum, quod aliquando non conficiat, & conſumat uetuſtas. **Rem** ſuam. 2. uolu. orat. 206. Qui cum ſuam rem non mi nus ſtrenue, quàm publicam confeciſſet. **Aliquem**. 3. uolu. orat. 108. Qui me ad regiam penè confecit. Item. 1. uo. or. 281. Excitandus Cn. Domitius, & maxime qui rationem Alobro gum, & reliquias ſuis iterum armis conficiat. **Quædam** per paßiuū cū ſuis ablatiuis. **Curis**. in fa. 56.. Tamĕ nihilomi nus ijs cōficior curis. **Aetate**. Sal. 28.. Sed ipſe paucos poſt annos morbo, atq; ætate cōfectus, cū ſibi finĕ uitæ adeſſe intelli geret &c. **Fame** aliq. de offic. 57.. Si fame ipſe cōficiatur. **Morbo**. Sal. 28.. Vide ætatĕ. **Dolore**. Att. 40. Maximo do lore cōficior. **Senio**. 3. uo. or. 105. Luget ſenatus, mœret eq̄ſter ordo, tota ciuitas cōfecta ſenio eſt. **Senectute**. 3. uo. orat. 97. Quĕ necaſti uerberib. ſūma ſenectute cōfectū. i. affecta iā ætate.

Conficere. Modo p abſoluere. ut **Rem**. Att. 15.. Neq; adhuc res eſt confecta, ſed uoluntas ſenatus proſpecta. **Abſolutio nem**. 2. uolu. orat. 33. In conſilium erant iudices ituri trigin ta, & duo, ſententijs decem, & ſex abſolutio confici poterat.

Bellum

Bellum. in fam. 66. Nam ſi hoc expectandum ſit, dum totum bellum conficiam. Item. 3. uol. or. 258. **Bibliothecam**. Att. 4.. Et quemadmodum bibliothecam nobis conficere poßis. **Ar gentum** alic. Ter. 141.. Ne cum hic non uideant me confice re credant argentum ſuum. **Pecuniam**. 1. uol. or. 104. Ne gat illa poſſe hominem exorari, per magnam eum dicere ex illa re pecuniam confici poſſe. uulgò poterſi far un bel denaro. Item. 2. uol. orat. 150. Duæ rationes conficiendæ pecuniæ, aut uerſura, aut tributo: ut cum eadem uoce ambas uerbi ſignifica tiones rectè conuenire uideas. nam nunc eſt comparare, ſuprà uerò malè abſumere. **Centum** annos. in or. 214. Propè enim centum confecit annos: id eſt, impleuit. **Curriculum** ui uendi. 2. uol. ph. 202.. Qui rectè, & honeſtè curriculum uiuen di à natura datū confecerit. **Curſum**. 3. uol. or. 45. Omnemq; uitæ ſuæ curſum in labore corporis, atq; in animi contentione conficeret. Item. 2. uol. orat. 10. Ita **De nauigatione**. Att. 74. Hinc Syrum, deinde Delum, utroq; citius, quàm uellemus, curſum confecimus. **Centurias**. in fa. 175.. Mitte ad Lupum noſtrum, ut is nobis eas centurias conficiat. **Eſcam**. 2. uol. ph. 53. Eorum aduerſi acuti morſu diuidunt eſcas, infimi autem conficiunt: id eſt, tritas reddunt, de dentibus enim agit. **Aeſti ua**. in fa. 40. Aeſtiuisq; confectis. Item Att. 81. **Famam** alic. in or. lib. 188. Sed tamen ſuauitas uocis, & lenis appellatio lite rarum bene loquendi famam confecerat. **Hortos** alic. Att. 198. Itaq; hortos mihi conficias, neceſſe eſt: id eſt, quod agis de hortis. **Iter**. Att. 75.. Nunc iter conficiebam æſtuoſa & pulue rulenta uia. Item Cæſ. 182. Att. 61.. **In ordinem** rationes, ſi ue tabulas. 2. uol. orat. 46. Illæ in ordinem confectæ. **In leges** alicuius aliquid. Ter. 73.. Nanq; adoleſcēs quàm maximè in ſpe ſitus erit, facilimè bonis patris pacem in leges conficiet ſuas: id eſt, uti uolet pater. **Librum**. de off. 77. Mihiq; quidem ita iu cunda huius libri confectio fuit. **Mandatum**. Att. 75.. Si

l quæ

quæ tibi mandauimus, confeceris. Item.3.. Mille paßus, & paßuum. Att.66. Vt mille paßuum conficiatur: id eſt, circuitu mille ſint paßus. Negotium. Att.79.. Incolumi exercitu negotium confecimus. Item Att.13.. Nomina. Att.71.. Illud tamen non deſinam, dum adeſſe putabo, de Cæſaris nomine rogare, ut confectum relinquas. Nuptias. Ter.128. Bonas me abſente hic confeciſtis nuptias. Pactiones. Att.75. Et eò facilius quòd in noſtra prouincia confectæ ſunt pactiones. Item 75.. Deinde confectæ pactiones publicanorum. Prandium. Pl.136. Pallam ad Phrigionem fert confecto prandio, uinóque epoto, paraſito excluſo foras. Prouinciam. 2.uol.or.9. Plura bella geßit, quàm cæteri legerunt: plures prouincias confecit, quàm alij cõcupiuerunt. Profeſsionem. in fa.265.. Tu uerò confice profeßionem, ſi potes. 2.uol.orat.177. At non eſt profeßus. uide in profiteri. Pretium rei. 1.uol.or.9. De quo homine præconis uox prædicat, & pretium conficit. Rationes. Att.96. Vti cõfectas rationes lege Iulia apud duas cuitates poßim relinquere. Item Ter.123. Reditum. in fa.132. Reditum, ſi me tantũ amas, quantum certe amas, hominibus confice. Solicitudinem. Ter.15.. Quantasq; hic ſuis conſilijs mihi cõfecit ſolicitudines: id eſt, cõparauit. Significationẽ rei. ad Her.28.. Quæ conficit ſignificationẽ doloris: id eſt, perficit. Spatium. Cæſ.36. Incredibili celeritate magno ſpatio paucis diebus cõfecto. Fatalem ſummam. de off.127. Circuitu naturali ſummã tibi fatalem cõfecerint. Tabulas. 1.uol.or.156. Inſpiciebamus Syracuſis à Carpinatio confectas tabulas ſocietatis. Item in or.lib.117. 3.uol.or.40. uulgò ſaldare li conti. Tributum. 2.uol.or.150. Nec tabulæ creditoris proferuntur, nec tributi confectio ulla recitatur. Virginem. Ter.46. Virginem quam amat, eam confeci ſine moleſtia: id eſt, ut amator ea potiretur, effeci. Vigiliam. Cæſ.94.. Et prima confecta uigilia. Voluptates. 1.uol.ph.89. Quàm præſtãtiſſimus fuiſſet

fuiſſet in conficiendis uoluptatibus. Victoriam. 3.uol.orat.258.. Reditum ad ueſtitum confectæ uictoriæ reſeruatæ.

Confidere. De hoc uerbo Cic. 1.uol.ph.193. ita ait: Qui fortis eſt, idẽ eſt fidens, quoniã cõfidens mala cõſuetudine loquẽdi in uitio ponitur. ductum uerbũ à cõfidendo, quod laudis eſt: ut ex Cic. uerbis confidere laudis ſit, cõfidens uerò, & confidẽtia ab ipſo uerbo facta in uitio ponãtur: & rei, & aliqua re aliq. confidere dicimus. Arcæ. Att.5. Ne dubites mittere, & arcæ noſtræ cõfidito: id eſt, diſſoluam pro eis. Cauſæ. 1.uol.ph.55. Nõ exiſtimãt oportere nimiũ nos cauſæ confidere. Animo, ſpe. 219. Cæſ. Tñ non deterrebãtur, animo, & ſpe confidebant.

Confieri aliq. Att.142. Vt per te res tota confieret.

Configere. Figere propriè eſt, quod uulgò dicitur ficcar. quẽadmodum claui, ſagittæ, & cætera id genus, quæ quia maximè illi rei adhærẽt, in qua cõfixa ſunt, ideo pro uehementi ui quicquid illud ſit, de quo agatur, poni uidebis: id quod etiã euenit in confingere, defigere, & cæteris ab eo cõpoſitis. Aliquid in aliq. re. 3.uol.or.210. Hunc ipſum mihi hominem familiariſſimum, niſi talis cõſul eſſet, ut omnes uigilias, curas, cogitationes in Reip. ſalute configeret, conſulem nõ putarem. Curas, uigilias. uide, cogitationes. Aliquem ſententijs. 3.uol.or.243. Diffidebant etiam Seruilio, meminerãt eius ſententijs confixum Antonium. Oculos cornicum. 2.uol.or.129. Inuentus eſt ſcriba quidam Cn. Flauius qui cornicum oculos confixerit.

Confingere aliq. 1.uol.or.278. Sed ego ita exiſtimo, quò maius crimen ſit id, quod oſtendatur eſſe falſum, hoc maiorem ab eo iniuriam fieri, qui id confingat.

Confirmare, eſt omnino quid ſtabilius reddere, taḿque mala, quàm bona confirmantur. & dicimus confirmare aliq. ad aliquid, & alicui, & in aliqua re. Amicitiam. in famil.32. Et re uera confirmata amicitia, commemoratio officiorum ſuperuacanea eſt. Item Cæſar.1.. Aetatem. in familiaribus.

144.. Confirmata iam ætate. **Castellum.** Cæs.201. Alexandrini eo loco castellum magnis munitionibus, multisq; tormentis cõfirmarunt. **Consilium.** 1.uol.or.148. Quam sibi nondum confirmato consilio, sed incunte ætate susceperat. **Ingenium.** de off.110. Omnino amicitiæ corroboratis, confirmatisq; ingenijs, & ætatibus iudicandæ sunt. **Manum.** 2.uol.or.8.. Mithridates autem & suam manum iam confirmarat. **Opes** alicuius. Att.62.. Cæsaris omnes opes confirmarunt. **Pacem.** 3.uol.or.153. Pax deniq; per eum & per liberos eius cum præstantissimis ciuibus confirmata est. Item Cæs.1.. **Profectionem** lege. Cæs.1.. In tertium annum profectionem lege confirmant. **Se aliq.** 1.uol.orat.7. Sæpe, ut fit, cum ipse te confirmasses. Item in fa.18.. **Spem.** 2.uol.or.66. Neq; uti reliqui temporis spem cõfirmet. **Ad aliq.** Att.69. Cõfirmaui ad eam causam etiam Furnium nostrum. **Ad uoluntatẽ** alic. in fa.9. Veruntamen ipse me confirmo ad eius uoluntatem. Ita **Ad omnia.** 2.uol.or.36. Ego enim me ad omnia confirmaui. **Alicui** rei aliq. Cæs.123.. Gladiatoresq; quos ibi Cæsar in ludo habebat, in forum productos, Lentulus libertati cõfirmat, atq; ijs equos attribuit. **Incommodum.** 2.uolum.or.295. Mihi credite, hoc in uno incommodum cõfirmatum, multorum infirmabit incommoditatem. **Periurium.** 1.uol.or.204. Vt quàm minimum dem illis temporis ad meditandum, confirmandumq; periurium.

Conflagrare aliqua re aliq. 1.uol.or.108. Nam qua inuidia C. Iunius conflagrarit, ea, nisi prouidisses, tibi ipsi tum pereundum fuisset.

Conflare, ut nũc omittam, quod propriè simul flare significet: tantumq; agam, quid sit, cum transfertur. modò comparare significat. interdum contrahere: aliquando conficere. aliàs aliud, ut in exemplis. **Honestum** ex re aliqua. de off.4. Quibus ex rebus conflatur, & efficitur id, quod quærimus, honestum.

Accusationem. 1.uol.or.132. Quæ illam totam accusationem iudicium q; conflarat. **Aes alienum.** Sall.5. Quibus aes alienũ grande conflauerat. Item.9. **Aes pecore.** de re Rust.43.. Et quòd æs antiquissimum quod conflatum pecore, pecore est notatum: id est, quia confectum ex pecore: unde pecunia. **Catenas** scelerum. Sallust.133.. Aut quas catenas scelerum conflarit uobis, ac facultatibus uestris. **Consensum.** 3.uol.or.142.. Quis est qui horum consensum conspirantem, & penè conflatum, in hac propè æqualitate fraterna non nouerit? **Conspirationem.** 2.uol.or.194. Et quoniam animaduertistis illam conspirationem conflatam ita esse restinctam &c. **Crimen** in se. 1.uol.or.123.. Quod in se tantum crimen inuidiamq; conflarit. **Exercitum.** 3.uol.or.194. Ille cum exercitum nullum haberet, repente conflauit. **Infamiam.** 2.uol.or.34. Summam illi inuidiam, infamiamq; esse conflatam. **Iniuriam.** 1.uol.or.18.. Iniuriam nouo scelere conflatam oportere defendi. **Inuidiam** alic. uide, infamiam. Item Sall.17. **Iudicium.** 1.uol.or.19.. Eius rei, quæ conflauit hoc iudicium. Item 332. **Mendacium.** 1.uol.or.53. Vnde hoc totum conflatum est mendacium. **Pactiones.** 2.uol.or.253. Nefarias cum multis scelerum pactiones, societatesq; conflauit. **Pecuniam.** 3.uol.orat.18. Quæ ratio, aut auferendæ, aut conflandæ pecuniæ non reperiebatur: id est, conficiendæ. **Periculum.** 2.uol.or.169. Quibus ipsis periculum tum conflari putabatur. **Scelus.** Sall.173.. Qui tantum scelerum ingenio conflauisset. **Seditionem.** 2.uol.or.38. In exercitu seditionem esse conflatam. **Societates.** uide, pactiones. **Suspicionem.** ad Her.7.. Nam quiuis horũ sensus potest conflare suspicionẽ. **Tumultũ.** 2.uol.or.169.. Primum cõflato gladiatorũ ac fugitiuorũ tumultu.

Conflictari cum aliq. Ter.2. Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi: id est, qui assiduè cum aliquo est. Don. ait.

Conflictari passiuum à confligo. Cæs.225. Quare Cæsariani

graui annona sunt conflictati.

Confligere cum aliquo. Cæs.145.. Vt rursus cum Bruti classe additis suis auxilijs confligant. Ita **Manu** cum hoste. de offic. 16. Et manu cum hoste confligere. **Naues.** Cæs.146.. Illæ adeò grauiter inter se incitatæ conflixerunt. **Leuiore** actione. 1.uol.or.286. Potuisti enim leuiore actione cõfligere &c. in fa.90. A' quibus se putat diuturnioribus esse molestijs conflictũ.

Confore. Ter.3. Et spero confore: id est, perfici: Don.ait.

Conformare aliq.1.uol.phil.107. Quarum cum una sit, qua mores conformare putantur. **Orationem.** in orat.lib.86. Et ipsa oratio conformãda non solum electione, sed etiam constructione uerborũ. **Verba.** in or.lib.97. Tum ipsa collocatio, cõformatioq; uerborũ perficitur in scribendo non poëtico &c.

Confricare. Et refricare, & confricare ad malũ maximè pertinent: & possunt exponi exacerbare, renouare, molestare. **Aliq.** Tir.Ci.lib.apud Gell.103. Sensusq; eorum expectatione causæ suspensos, rigentesq; honorificis, uerecundisq; sententijs cõmulcere, nõ iniurijs, atq; imperiosis cõminationibus confricare: id est, exacerbare. **Res** secundas. Cato apud Gell.103. Quod nostras secundas res confricent: id est, insectentur.

Confugere aliquò, est eò auxilium petitum uenire. & dicimus ad aliq. & in aliq. **Ad pecuniam.** 2.uol.or.41.. Quibus cognitis nemo uestrum mirabitur, illum diffidentem rebus suis, ad Stalenum, atque ad pecuniam confugisse. **Ad Senatum.** Att.296. Confugerunt ad Senatum, nobis ut potius uectigal, quàm Rhodijs penderent. **In fidem, in ueritatem, in misericordiam.** 1.uol.or. Cum tot tantisq; difficultatibus affectus atq; afflictus in tuam C. Aquili fidem, ueritatem, misericordiamq; P. Quintius confugerit. Ita **In agros** alic. Att.47. Ex quibus statim in tuos agros confugiam.

Confutare. Futare, arguere est: unde confutare, coarguere, ait Sex. **Aliq.** aliqua re. Ter.132. Confutauit uerbis ad modum iratum

iratum patrem: id est, conuicit, Don. & Non. testibus.

Congelare. Vide quædam ad conglaciare. **Aliquem** otio. in fa.25. Erat in eadem epistola ueternus ciuitatis: gaudebam sanè, & congelasse nostrum amicum lætabar otio.

Congerere, habet multarum rerum in unum coniectionem. **Maledicta** in aliq.3.uol.or.186. At quamprimum in Cæsarem maledicta congesit, deprompta ex recordatione impudicitiæ, & stuprorum suorum. **Pecuniam.** 2.uol.or.166.. Neq; solum commentarijs commentitijs, chirographisq; uenalibus innumerabilis pecunia cõgesta in illam domum est &c. **Vim** auri atq; argenti, res pulcherrimas. 2.uol.or.8. Sic Mithridates fugiens maximam uim auri, atq; argenti, pulcherrimarumq; rerum omnium, quas & à maioribus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia direptas, in suum regnum congesserat.

Conglaciare. Vt à gelu gelare, unde cõgelare: ita à glacie glaciare, unde conglaciare, quæ utraque rectè ad eos, qui prorsus otium agunt, ac frustra sunt, transferri uidemus: ut contrà eos, qui assidui sunt in opere agendo, ardere, & opus ipsum feruere dicimus. **Tribunatum** alic. in famil.115.. Curioni nostro Tribunatus conglaciat: id est, prorsus nihil agit Curio.

Conglobare milites. Sall.67.. Equites Mauri atq; Getuli non acie, neq; ullo more prælij, sed cateruatim, uti quosq; sors conglobauerat, in nostros cõcurrunt: id est, incõpositè cõiunxerat.

Cõglutinare. Cõiũctionẽ arctissimã significat uerbũ. dicimus uerò cõglutinare aliq. aliqua re, & ex aliqua re. **Amicitias.** de off.102. Nã si utilitas amicitias cõglutinaret, eadẽ cõmutata dissolueret. Itẽ Att.106.. Qd' & tu soles cõglutinare amicitias testimonijs tuis. **Amores** meretricios nuptijs. Ter.21. Ac meretricios amores nuptijs cõglutias. i. nuptias cõponis meretricias. **Vitiũ** animi cũ aliq. ad Her.6.. Ita poterit animi uitiũ cũ causa peccati cõglutiare. **Cõcordiã.** Att.15. Tueor ut possit illã à me cõglutinatã cõcordiã. **Volũtates** consuetudine. in

famil.181. Tuus deinde discessus, isq; diuturnus, ambitio nostra,& uitæ dissimilitudo,non est passa uoluntates nostras consuetudine conglutinari: id est,arctius colligari. Ex aliqua re aliq.3.uol.orat.189. Quid est in Antonio præter libidinem, crudelitatem, petulantiam,audaciam? ex his tot conglutinatus est: id est,compositus,factus.

Congratulari alicui. 3.uol.orat.37. Mihi denique homines præcipuè congratulabantur.

Congredi cum aliquo. Att.30. Et cum eo,ut res indicat, sæpe congressus est: id est,egit,locutus est.

Congregare aliq.cum aliquo. 2.uol.or.85. Atq; ibi se cum patruo tuo,& cæteris ad mortem propter uitæ turpitudinẽ confugientibus,congregare. Item.1.uol.or.9.. Qui cum te aut uoluntas congregasset,aut fortuna coniunxisset.

Congruere, est conuenire: & dicimus aliq. congruere alic. cum aliquo,& aliquos inter se. Aliq.alic.Ter. Mulier mulieri magis congruet. Commodum alic. 48.. Cui tam subito tot congruerint commoda. Cum aliquo aliq.de off.101. Si aliquem nacti simus cuius cum moribus, & natura congruamus &c. Item.1.uol.ph.85.. Quanquàm ea cum sententia eius philosophi nullo modo congruebat. Inter se aliquos. Terent. 61.. Ne nos inter nos congruere sentiant. Item Sallust.89..

Conijcere. Duo uerbum hoc significat: alterum, idem quod facere coniecturam, alterum uiolenter impellere,inijcere: sed exemplis uti etiam ad diuersa in posteriori significatione aptè se accommodet,facilius cognosci poterit. superioris autem constructio est, aut aliq.aut de aliquo conijcere: posterioris semper cum præpositione in,posita, uel quæ poni possit, usurpari uidebis.in or.lib.147.. Quî adduci possumus (de me enim conijcio) relictis ut rebus omnibus te sectemur? Terent.52. Annos LX. natus es,aut plus eo,ut conijcio. Coniecta. 2.uol.ph. 104.. Malè coniecta,maleq; interpretata.

Conijcere

Conijcere causam in aliquem. Cæs.210. In gregem locupletium simultatum causæ tenues conijciebantur. Culpam in aliq. Cæs.44.. Tunc facto prælio remiserunt,& in petenda pace eius rei culpam in multitudinem coniecerunt. est causam & culpam alij assignare. Crimen in aliq. 2.uol.or.141.. Hæc omnia sectatorum,spectaculorum,prandiorum. Item crimina à multitudine in tuam nimiam diligentiam serui coniecta sunt: id est,diligenter à te de illis criminibus mentio facta est. In carcerem.1.uol.or.250. Quos in carcerem antea coniecerat. In collum aliq.Pl.54. Conijciam in collum pallium. In latebras se.2.uol.ph.117.. Sed te mirificam in latebram conieci sti. In uincula alic. Cæs.31.Item.3.uol.or.147.. Item Sall. 14.. In lautumias.1.uol.or.265. In lautumias statim conijciebantur. In equuleum.1.uol.ph.230. Hæc etiam in equuleum cõijciuntur.in or.lib.81. Sed modò culeus, modò equuleus legitur. In castra hostium se.in fam.138.. Et in Epicuri nos aduersarij nostri castra cõiecimus. In familiam se alienam. 3.uol.or.4.. Itaque C. Marcellum,cum is non solum Capuam uenisset, uerumetiam se quasi armorum studio in maximam familiam coniecisset, exterminandum cum illa urbe curauit. In intimum se.3.uol.orat.50.. Nam si essent in uestibulo balnearum non laterent,sin se in intimum conijcere uellent,nec satis cõmodè calceati,& uestiti, id facere possent. In librum aliq. Att.255.. Itaque iam in Tusculano, qui non meminissem me abusum isto proœmio, conieci id in eum librum, quem tibi misi. In lætitiam aliq.Ter.57. Syre mi obsecro ne me in lætitiam frustra conijcias. In fugam aliq.Cæs.25.Redintegrato prælio in fugam cõiecerunt.Item.191. Et in fugam se.1.uol. or.51.Atq; illo repentino hominum impetu, se in fugam conieciisse. In noctem aliq.Cæs.167..Nostræ naues duæ tardius cursu confecto in noctem coniectæ.Item.3.uol.or.121. In nuptias aliq. Terent.14. In nuptias conieci herilem filium. In

ordinem *aliq.3.uol.or.100. Nulli conijciantur in illum ordinem.* In perturbationem *aliq.in fa.183. Resp.iacet in his perturbationibus,in quas eam ille coniecit.* In terrorem *aliq.Cæs.223. Omnium tamen animi in terrorem coniecti, & maximè tyronum.* In ultimam *prouinciam se. Att.76.. Appius,ut audiuit nos uenire, in ultimam prouinciam se coniecit.* Ignes. *Att.56. Et fratris domus primo fracta coniectu lapidum ex area nostra,deinde inflammata iussu Clodij,inspectante urbe, coniectis ignibus &c.* Intro *se. 57. Hæc ubi aperuit ostiũ,cõtinuò hic se cõiecit intrò.* Oculos *in ali. Att.378. Nã cum in te non solũ exercitus tui,sed omniũ ciuiũ,ac penè gẽtiũ cõiecti oculi sint.in or.li.163.* Palliũ *in collũ.uide,in collũ.* Pila *in fa.162.. Antoniani me insequi, nostri pila conijcere uelle.* Sortẽ *3.uo.or.140. Tuberonis sors cõiecta est. 1.uol.or.134. Tot in hydriã sortes cõijcerẽtur.* Petitionẽ *2.uol.or.110. Qd'ego tuas petitiones ita coniectas,ut uitari posse uiderentur.*

Coniungere, *est simul iungere: & aliq.cum aliquo aliqua re coniungimus.3.uol.or.78. Siue iratus mihi,quòd me secum ne beneficijs quidem uidebat posse coniungi. Item in or.lib.189. Qui fuit cum Sicinio ætate cõiunctus.* Amicitiam. *Sall.59.. Habere tum magnam copiam societatis, amicitiæq; coniungendæ.* Sententias. *1.uol.or.233.. Postea decernitur, ac non uariè,sed propè coniunctis sententijs : id est,propè omnibus sententijs.* Necessitudinem. *1.uol.or.233. Qui cum accusatore tuo satis iustam causam coniungendæ necessitudinis putant.* Bellum. *2.uol.or.9. Quantum illud bellum factum putetis, quod coniungant reges potentißimi.* Causam *cum causa.in fa.46.. Quod existimas meam causam cõiunctam esse cum tua.* Consilium *cum consilio.in fa.47. In quo non sit coniunctum consilium meum cum tuo : id est, si in quo dissentimus.* Cum *collega.in fa.157. Et ego interea cum collega cõiungerem.* Cum *laude alic.3.uol.83.. Quem ego ciuem meo iudicio cum deorum immortalium laude coniungo.* Epistolam *cum epistola.in fa.109.. Ad eum de te diligentißimè scripsi, eamq; epistolã cum hac coniunxi.* Salutẽ *cum salute.2.uol.or.205. Nunq̃ dubitastis meam salutem cum cõmuni salute cõiungere.*

Coniurare, *est multos in aliquod facinus conspirare. nam sæpius de malo est,ut conspirare crebrius de bono.interdũ etiam pro iurare.* Contra *aliquem.Sall.6.. Sed antea item coniurare pauci contra* Remp. Conceptis *uerbis. P.Africanus apud Gell.111. Age malitiam saltem defende,tu uerbis conceptis coniurasti sciens,scienti animo tuo:id est,iurasti.*

Conniuere. *Si mihi liceat uerbi etymologiam sequi,dico uerbum uideri factum à niue,cuius candore,qui eam obtuuntur,uisu ita perturbantur,ut uideantur non uidere,propterea ita Anaxagoras niuem nigram appellauit:quem Cic.ad Q. fratrẽ imitatus,illam atram dixit : non quòd nix suapte natura atra sit, quæ longè candorem omnem superat, sed quia suo ipsius candore aciem oculorum præstringit. cõniuere igitur erit non uidere,quòd uideas,seu uisum dißimulare,oculos claudere.2.uol. or.256. Videant ij,qui illum Cn.Pompeio inimicum esse gaudebant,ob eamq; causam in tot tantisq; sceleribus conniuebant. Item.3.uol.or.450. Cur interdum in hominum sceleribus aut conniuetis, aut præsentis fraudis pœnas in diem reseruatis? Pl. 125.. Specta qua arte dormiunt.* TE. *dormiunt?* TR. *Illæ quidem,ut conniuent,uolui dicere. Item.1.uol.ph.174. Et ita conniuentem somno consopiri sempiterno.*

Conquassare *aliquid. Apulia que maximis terræmotibus conquassata esset.*

Conquiescere *aliquid. 2.uolum.orationum.6. Etiam si irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agri cultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit.* Vectigalia. *2.uolum.orat.64.. Non dico solum hoc in Republica uectigal esse, quod amißis alijs remaneat, intermißis non*

conquie

conquiescat,in pace niteat,in bello non absolescat &c.

Consalutare aliquos inter se.in orat.lib.109.. Qui cum inter se,ut ipsorum usus ferebat,amicissimè consalutauissent &c.

Conscendere aliq. in fa.40..Conscendens iam nauem Ephe so,Laodiceam reuertit.Item in fa.192..Att.253.

Conscindere aliq.re aliq. Terent.39. Vestem omnem miserè discidit,tum ipsam capillo conscidit.

Conscire aliq.Att.285. Nisi postquàm illud conscium facinus.

Conscíscere de morte quam quis sibi afferat,tantum ueteres, quod uiderim,hoc uerbo sunt usi. **Letum.** Pl.161..Si impe trare non quibo,cõscíscam letum. **Mortem.**in fa.97.Aut ca piẽdus tanquàm exilio locus, aut conscíscenda mors uolũtaria.

Conscribere aliq.Cæs.120.Nõ oportere ante de Rep.ad Se natum referri, quàm delectus tota Italia habiti, & exercitus conscripti essent. **Literas.** Cæs.220. Itaque data facultate literas conscribit.

Consecrare, est dicare,sacrũ facere:quod etsi de dijs tantum uideri debet,transfertur tamen. **Templum.** 1.uol.or.215.. Tui nominis æterna memoria simul cum templo illo consecra tur. **Aram.** 2.uol.or.241.. Etenim si nemo unquam prædo tam barbarus,atq; immanis fuit,qui cum fana spoliasset, deinde aram aliquam in littore deserto somnijs stimulatus,aut religio ne aliqua cõsecraret.**Statuam.**Cæs.151..Itẽ Trallib.in tem plo Victoriæ,ubi Cæsari statuam consecrauerunt.**Candela brum.** 1.uol.or.215. Id etsi antea iam mente, & cogitatione sua,fratrisq; sui cõsecratum esset. **Homines.**2.uol.ph.175. Quod autem ex hominũ genere consecratos, sicut Herculem, & cæteros,coli lex iubet.Ita **Mentem,Pietatem,Vir tutem,Fidem.** 175. Bene uerò,quòd mens,pietas,uirtus, fides consecratur manu. **Virtutes.**uide,collocare in nume rum Deorum. **Memoriam** nominis alic.Att.249..Præser tim cum amplissimis monimẽtis consecrare uoluisses memoriam nominis

nominis tui.**Memoriæ** sempiternæ aliq.Sall.133.Ac sempi ternæ hominũ memoriæ consecrandos. **Literis** ali.1.uol.ph. 230.Cuius multiplex ratio disputandi,rerumq; uarietas,& in genij magnitudo, Platonis memoria, & literis consecrata est. **Ad immortalitatem** ali.3.uol.or.117. Propè ad immorta litatem,& religionẽ & memoriã consecrantur. **Artem** ali. 1.uol.ph.190. Ars eius,atq; utilitas deorũ immortaliũ inuẽtioni consecrata. **Vtilitatẽ** alic.rei.uide,artem. **Bona.**2.uol.or. 228.Si Trib.pl.uerbis nõ minus priscis, & penè solẽnibus bo na ciuis cuiuspiã cõsecrarit,nõ ualebit? ter ibidẽ uerbũ repetit. **Caput** alic.3.uol.or.62..Cum caput eius,qui cõtrafacit,cõse cratur.sacratæ leges erant,quibus sanciebatur, ut si quis aduer sus eas feciſſet, sacer alicui deorum esset: ac sacros eos homi nes appellarunt, quos ob maleficium populus damnasset,itaq; eadem ratione dictum uidetur,consecrare caput alicuius:id est, illum hominem inter sacros efficere.

Consenescere aliq.Att.37..Deinde omnes illius partis auto res,ac socios etiã nullo aduersario cõsenescere. **Leges.**in or. lib.106. Non uides ueteres leges aut ipsas sua uetustate conse nuisse,aut nouis legibus esse sublatas.i.sua uetustate obliteratas.

Consentire, est conuenire: has uerò diuersas dicendi formas recipit uerbũ.dicimus enim aliquid alicui, & inter se, & cum aliquo, & in aliqua re,& aliqua re, & ad aliquid consentire. **Rationem** ali.1.uol.phil.92. Ratio enim nostra consentit, oratio pugnat.**Cætera** principio.3.uol.or.153. Atq; his prin cipijs reliqua consentiebant.Item in fa.170.in or.lib.232.**Sibi** aliq.de off.2. Hic si sibi ipse cõsentiat, & non interdũ naturæ bonitate uincatur:id est,si sibi tantũ obtemperet,se audiat solũ. **Inter se** aliq. de offic.20. Et delectat hoc ipso quòd inter se omnes partes cum quodã lepore cõsentiunt.**Aliquid** cum ali quo.in fa.146..Quæ aũt recitatæ sunt literæ in Senatu,nequaq; cõsentire cum Furnij oratione uisæ sunt. **Mentem** cum uo luntate

luntate ali.2.uol.or.124. Vt uestræ mentes atq; sententiæ cum Pop.Ro.uolũtate, suffragijsq; cõsentiãt. **Vultus** cum oratione. Cæs.125. Cum uultus Domitij cum oratione nõ cõsentiret. **Ad aliquid**. Att.78. Expedito ad mutãdũ locũ paruo exercitu, sed, ut spero, ad beneuolẽtiã erga nos cõsentiẽte.91. Quod cõsensissẽt cum Hispanis quibusdã. **Omnes** mẽte una.3.uol.or.192.. Oẽs mortales una mẽte cõsentiant. **Cõspiratione** amoris aliq.1.uol.ph.62.. Quàm magnos, quãtaq; amoris cõspiratione consentiẽtes tenuit amicorũ greges. **Vno** ore oẽs. de off.112. De cuius utilitate omnes uno ore cõsentiunt. **Vt**. Att. 262. Consenti in hac cura ubi sum, ut me expediã. i. permittas.

Consequi. Nunc uerbũ est cum nos cõsequimur aliquid: nam infra erit, quod consequitur. & dicimus consequi aliquid aliquare, & ab aliquo, siue ex aliquo. Vt **Famam**. in fam.24. Vel quia uidemur eam famam cõsecuti. **Familiaritatẽ** ali. Sall. 129. Quorũ hic familiaritatẽ eximiam consecutus fuerat. **Gratiam**. in or.lib.94. Magnam esse in ciuitate gratiã cõsecutus. **Voluptates**.1.uol.ph.56. Aut ut reijciẽdis uoluptatibus maiores alias cõsequatur. **Cõiectura** aliq. Att.314. Quantum autem coniectura consequebar. **Imitatione** aliq. de off.12.. Sed si minus imitatione tantã ingenij præstantiã consequi possumus. **Memoria** aliq.1.uol.or.213. Nullo modo possũ omnia istius facta aut memoria cõsequi, aut oratione cõplecti. **Meritum** referẽda gratia. in fa.9.. Quòd nullã partẽ tuorũ meritorum non modò referẽda, sed ne cogitãda quidẽ gratia consequi possum. **Verbis** aliq. ad Her.26.. Nequeo uerbis cõsequi iudices indignitatẽ rei. **Ab aliquo**. de off.42. Magnã laudem & à summo uiro, & ab exercitu consequebatur. Ita **Ex aliquo charitatẽ**.1.uo.ph.56. Quid ex eo cõsecutus est? laudẽ & charitatẽ. **Laudem**. uide, charitatem. **Fructum**.2.uol.or.4. Ex uestro iudicio fructum est amplissimum consecutus.

Consequi, nunc est pro subsequi, sed præclarè transfertur.

Tempora.

Tempora. in fa.4.. Tamen afficior summo dolore eiusmodi tempora post tuam profectionem consecuta esse. **Misericordiam**. in fa.95. Quinetiam misericordia quædam consecuta est. **Risum**. in fam.29.. Visa est oratio non iniucunda, & mediocris quidam est risus consecutus. **Silentium**. in or.lib. 98. Hæc Crassus cum dixisset, silentium est consecutum. **Mortem** alic. Ter.139. Viuit gnata, matrem ipsam ex ægritudine miseram mors consequitur. **Prorestare**. ad Heren.11. Consequi uidetur, ut doceamus: id est, sequitur, restat.

Conserere, propriè pro serere ponitur, & agrum faba conserimus: sed maximè ad eos, qui aut iure, aut armis contendunt, transferri uidebis. **Remp**.1.uol.ph.154.. Ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet Baccam ipse nunquam: uir magnus leges, institutа, Remp. conseret. **Leges**, institutа. uide, Remp. **Pugnam** alic. Pl.111. Dein pugnam conserui seni. **Manu** inter se aliq.2.uol.or.195. Neq; eò deducam, aut progredi patiar, ut opera mea manus inter uos conseratis, cædesq; ciuium inter se fiat. **Ex iure** manu. in orat.lib.88.. Aut te ex iure manu consertum uocarent, quòd in alienas possessiones tam temerè irruisses. Item.2.uol.or.129.. Vnde tu me, inquit, ex iure manu consertum uocasti, inde te reuoco. Item.2. uol.or.129. Iuris erat formula, manu consertum.

Conseruare, est in suo statu aliquid retinere. **Aerarium**. ad Heren.9. Aerarium enim conseruaui. **Fidem**. Cæs.201. Ciues suos primùm ad sanitatem reuocaret, deinde conseruaret fidem Pop.Rom. id est, præstaret. **Memoriam** alicuius rei. in fa.57.. Tuorumq; tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conseruabo. **Ordinem** alicuius. Att.84. Sed ordinem conseruabo tuum, pro seruare simpliciter nunc positum est. Item.1.uol.orat.46.. **Voluntatem** alicuius.1.uolum.orat.101. An quod alterius patroni mortui uoluntatem conseruabat.

Considere,

Consídere, propriè est simul sídere. interdum de ijs rebus est, quas iam uires defecerint, quæ quasi humi iaceant. 1. uol. or. 79.. Quo quidem die primum iudices citati in hunc reum consedistis. **Curas**. in or. lib. 167.. Homines cum inter se coniuncti, tum mihi ita cari, itaq; iucundi, uix eorum aspectu omnis, quæ me angebat de Repub. cura consederit: id est, sedata sit. **Nomen** ali. in aliquo honore. 2. uol. or. 128. Consedit utriusque nomen in quæstura. ita in **Mediocritate**. in or. lib. 205. In ea de qua loquor, mediocritate consedit.

Consignare, est signo aliquo aliquid notare. ut. 1. uol. phil. 1.. Itaq; ut literis consignamus quæ monumentis mandare uolumus, sic ille in animo res insculptas habebat. **Rationes**. Asc. 68. Ab horum consulatu uidetur tabulas Verres suarum rationum desitisse consignare. uulgò tener conto de le facende.

Consístere, proprium est iter inceptum mora interrumpere: sed peraptè transfertur, tantumq; intransitiuè. non enim dicerem quis te hic constitit? sed sistit: & in re, & ad rem, & re dicimus. Ter. 79. Otiosè nunc iam illico hic consiste. **In anchoris**. Cæs. 167.. Contra Lysum in anchoris constiterunt. Att. 12. Pisonem COS. nulla in re consistere unquam sum passus. **In sententia**. in fa. 103. Quod iam uideris certa aliqua in sententia constitisse. **In loco** aliquo aliq. 1. uol. orat. 5. Te C. Aquili, uosq; qui in cõsilio adestis, orat, atq; obsecrat, ut multis iniurijs iactatam, atq; agitatam æquitatẽ, in hoc tandẽ loco consistere, & confirmari patiamini. item Att. 253. **Ad aliquem**. Cæs. 190.. Ipse ad anchorã una nocte constitit. **Mente, Lingua, Oratione** aliquem. Att. 308. Et tantus clamor à nostris (placuerat enim referre gratiã) ut neq; mẽte, neq; lingua, neq; oratione cõsisteret. **Mentẽ, Vocem, Linguã** alic. 2. uol. or. 241.. Vt neq; mens, neq; uox, neq; lingua cõsisteret.

Cõsolari, & aliquid re aliqua, & de aliquo. **Desiderium** alicuius. in famil. 101. Ego enim desiderium tui spe tuorum commodorum consolabor. **De re** aliqua. Att. 12. Sed tamen ut te de rep. consoler. **Verbis** alicuius aliq. ut salutare. Att. 74. Tu uelim Pyliam meis uerbis consolere.

Consolídare aliquid. in fa. 78. Quando ita necesse erat rationes confectas, & consolidatas deponeremus. uulgò etiam saldar li conti. Item. 3. uol. or. 130. Ita bona ueneant, ut solidum suum cuiq; soluatur: nihil iam aliud, nisi fidem curat. uulgò etiam tutto il saldo.

Consonare aliquid. Plaut. 4. Contra consonat terra, clamorem utrinque efferunt.

Consopíre, est leni, & placido somno dormire. & somno etiam consopiri dicimus. **Aliq.** 1. uol. ph. 168. Num igitur eum curare censes cum luna laboret, à qua consopitus putatur, ut eum dormientem oscularetur. 1. uol. ph. 174. Et ita conniuentem somno consopiri sempiterno.

Consociare, est quasi per fœdus aliquid cum aliquo coniungere. idq; tam in bonam, quàm in malam partem fit recte. **Aliquid** cum aliquo. 2. uol. orat. 207.. L. Piso tu ne ausus es isto oculo, non dicam isto animo, ista fronte, non uita, tanto supercilio, non enim possum dicere tantis gestis, cum Gabinio consociare consilia pestis meæ? Ita **Se** cum aliq. 3. uol. or. 193. Nunquam tam uehementer cum senatu consociati fuistis.

Conspícere aliquid corde. Pl. 191. Væ illi quantum ego nunc corde conspicio meo, malam rem magnam, multasq; ærumnas damnunt. **In iure**. 2. uol. orat. 130. Hisdem ineptijs fucata sunt illa omnia, quando te in iure conspicio: id est, quando ego tuum ius considero. alloquitur enim Sulpitium iurisconsultum.

Conspírare, etsi in bonam partem uerbum hoc sæpius usurpatur, ad malum tamen etiam interdũ admittitur. & dicimus conspirare aliquos, & aliquẽ cum aliquo. **Consensum** omniũ. in fa. 151. Mirabiliter enim Pop. Rom. uniuersus, & omnium generum, ordinumq; consensus ad liberandam remp. conspirauit.

Item.3.uol.or.141. Ita omnes homines.3.uol.orat.186. Item de off.36. Aliquem cum aliquo.3.uol.or.230.. Nec dum senatum cum Pop.Rom.conspirasse sensisset. De malo.in famil. 174..Reliquisq; rebus pro nostra salute contra sceleratissimam conspirationem hostium confligamus.

Constare, modo deliberationem, modo constantiam, interdum conuenientiam significat. Sed & rei etiam uenali conuenit. ut uero construatur,exempla commostrabunt. Aliquid alicui. in fa.202. Etsi non satis mihi constiterat,cum aliqua ne animi mei molestia,an potius &c.id est, non satis certum fuerat.Item Sall.22. Aliquid ex aliqua re. in fam.207. Constat enim ex cæteris societatibus: id est,ex cæteris societatibus facta est.Item Att.290.. Sibi aliquem.in orat.libr.187.. Et ille præclare inquit tibi constas, ut de ijs, qui nunc sunt, nihil uelis ipse dicere:id est,præstas quod promisisti. ita Aliq. in aliqua re. de off.24. Vt constare in uitæ perpetuitate possimus nobismetipsis, nec ulla in re claudicare: id est, uitæ inceptam retinere rationem. Humanitati suæ aliq. Att.6. Quòd si me audies, & si humanitati tuæ constare uoles,certe putabis:id est,si non discedes ab humanitate tua. In sententia aliq.in fam.13. Qua in sententia constare si uoluissent, suam autoritatem simul cum salute mea recuperassent: id est, permanere in sententia. Cum aliquo aliquid.ad Heren.3.. Arbitror mihi constare cum cæteris artis scriptoribus: id est, me à cæteris scriptoribus non dissentire.Ita Inter aliquos aliquid.in orator.libr.93. Est enim Staseas homo nobis sane familiaris, & ut inter homines peritos constare uideo, in illo suo genere omnium princeps: id est, conuenire in illa re omnes peritos. Officia alicuius in aliq.in famil.32.. Mea in te omnia summa necessitudinis officia constabunt: id est,constanter apparebunt. Fructum otij sui alicui. in familiaribus.94.. Modo ut tibi constiterit fructus otij tui. Magno.1.uolum.orat.205.. Metuisti ne æs alienum tibi crescere

resceret, si HS. VI. millibus tibi constarent ea, quæ tu facile posses uendere. HS. CC. millib. Multo. Cæs.82.. Edocet quanto detrimento, & quot uirorum fortium morte necesse esset constare uictoriam.

Constituere. Sanè uerbum hoc & rei ordinem, & instituti dispositionẽ in se habet.sed pro multis rebus non una,eademq; esse potest constituendarũ rerum ratio.quare in singulis exemplis, quæ per literas uocum primas collecta habebis, id facilius animaduerti posse, arbitratus sum. Actionem. 1.uolumine orationum.292..Huiusce generis una est actio,per hoc interdictum,quo nos usi sumus,constituta. Agmen. Sallust. 47. Deinde breui cognitis insidijs paulisper agmen cõstituit. Animaduersionem.1.uol.or.90. Neq; ulla animaduersio constitueretur. Animum.ad Her.1.. Exordium est principium orationis, per quod animus auditoris, uel iudicis constituitur. Ante oculos.3.uol.or.54.Constituitote uobis ante oculos huius etiam miseri senectutem. Auctionem.1.uo.or.287.Cum esset hæc auctio hæreditaria constituta.Item.292. Auspicia. 2.uol.ph.60.. Mihiq; ita persuasi, Romulum auspicijs, Numã sacris constitutis fundamenta iecisse nostræ ciuitatis. Autoritatem.rei alicuius.1.uol.orat.77.Aliqua ex parte mea diligentia constituta autoritas iudiciorum uideretur. Item in famil. 83. Ciuitatem.de offic.48. .Hanc enim ob causam maxime ut sua tenerentur, Resp.ciuitatesq; constitutæ sunt. Concordiam.de off.51..Ita perfectum est, ut omnes constituta concordia sine querela discederent.Item Att.126.. Crucem.2. uolum.orat.92.. Diem.in famil.24. Si ad constitutam diem decedemus.Item.2.uol.or.202.1.uol.orat.291. Documentum.Cæs.235. Egomet ipse documentum more militari constituam. Aequitate.de off.41. Qui cum prohiberet iniuria tenuiores æquitate constituenda, summos cum infimis pari iure retinebant. Fidem.in orat.libr.232.. Et quædam quasi sedes,

ac fundamentum constituendæ fidei. **Finem.** 1.uol.or.77. Vt finis aliquando iudiciariæ controuersiæ constitueretur. **Gloriam.** uide honorem. **Honestum.** de off.34.. Et constituere ret honestum aliquod: id est, proponeret. **Honorem.** 2.uol.or.126.. Ex qua laus familiæ, memoria generi, honos & gloria nomini constituta est. **Indicia.** uide monimentum. 1.uol.orat.68.. **In locum.** 1.uol.or.91.. Quin etiam eum tibi Quæstoris in locum constitueras. **In munere.** 2.uol.phil.310. Necessarios suos in hoc munere constituant. **Iter.** Cæ.220.. Cæsar iter constitutum ire contendit. **Iudicationem.** ad Her.6. Quare ex intentione, & inficiatione iudicatio constituitur. **Ius.** 1.uol.orat.11.. Aut C. Aquilius talis uir iuratus hoc ius in ciuitate constituat. **Laudem.** uide honorem. **Leges.** 1.uol.or.292.. Quam deniq; ciuitati legem constituere uelitis? **Legiones** disciplina atque armatura. Cæs.205.. Quas ille disciplina atque armatura nostra complures annos constitutas habebat. **Libertatem** in rep. 2.uol.or.151. Cuius uirtute regibus exterminatis libertas in rep. constituta est. **Locum.** Ter.36. Dati annuli, locus, tempus constitutum est. **Magistratum.** 1.uol.or.11.. Ita tamen more & instituto, per eum magistratum, qui auxilij causa constitutus est. **Memoria.** uide honorem. **Modum.** Cæsar.235. Sed quoniam ipsi sibi neque modum, neque terminum constituunt. Item. 1.uo.or.138. **Monumentum.** 1.uol.orat.205.. Atque pacato monumentum istius crudelitatis constitutum est. Item. 1.uol.or.68. **Necessitudinem** cum aliquo. in fam.144.. Ego Plance necessitudinem constitutam habui cum domo uestra ante aliquanto, quàm tu natus es. Item 1.uol.or.61. **Nuptias.** Terent.7. Quia olim in hunc sunt constitutæ nuptiæ. **Oppidum.** Cæ.124. Quod oppidum Labienus constituerat, suaq; pecunia ædificarat. **Pacem.** Att.294.. Pacem tota prouincia constitutam. Item. 2.uol.or.22. **Patrimonium.** in fa.17. Vt frater meus uere existimaret adiuncto isto, patrimonium fore suum per te constitutum. **Pœnam.** Cæs.48. Arbitros inter ciuitates dat, qui litem æstiment, pœnamq; constituant. Item. 2.uol.or.179. **Principium.** ad Herenn.1.. A' beneuolentia principium constituemus. **Prouinciam.** 1.uol.or.84.. Postquam Cn. Dolobellæ prouincia Cilicia constituta est. **Quæstionem.** de re aliqua. 2.uol.or.56. Constituitur quæstio de furto. ita de morte alicuius. **Resp.** uide ciuitates. **Sacra.** 2.uolu.phil.60.. Numam sacris constitutis fundamenta iecisse nostræ ciuitatis. **Spatium.** 2.uol.orat.92.. Meq; ex comparato, & constituto spatio defensionis. ut tempus. **Supplicium.** 1.uol.or.29.. Cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset. **Suspitionem.** 1.uolum.orat.73. Ne tenuissima quidem suspitio acceptæ pecuniæ ob rem iudicandam constituta sit. **Tempus.** uide locum. **Terminum.** uide modum. **Victoriam.** 1.uolum.orat.21. Posteaquam uictoria constituta est. **Vrbem.** 2.uol.or.247. Post hanc constitutam urbem.

Constringere aliquid aliqua re. **Fidem religione.** 3.uol.or.57. Cum græci homines spectati uiri noluerint religione uideri potius, quàm ueritate fidem esse constrictam. **Aliq. Lege.** 2.uolum.orat.71.. Et is orbem terrarum constringit nouis legibus. **Aliq. Libidinibus.** 1.uolum.phil.58.. Tradunt se libidinibus constringendos: id est, libidinibus se dedunt. **Supplicio** aliq. in or.lib.102. Tum qui scelus, fraudemq; nocentis posit dicendo subijcere odio ciuium, supplicioq; constringere: id est, ut de eo pœnæ sumantur. **Sententiam** uerbis aptis. in orat.libr.167.. Concludiq; sententiam, quæ cum aptis constricta uerbis est, cadit etiam plerunque numerose.

Construere aliquid. 2.uol.orat.63. Videtis iam P.C. omnibus rebus & modis constructam, & coaceruatam pecuniam decemuiralem,

Constuprare aliquid, est uitiare. uide stuprare. 2.uolum.phil.206.. Vt

206.. Vt parentum propè in gremijs prætextatos liberos constuprarit. Iudicium. Att. 16.. Afflicta respub. empto, constupratoq; iudicio.

Consuere aliquid. Pl. 6. Imò equidem consutis tunicis huc aduenio, non consutis dolis. Item Pl. 187.. Dolum. uide tunicam.

Consuescere, proprie dicit Donatus esse de coitu, eo in loco Ter. 225.. Dum expecto, quàm mox ueniat, qui adimat mihi hanc consuetudinem &c. quod his exemplis etiam comprobatur. Ter. 92. Rogas me? quid illi tandem creditis fore animi misero, qui cum illa consueuit prius? Item. 113. Qua cum tot consuesset annos. Item. 142. Cum eius consueuit olim matre in Lemno. pro solitum esse. Attico. 152.. Tu uelim ad urbem mihi præsto sis, ut tuis consilijs, atque operibus (ut consueui) in omnibus rebus, utar.

Consulere. Et aliquem, & alicui consulere dicimus. uerũ cum datiuo adiunctum est, aut etiam quibusdam præpositionibus, idem est, quod prospicere, prouidere. pro dare uero consilium, in quo frequentes sunt boni, nusquam satis expresse est, quod uiderim. sed nos nunc tantum datiuorum, & præpositionum exempla afferemus. Teren. 125. Vt mihi consultum optime uelit esse. Fortunis. in fa. 55. Tuum est consulere temporibus, & incolumitati, & uitæ, & fortunis tuis. Incolumitati. uide fortunis. Pudori. 1. uol. ph. 77. Satis'ne ergo pudori consulat, si quis sine teste libidini pareat. Rationibus suis. in fa. 31.. Vt quibuscunq; rebus poteris (poteris autem plurimis) prospicias, & consulas rationibus meis. Temporibus. uide fortunis. Vitæ. uide fortunis. Ad aliquid. Cæs. Alter agere omnia ad præscriptũ, alter libere ad summã rerum consulere debet. De salute suorũ. 2. uol. or. 179. Neq; ego tantũ fraterno amori dandũ arbitror, ut quisquã de salute suorũ consulat, communem relinquat. In longitudinem. Ter. 72.. Neq; consulere in longitudinem. Aliquid. Ter. 138. Vt id consulerem.

Consultare

Consultare aliq. Sall. 20. Quam quid in illos statuamus, consultare. De re. Sall. 17.. Qui de rebus dubijs consultant.

Consumare aliquid. ad Her. 28. Reliquum operis consumandum est in dignitate. Itẽ de off. 1.. Latissime patere uidentur ea, quæ de officijs tradita ab illis, & præcepta sunt, & consumata.

Consumere, interdum est summere, sæpius uero ponere. ut Pœnas in aliquo. Sallustius. 140.. Qui semper summas, & singulares pœnas in eo genere hominum consumendas esse putauerunt. Curam. in or. libr. 175. Propterea quòd istorum in dialecticis omnis cura consumitur. Aetatem in aliqua re. de officijs. 1.. Quoniam in eo studio ætatem consumpsi. Otium suum. in orat. lib. 113.. Otium suum consumpsit in historia scribenda. Dolore aliquem. in orat. libr. 143. Cum febri domum redijt, dieq; septimo est lateris dolore consumptus: id est, mortuus. Ita Ferro. Cæs. 247.. Ferro inter se depugnant, atque firmior imbecilliorem Iuba Petreium facile ferro consumpsit: id est, interfecit. Ita Sall. 75. Quod fortuna belli consumpserat. Fidem. Sall. 82.. Verumetiam fidem consumpsi. uulgò, non trouo piu chi mi creda.

Consurgere, ex aliqua re. Cæs. 171. Subito illi ex insidijs consurrexerunt. Att. 11. Quæ consurrectio iudicum facta sit. hostiliter superius. nunc uero reuerenter.

Contabulare aliquid re aliqua. Cæs. 83. Totum autem murum ex omni parte turribus contabulauerunt.

Contaminare, est aliquid lutulentis manibus attingere. transfertur tamen ad multa non inuenuste. Fabulas. Terentius. 1. Atque ita disputant, contaminari non decere fabulas. Iudicium. primo uolumine orationum. 66. Iudicijsq; corruptis, ac contaminatis paucorum uitio, ac turpitudine. Personam alic. ad Herenn. 7. Aut quamplurimis uitijs contaminabit personam. Spiritum. 3. uolum. orat. 93.. Frontis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem?

Se aliq. *maleficio. 1. uolum. orat. 37. Vt intelligatis, fingi nullum maleficium posse, quo iste sese non contaminarit.* Ita uitijs. *1. uo. ph. 103. Nam qui se humanis uitijs contaminassent.* Ita Paricidijs. *3. uol. orat. 242. Quos nondum tantis paricidijs contaminatos uix ferebam.* Scelere se. *de off. 59. An se scientes scelere contamunent.* Item. *2. uol. orat. 251.*. Ita Se culpa. *ad Herenn. 10. Quare non imprudentiæ se defendet, sed culpa contamunabitur.*

Contemnere. *Aliq. alic. rei. 2. uolu. phil. 88. Contemnamus inquam hos aut stultitiæ, aut uanitatis, aut imprudentiæ: id est, horum stultitiam, uanitatem, imprudentiam contemnamus. eo autem fortasse dictum est modo, quo furti iniuriarum, & eiusmodi aliquem condemnare.*

Contendere. *Vim omnem adhibitam illi rei, qua de agimus per uerbum hoc planè intelligitur. hoc autem modo usurpatur, ut dicamus aliquid, & aliquid ab aliquo, & re & de re aliq. cum aliquo contendere.* Ab aliquo *aliquid. de offi. 63.. Incensus Cannius cupiditate contendit à Pythio, ut uenderet: id est, instituit.* Cursum. *3. uol. or. 3. Ad tribunatum, quia ipse ad sese iamdudum uocat, & quodammodo absorbet orationem, contento studio, cursuq; uemamus.* Iter. *Cæs. 220.. Cæsar iter constitutum contendit: id est, pergit ire.* Neruos. *1. uol. orat. 72.. In quo omnes neruos ætatis, industriæq; meæ contẽderem. in fa. 252.* Studium. *uide cursum.* Ita Omnia. *1. uo. or. 119. Iam in tanta istius impudentia remittendum aliquid uidetur, ne omnia contendamus, ne omnia cum dolore agere uideamur.* Cum *aliquo re aliqua. Cæsar. 27. Paruulisq; prælijs cum nostris contendebant.* Sacramento. *in famil. 110. Vt sacramento contendas mea non esse.* Labore. *de off. 53.. Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere.* Voce. *3. uolum. orat. 138. Quantum potero uoce contendam, ut hoc Pop. Rom. exaudiat: id est, quanta uoce potero hoc proferam.*

De re

De re *Aliqua cum aliquo. 1. uol. orat. 64. Neq; ferè unquam uenit in contentionem de accusando, qui quæstor fuisset, quin repudiaretur: id est, contendere de accusando.*

Conterere *ferrum. M. Ca. apud Gell. 151.. Ferrum si exerceas conteritur.* Iniurias *omnes. in fa. 15. Quod eius grauissimas iniurias communis concordiæ causa, uoluntaria quadã obliuione contriueram. Item Att. 136.. Quæ sunt horum temporum ea iam contriuimus.* Otium. *Sall. 2. Non fuit consilium socordia, atque desidia bonum otium conterere.* Tempus. *de offic. 115.. In quibus remoti ab oculis populi, omne otium, tempusq; contriuimus.*

Contestari *litem, est cum uterq; reus dicit testes estote, autore Sexto. 1. uol. orat. 51. Nam iste cum eo litem contestatam habebat. Att. 261. Neq; enim illi litem contestabuntur.*

Contexere *aliquid. 2. uol. phil. 157. Neq; tam facile interrupta contexo, quàm absoluo instituta. Est ita aliquid coniungere, ut apte cohæreat.* Extrema *cum primis. in famil. 152. Tu contexes extrema cum primis.*

Conticere *aliq. in orat. lib. 166.. Iampridem conticuerũt literæ tuæ: id est, iampridem nihil scribis. Item de off. 33. Illæ scilicet literæ conticuerunt forenses & senatoriæ.* Iudicia. *3. uo. orat. 85. Cum obmutuisset senatus, iudicia conticuissent, mœrerent boni: id est, cum nulla essent iudicia.*

Continere, *modo est tenere, modo abstinere, cohibere, interdum adiungere, aliquando capere, & quædam alia. ut in exemplis.* Belluas *in septis. 3. uolu. orat. 247. Quibus enim septis iam immanes belluas continebimus?* Cupiditates. *Att. 296. Nam esse abstinentem, continere omnes cupiditates. Ita* Libidines. *1. uol. orat. 88. Cæteræ libidines eius ratione aliqua contineb antur. Ita* Linguam. *Att. 297.. Iam tibi esse diligentissime linguam continendam. Ita* Insolentiam. *2. uolu. orat. 64. In ea isti uestri satellites modeste in-*

m 5 solentiam

Universidad de Deusto Biblioteca

ſolentiam ſuam continebunt? ita Manus. *Ter.* 89. *Næ ille continebit poſthac, ſi ſapiet, manus. Ita* Se. *Att.* 91. *In quibus locis omnibus eſt continentiam ſeruare, & à uetitis abſtinere.* Mendum *aliquid. Att.* 237. *Magnum enim mendum continet: id eſt, maxime mendoſum eſt.* In re aliqua *aliquid. 2. uol. phil.* 170. *Dum illa ſit maior, & hæc in ea contineatur: id eſt, hanc illa capiat.* In officio *aliq. ad Heren.* 35. *Vnumquẽq; horum in officio continere.* Remp. *de offic.* 51. *Nec enim ulla res uehementius* Remp. *continet, quàm fides: id eſt, coniungit, conſeruat.* Se *ab aliqua re. 1. uol. phil.* 77. *Contineo me ab exemplis Græcis.* Se loco *aliquo. Cæſ.* 82. *Hoc ſe colle interruptis pontibus Galli fiducia loci continebant: id eſt, nuſquã exibant.* Aliquid *aliqua re. 1. uol. orat.* 227.. *Eorum coniunctione pars oppidi, quæ appellatur inſula, mari diſiuncta anguſto ponte rurſum adiungitur, & cõtinetur.* Animam. *in orat. lib.* 105. *Tantum continenda anima in dicendo eſt aſſecutus: id eſt, ſpiritum producendo.* Vocem. *2. uol. orat.* 94. *Quin continetis uocem indicem ſtultitiæ ueſtræ: id eſt, ne clametis.* Vox *continens. ad Her.* 20. *In extrema oratione continens uox remedio eſt uoci, nunc eſt continuare uocem.*

Contíngere, *eſt tangere, attingere, nec non pro accidere, euenire ponitur. Cæſ.* 80. *Et quod oppidum Genabum pons fluminis Ligeris contingebat.* Fines *ali. Cæ.* 79. *In Heluetios qui fines Aluernorum contingunt, conuenire iubet.* Vitam *ali. in famil.* 158. *Quòd ſi mihi uita contigerit: id eſt, ſi uiuam. hominibus, ſed potiſſimis. alicui aliq. 1. uol. phil.* 234.. *Quod non modo ſingulis philoſophis contingit.*

Continuare, *eſt pergere agere ut cœperis.* Opus. *Cæſ.* 215. *Operibusq; in circuitu oppidi continuatis.* Verba. *ad Her. 2.. Verbis continuãdis uocem quoq; adaugere oportebit.*

Contrahere, *eſt in unum trahere, ſed non una ratione omnia contrahuntur, nam modo continentium eſt contractio, interdum*

dum etiam pactum, & conuentionem ſignificat, nec non ad quædam alia pertinet, ut in exemplis. Copias *aliq. Att.* 118. *Sic enim parari uideo, ut Luceriam omnes copiæ cõtrahantur: id eſt, ducantur. Item.* 130. *Contractis noſtris copijs, ſpero nos & Reip. & ſaluti communi proſeſſe poſſe. nunc eſt coniungi. Quin ego habeo correctum codicem, ubi legitur coniunctis, ubi Aldus contractis legit.* Milites. *Att.* 129. *Vos hortor, ut quodcunq; militum contrahere poteritis, contrahatis. nunc eſt cogere manum.* Aes alienum. *Att.* 294.. *Nullum æs alienum contrahi ciuitatibus. Item Cæſ.* 210. *2. uolu. oration.* 105. Collum. *1. uolu. phil.* 183.. *Quis cum decubuiſſet ferrum accipere iuſſus collũ contraxit?* Frontem. *2. uo. ph. 2. Quid contraxiſtis frontem? hoc admirationis eſt ſignum.* Supercilium. *de offic.* 29.. *Ex oculorum obtutu, ſuperciliorum, aut remiſſione, aut contractione. ut frontem,* Animum. *1. uolu. philoſop.* 112. *Stulti autem ægritudo eſt ea, qua afficiuntur in malis opinatis, animoſq; dimittunt, & contrahunt, rationi non obtemperantes. Item Att.* 290. *Ne contrahas aut demittas animum. eſt animum deſpondere. Item. 2. uolu. philoſop.* 177. Paginam. *Att.* 70.. *Tu uero auſer ducentos, etſi meum in eo patrimonium huius paginæ contractio ſignificat: id eſt, anguſta, & perexigua pagina ſcribere.* Vela. *Att.* 10. *Contraxi uela perſpiciens inopiam iudicum: id eſt, compreſſi me. Sumptum eſt à celeri nauigatione, ut contrà pandere uela.* Studium. *3. uolu. orat.* 53.. *Quæ ſtudia iam in his ætatibus noſtris contractiora eſſe debeant: id eſt, remiſſiora.* Rationem, Rem. *2. uol. orat.* 26. *Cum illo iam nemo rationẽ, nemo rem ullam contrahebat. Nunc eſt ut in off. 2. Neq; ſi cum altero contrahas. Item. 1. uol. orat.* 143. Res *ali. in fa.* 109.. *Sulpitij tibi operã ĩtelligo ex tuis literis nõ multũ opus fuiſſe propter res tuas ita cõtractas, ut quẽadmodum ſcribis nec caput, nec pedes. expoſuit quid eſſet res contractas, dicẽs nec caput,*

nec

nec pedes. Culpam. Att. 184. Ea enim est à nobis cõtracta culpa. Et culpa alic.aliq. Att.290. Quæ ipsorum culpa contracta sunt. ut rabie. Sall. 76. Item Att. 290. Noxam. de re rust.147. Aut si id facere prohibeatur, cupidine solicitati noxã contrahant:id est,ne ea causa malum aliquod contrahant. Malum. 1.uol.phil.201.. Quasi culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit. Molestiam. in famul.27.. Dolobellam meum uel potius nostrum,uidebã fore ab is molestijs, quas liberalitate sua contraxerat,liberum. Negotium alicui. Att. 243. Contrahi mihi negotium uidetur. Tristitiam aliquid. 2.uol.phil.46.. Quarum interuallo tum quasi tristitia quædã contrahit terram,tum uicissim lætificat,hyemis uim designat:id tristitia afficit. Beneuolentiam.ad Her.2.A nostra persona beneuolentiam contrahamus. Amicitiam. de off.105. Cum autem contrahit uirtus amicitiam.

Contrauenire aliq. de re aliqua. 1.uol.orat. 130. Si de literis corruptis contrauenit: id est, eum accusauit corruptarum literarum.

Contremere, est timere,sed uide ad uerbum tremere.3. uol. orat. Cuius in mea causa nunquam fides uirtusq; contremuit. Mente aliquem & artubus. in orat. lib. 95. Equidem & in uobis animaduertere soleo,& in me ipso sæpissime experior, ut exalbescam in principijs dicendi,& tota mente, atq; omnibus artubus contremiscam:id est,ualde timeam.

Contueri aliquid.in orat.lib.163.. Neq; uero est quisquã, qui eadem cõtuens efficiat. Item Theophrastus quidem Tauriscum quendam dixit actorem auersum solitum esse dicere, qui in agẽdo contuens aliquid pronuntiaret,arbitror esse oculos figere in aliqua re, atque in ea penitus inhærere,ut stupidi faciunt,quod in agendo non leue est uitium.

Conturbare. præter notam significationem,quæ est commouere,perturbare, in ea eleganter significatione accipitur quæ

decoquere

decoquere,quod uulgo dicunt, fallire. de offic. 60. Incidunt sæpe multæ causæ,quæ cõturbant animos utilitatis specie: id est, dubios faciunt.ad Her.27. Conturbatus est adolescens: id est, commotus.ad Her.22.Propterea quod frequentia, & obambulatio hominum conturbat, & infirmat imaginum notas:id est, ordinem destruit. Rationes. Ter.44..Neq; Aedepol quid nunc consilij capiam scio de uirgine ista, ita conturbasti mihi rationes omnes:id est,confecisti. Aliq. 2.uo.orat.273. Vtrum igitur me conturbare oportet. Item Att. 314. Iocum autẽ illius de sua egestate, ne sis aspernatus, ad quem ego rescripsi, nihil esse,quod posthac artis nostræ fiducia conturbaret.

Conuasare, est furto colligere teste No. Plaut. 126.. Aliquid conuasassem,atque hinc me conijcerem protinam in pedes.à colligendis uasis figuratum esse dicit Do. & idem est cum colligere uasa.

Conuellere. Et aliquem de statu,& statum alicuius conuellimus. Att.132. Habes ad primam epistolam,secutæ sunt duæ priedie Cal. ambæ datæ, quæ me conuellerunt de pristino statu, ita tamen,ad te ut antea scripsi labantem. Statum alicuius rei. 2.uol.orat.253.Tyb.Gracchus conuellit statum ciuitatis. Auxilia. 2.uol.orat.91. Cum cuncta auxilia Reip. labefactari, conuelliq; uideat.Sumptum est à stirpibus,& est per uim prorsus aliquid euelli.

Conuenire, non facile dixeris, quàm uenuste uerbum hoc unum significationem suam uariet ad Latinæ locutionis facultatem.Habet enim modo plurium similitudinem, modo multorum in locum unum additionem,interdum collocutionem, nonnunquam conuenientiam, uerum in his singulis quàm diuersa etiam constructione uagetur,id exempla comprobabunt. Mores. Terent.16..Hanc mihi expetiui,contigit,conueniunt mores,ualeant qui inter nos diβidium uolunt. Item. 104. Nomen. Terent. 22.. Nomen non conuenit. Numerum.

Terent.

Terent.123. Accipe,hem, lectum est, conueniet & numerus, quantum debui. Pacem. Sall. 43. Sicuti regi libuerat, pax conuenit. Cum aliquo aliq.alicui.Ter.77. Hæc fratri mecum non conueniunt.Item in famil.205. Ad Her.3.. Inter se aliquos.Pl.188.Aut si de ea re nunquam inter nos cõueniemus. Inter aliquos aliquid. Cæs.24. Quod tempus inter eos committendi prælij conuenerat.Item.2.uol.phil.60. 1.uol.ph. 113. In unum multos.Sall.29.. Reguli in unum cõueniũt:id est, una omnium fuit sentẽtia. Ad signa milites.Cæs.64.. Quos ex Gallia Cisalpina cos. sacramento rogauisset ad signa cõuenire,& ad se proficisci iuberet. In una mœnia. Sall.2. Hi postquã in una mœnia cõuenere. Senatum.in fa.157.Senatus est cõtinuo cõuocatus,frequensq; cõuenit , propter famam, atq; expectationẽ tuarũ literarũ. Ad aliq.aliquid.2.uo.orat. 171. Equidẽ uehementer lætor eum esse me in quem tu,cũ cupe res,nullã cõtumeliã iacere potueris,quæ nõ ad maximã partem ciuium cõueniret:id est,pertineret. In aliq. aliq.2.uo.ph.41. Nec uero hoc in te uno conuenit moribus domesticis,ac nostrorum hominum urbanitate limato. In forum unum. 1.uol. or. 116. Aduersarij postulant ut in eam rem iud.dentur ex his ciuitatibus,quæ in id forum cõuenirent:id est, quibus illud fõrũ cõmune esset. Aliquem aliq.Terent.104.. Nam cõstitui cum quodã hospite me esse illum conuenturã. In qua significatione etsi habeat etiã collocutionẽ in se uerbũ tacitã,interdũ tamẽ & colloqui uerbum adiungitur. Vt Ter.35. Quæso hercle ut liceat,pace quod fiat tua,dare huic quæ uolumus, conuenire,& colloqui.Ita & De re aliqua aliquem.de offic.29. Hiq; de cõmuni officio cõueniissent. In manum aliquid. 2. uol.or.126. In manum inquit conuenerat,est autem cum materfamulias fit, de qua re multa doctissime, ut solet omnia, Budæus.

Budæus.

Conuertere, est sæpius commutare,transferre , sed ad multas alias significationes se accommodat. Constructio autem est cum præpo

præpositionibus aut aduerbijs de loco,& ad locum significantibus,ut in exemplis. A re ad rem. 1.uol.phil.16.. Quo facilius animos imperitorum ad eorũ cultum à uitæ prauitate conuerterent. Ad commodum suum aliq. 1.uolu. orat. 37. Quid recipis mandatũ ? si aut neglecturus,aut ad tuum cõmodum conuersurus es? Ad dominatum.uide ad potentiã. Ad nutum se.in famil.42. Totumq; me ad eius uiri ita de me meriti uoluntatẽ,nutumq; cõuerterẽ. Ad ocium se.Att. 326. Et in omni summa ut mones ualde me totũ ad ocium, pacemq; cõuerto. Ad pacem.uide ad ocium. Ad periculum alicuius.in fa.174.. Qui quidẽ eas copias, quas diu simulatione Reip.cõparabãt, subito ad patriæ periculũ cõuerterũt. Ad potentiam suã aliquid.120.. Quas ab itinere Asiæ,Syriæq; ad suã potentiã,dominatũq; cõuerterat. Ad puppim nauem. Att.210.. Inhibitio autẽ remigum motũ habet,& uehemẽtiorẽ quidẽ remigationis nauẽ conuertentis ad puppim. Ad salutem aliq.Terent.16. Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum. Ad sanitatem se. 2.uol. orat.170. Ille relictus intus,expectatus foris,Lentuli pœna compressus, cõuertit se aliquando ad timorẽ,nũquam ad sanitatem : id est, timere cœpit,nunquam sapere. Ad se aliquid. in fa. 44. Gratulabor tibi prius (ita enim rerũ ordo postulat) deinde ad me cõuertar: id est,de me agam. Ad timorem se.uide ad sanitatem. Ad uoluntatem.uide ad nutũ. His ipsis uerbis utitur in Amicitia.113. Aliquo aliquid.2. uol.phil.54.. Sed lubricos oculos fecit,& mobiles,ut & declinarent,siquid noceret, & aspectum quò uellent facile conuerterent:id est , quaq; uersus ut se conuerterent oculi. De græco.1.uol.phil.50.Quid habẽt, cur Græca anteponant his,quæ & splendide dicta sint , neque sint conuersa de Græcis? in orat.lib. 144. Demonstrationem.1.uol.or.230..Cõuersam iam habẽt demonstrationẽ suã: id est,in cõtrariũ cõmutatã. In amicitiam. Pl.253.. In amicitiam

citiam, atq; in gratiam conuertimus. In belluam se. de off. 68. Quid enim interest utrum ex homine se conuertat quis in belluã, an in hominis figura immanitatem gerat belluæ? id est, belluæ figuram induat. In colorem se. 2. uolu. phil. 14.. In eundem habitum se, coloremq; cõuertunt. In culpam. 1. uol. orat. 127. Nolite igitur fortunã conuertere in culpam: id est, quod fortunæ fiat, culpæ assignare. In exitium. Sall. 137. Aut quid conuertis in exitium ciuium meorum institutam diligentia mea, meisq; rationibus eruditã dimicandi facultatem? ita inducitur eo in loco patria loquens. In fraudem. 2. uolu. phil. 75. Sic si homines rationem bono consilio à dijs immortalibus datam, in fraudem, maliciamq; conuertunt: id est, abutuntur. In gratiam. uide in amicitiam. In inimicitias Se amicitias. de off. 110.. Ne etiã in graues inimicitias conuertant se amicitiæ. In laudem. 2. uol. orat. 160. Quãobrem quoniã quod crimen esse uoluisti, id totũ uides in laudem esse conuersum: id est, cõmutatum. In latinum. de off. 51.. Quem nos ista ferè ætate cum essemus, qua es tu nunc, ex Græco in Latinum conuertimus. Orationem in aliq. in orator. lib. 127. Tum omnem orationẽ traduxi, & conuerti in increpandum Cæpionis fugam. In rem suam. de offic. 9. Vt si in rem suam aliena conuertant. Item. 1. uol. orat. 42. Id est, alienum usurpare. In serium. Pl. 216. Heus tu, siquid per iocum dixi, nolito in serium conuertere. In superbiam. Sall. 3. Pòst ubi Regium imperiũ, quod initio conseruandæ libertatis causa, aut augendæ Reip. fuerat in superbiã, dominationemq; se conuerterat. Iter. Cæ. 8. Atq; itinere cõuerso nostros à nouissimo agmine insequi, ac lacessere cœperunt. Ita aliquò. Cæs. 221. Ipse rursus unde pridie uenerat, Ruspinã cũ reliquis copijs conuertit. Pœnam in aliq. 2. uol. orat. 238.. Quippe uides pœnam illam à te in alium institutam, in te ipsum esse conuersam. Rationẽ. 2. uo. or. 79.. Conuersa ratio: id est, in cõtrariũ cõmutata. Risum

ta. Risum in aliq. in orat. lib. 131.. Omnis est risus in iudicem conuersus. quasi iudicem riderent, qui ea forma erat, qua risus excitatus fuerat. Se animo, & cogitatione. in orat. lib. 89.. Nam quocunq; te animo, & cogitatione conuerteris. Se in aliq. uide in belluam se. in colorem se. Signa. Cæ. 223.. Hac re animaduersa, Cæsar iubet signa conuerti. uulgo uoltar.

Conuestire Domum. 2. uol. or. 233. Manlius cum ab ascensu capitolij Gallorum impetum repulisset, non fuit contentus beneficij sui gloria, regnum appetisse est iudicatus, ergo eius domum euersam duobus locis conuestitam uidetis: id est, ita in se ipsam collapsam, ut se uestire uideatur.

Conuexare, aliq. apud Gell. loquitur Ap. Cæ. filia 136. Sed utinã reuiuiscat frater, aliamq; classem in Siciliã ducat, atq; istam multitudinẽ perdũ eat, quæ me male nunc miserã cõuexauit.

Conuincere, est aduersarij opinionem falsam esse (quando uerbũ hoc maxime ad eos pertinet, qui argumentis contendũt) comprobare. unde in iudicijs etiam conuinci dicitur, qui damnatur, & quo quis cõuincitur, in ablatiuo ponitur: peccatũ uero, si speciale est, magis in genitiuo: si generale, in ablatiuo poni plerunq; solet. Errorem alicuius 2. uol. ph. 26. Etenim conuictis Epicuri erroribus, longa de mea disputatione detracta oratio est. Ita Falsum. 2. uol. ph. 19. Vtinam tam facile uera inuenire possem quàm falsa conuincere. Iudicio turpi aliq. 1. uol. orat. 8.. At non nemo, aut ignominia affectus, aut iudicio turpi conuictus, bonis suis quidem utitur. Teste aliq. 3. uol. or. 162. Quo me teste conuinces? an chirographo? Testimonijs 2. uo. or. 164.. M. Aquilium patres nostri multis auaritiæ criminibus, testimonijsq; conuictum. Criminibus. uide testimoijs. Conscientia aliq. sua conuinci. 2. uol. orat. 170. Cum ille homo audacissimus conscientia conuictus primo reticuisset. Alicuius rei. 3. uol. orat. 162. At ego non nego, teq; in isto ipso conuinco, uõ inhumanitatis solum, sed etiam amen-

n tiæ.

tiæ, sensus est: Ego cogo te fateri te esse inhumanum, & amentem, quod inferius planè patet. Ita Facinoris. Sall. 19. Quid aut acerbum, aut nimis graue est in homines tanti facinoris conuictos. i. quos planum factum est, tanti facinoris conscios fuisse.

Conuiuari, est unà simul plures cibum capere. De re. 1. uol. orat. 170.. Quotidie solitum esse non modo in pubico, sed etiã de publico conuiuari. In publico. uide de publico.

Conuocare, est in unum uocare, & aliq. & in aliq. dicimus. ut Concilium. Cæs. 94. Itaq; sub uesperum concilio conuocato. 3. uol. orat. 32.. Senatum. in fa. 151. Senatus est continuo conuocatus, frequensq; conuenit, propter famam, atque expectationem tuarum literarum. In societatem aliq. 1. uo. phil. 228.. Tu urbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem uitæ conuocasti.

Cooperire, nisi mea me fallunt exempla, aut quæ ad hoc uerbum pertinent, omnia non sunt à me diligenter obseruata, de malo tantum à bonis uerbum recipi uidetur. nam cooperiri aliquem felicitatibus, bonitate, & in cæteris huiusmodi, bonitas, et felicitas Latini sermonis uidetur ferre non posse. Aliq. aliqua re. Sall. 31.. Inopem, & coopertum miserijs effecit, ut ubius tutius, quàm in meo regno essem. Sceleribus. 1. uol. orat. 78. Si qui istum tot, tantis, tam nefarijs sceleribus coopertum iurati sua sententia liberarent. Item. 3. uol. orat. 242.. Quos nondum tantis parricidijs contaminatos uix ferebamus, hos nunc omni scelere coopertos tolerabiles censes ciuitati fore? Lapidibus aliq. 1. uol. orat. 100. Quem iste collegam nisi habuisset, lapidibus coopertus esset in foro: id est, obrutus.

Cooptare, hoc uerbum, quantum exemplis colligi potest, maxime ad eos pertinebat, qui longe plures in eandem dignitatem deligebãtur, præsertim in collegia, atq; in senatum. In collegium. in orat. lib. 165. Qua in cogitatione, & cooptatum me ab eo in collegium recordabar. Item Asc. 10. Nominatione ali

ne aliquem. 3. uol. ora. 248. In quo ego eum, ut, quod à patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo. Sed arbitror aliud fuisse nomunare, aliud cooptare. nã si idem sit, Ciceronẽ à duobus in collegium auguratus adoptatũ fuisse constat: à Pompeio nunc, à Q. Hortensio suprà. Senatorem. 1. uol. or. 133. Atq; in his omnibus senatoribus cooptandis non modo suffragia nulla fuisse, sed ne genera quidem spectata esse, ex quibus in eum ordinem cooptari liceret. ita In ordinem. uide senatorem. Item. 3. uol. orat. 38. Senatum. 1. uol. orat. 133. Cum haberent inter se controuersias de senatu cooptando, leges ab senatu nostro petiuerunt. Item. 133. Agrigentini de senatu cooptando Scipionis leges antiquas habent.

Cooriri tempestates. 1. uol. orat. 85. Tum subitò tempestates coortæ sunt maximæ iudices.

Copulare, copulare recentiores, copulari etiam ueteres deponentali significatione dixerunt. Futura cum præsentibus. 1. uol. phil. 74. Quæ, & causas rerum, & consecutiones uideat, & similitudines transferat, & disiuncta coniungat, & cum præsentibus futura copulet, omnemq; complectatur uitæ cõsequentis statum. Sermonem cũ aliquo. Plau. 206. Quid deinde? Sermonem nobiscum ibi copulat, ait se peregrinum esse, huius ignarum oppidi. Dexteras. Plaut. 34. Adeunt, consistunt, copulantur dexteras.

Coquere. Proprie notum est quid sit coquere, uerum transfertur. ut Poma. de offic. 92. Et quasi poma ex arboribus si cruda sunt, ut auelluntur, si matura, et cocta decidunt: id est, quasi mitia. Sed quia cruda dixerat, subdidit cocta. & nota etiã cruda poma immatura.

Corrigere, de ijs rebus est, quæ aliquo modo deprauati sunt. ut Ciuitatem. Att. 16.. Non odio adductus alicuius, sed spe non corrigendæ, sed sanandæ ciuitatis. Exercitum. in famil. 152.. Vel quòd exercitus Lepidi eam partẽ, quæ corrupta est,

& ab repub. alienata, & corrigere, & cohercere præsentia mei exercitus possem. Tarditatem cursu. Att.315.. Cursu corrigam tarditatem tum equis, tum uelis. Ad frugem aliquem. Plau.260. Quin eum restituis? quin ad frugem corrigis? Orationem. Att.238. Brutus misit ad me orationem suam habitam in concione capitolina, petiuitq; à me, ut eam non ambitiose corrigerem, antequàm ederet.

Corripere, festinantem habet motum, tam de loco, quàm ad locum. Se alicunde. Terent.109.. Postquàm aspexi ô facinus indignum inquam, & corripui illico me inde lachrymans, incredibili re, atq; atroci percitus. Se aliquo. Ter.109. Nam modo me intro ut corripui timidus, alio suspicans morbo me uirum affectam uxorem, ac sensi. Se ad aliquid. Ter.112.. Ita corripuit de repente tacitus sese ad filiam.

Corroborare, est ualidius facere. Hostes. in fa.156.. Quare hortor te mi Cicero, exercitum huc traijciendum quamprimum cures, & matures prius, quàm hostes corroborentur, & uestri perturbentur. Ingenium. de offi.110. Omnino anuciatiæ corroboratis iam, confirmatisq; ingenijs, & ætatibus iudicandæ sunt. Aetatem. uide ingenium. Rationem argumentis. ad Her.11. Quæ pluribus argumentis corroborat breuiter expositam rationem.

Corrogare, est circunquaq; aliquid rogare. ad Heren.25.. Ipse à uicinis cum testa ambulans carbunculos corrogaret.40. Vt uasa, uestimenta, pueros corrogaret. est eas res quasi à pluribus utendas sumere.

Corruere, est cadere, ruere. Opes alic. de offic.17. Lacedæmoniorum opes corruerunt. Oppidum. 2.uol. phil. 96.. Vt multa oppida corruerint. Vrbem. 2.uol.phil.103. Cum & urbs tanta corruit. Risu aliq. Att.312. & penè ille timore, ego risu corrui. Timore. uide risu.

Corrumpere, ubiq; est aliquid de bono, ac integro statu ad malum

malum, & mancum conuertere. ut Animum alicui. Teren. 105.. Sed nõ adeo, ut facilitas mea illorum corrumpat animos. Aquam. 2.uol.phil.30. Concluſa autem aqua facile corrumpitur. ita fontis aquam. Sall.49.. Qua uenturum hostem audierat pabulum, & aquarum fontes, quorum penuria erat, corrumpere. Aurum, & multa. Sall.57. Vide domum. Diem alicui. Pl.137.. Dij illum omnes perdant: ita mihi hunc hodie corrupit diem. Domum igni. Sall.57.. Ibi uino et epulis onerati, illamq;, & domum, & semet igni corrumpunt. Exercitum. in fa.152. Vel quod exercitus Lepidi eam partem, quæ corrupta est. Frumentum incendio. Cæs.93. Frumẽti quod subito potuerunt, nauibus auexerunt, reliquum flumine, atque incendio corrumpunt. Homines superbia. Sall.16.. Verum homines corrupti superbia iam ætatẽ agunt. Indicem. 2.uol. ora.22. Quod intelligerent indicem ab Oppianico esse corruptum. Iudicium. 2.uol.or.31. Sexcentis millibus numum se iudicium corrupturum esse dixerat. Item.31. Literas. 1.uol. orat.127. Sthenius postulat ut secum sui ciues agant de literis publicis corruptis. Mores. de off.48. Sed corrupti mores, depraua tiq; sunt. Mulierem. Ter.55. Sed uereor ne me absente mulier hìc corrupta sit. Nobilitatem. Sall.61.. Quia mihi noua nobilitas est, quam certe peperisse, quàm acceptum corrupisse melius est. Oculos. Plau.8. Ne corrumpe oculos: flendo scilicet. Opportunitates. Sall.15. Illos dubitando, & dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere: id est amittere. Pecuniam. 3.uol.or.66.. Tum pecuniam L. Cornelij, quæ neq; inuidiosa, & quantacũq; est, eiusmodi est, ut seruata magis, quàm corrupta esse uideatur. Pecunia aliquid. de offic.44. Vt eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupisses? Prandium. Terent.90. Aeschinus odiose cessat, prandium corrumpitur. Tabulas publicas. 1.uol.orat.129.. Tabulæ sunt in medio, quæ se corruptas, atq; interlitas esse cla-

mant.ut literas. Vineas igni & lapidibus. Sall.65.. Vineæ cum ingenti periculo frustra agebantur, nam cum hæ paulo processerant igni, aut lapidibus corrumpebantur.

Creare. Dictum est cerno à creo: id est, à creando: creo, ab eo quòd cum quid creatum est: tunc denique uidetur, inquit Varro. Vrbem. 3. uol. orat. 61. Quod princeps ille creator huius urbis Romulus fœdere Sabino docuit. Imperium. Att. 143.. Quod maius imperium à minore creari non sit ius: etsi legatur errari loco creari, leuis sanè quidem librariorum error. Magistratum. 2. uol. ph. 124. At Tyb. Gracchi literis Scipio, et Figulus quòd augures iudicassent eos uitio creatos esse, magistratu se abdicauerunt. Item Cæs. 5. Qui creatur annuus: id est, magistratus. Prætorem. Att. 143. Nos autem in libris habemus, non modo Coss. à Pr. sed ne prætores quidem creari ius esse. ita Quatuor uiros. Att. 69. Erat rumor de transpadanis, eos iussu illius uiros quatuor creare. Ita enim additum est quatuor in codice haud malo. & est, ut magistratum creare. Cædes. 2. uol. orat. 253. Monent ne per optimatium discordiam, dissensionemq; patribus, principibusq; cædes, pericula creentur. Commoditatem alicui. Pl. 210. Potin' es ut taceas? Sy. Taceo, atq; abeo. Mi. Mihi cõmoditates creas. Errorem alicui. 2. uol. ph. 120. Nonnunquam etiam errorem creat similitudo. Aerumnas alicui. Pl. 146. Vẽter creat omnes has ærumnas. Fraudem alicui. Pl. 149.. Tuis nunc auribus, capitiq; fraudem capitalem hinc creas. Litem alicui. Plin. 106.. Hodie doctiores non sunt, qui lites creant, quàm hi sunt, qui si nihil est litiũ, lites serũt. Odium. Cæs. 212. Magnũ fuerit hoc uectigal, maius tamẽ odiũ creabit. Periculum. 2. uo. or. 196. Nemini iniuste periculũ creaui, nemini innocẽti fui calamitati.

Crebrescere aliquid, est id maius fieri. 1. uol. or. 66. Quæ non modo Romæ, sed & apud exteras nationes omnium sermone percrebuit. Item 120. Famam. 1. uol. or. 215. Præsertim cum hæc

hæc omnino fama de nostrorum hominum auaritia, & cupiditate percrebuerit.

Credere, proprie est fidem adhibere. uerum etiam pro fidere, committere, & aliquid alicui, & de aliquo, et ex aliquo, & per aliq. credimus. ut Animum suum alicui. Ter. 7. Quæ mihi suum animum, atq; omnem uitam credidit. Pecuniam. in fa. 7.. Qui per prouinciam imperij tui pecunias ei credidissent. de offic. 49.. Vitam alicui. Sall. 7. Ter. 7. Quæ mihi suum animum, atq; omnem uitam credidit. De aliquid. in fa. 44. Bis ad te scripsi me purgans diligenter, te leuiter accusans in eo, quod de me cito credidisses. Ex chirographis. in fa. 156. Ipsa chirographa omnia, ex quibus credidi, etiam ea, quibus fidem non habendam putaui, Leuocispio dabo perferenda. Per syngraphã. 2. uol. or. 250.. Alterum putabo regẽ, si habuerit, unde tibi soluat, qd' ei per syngraphã credidisti. uulgò come apare per un scritto de sua man. Pro certo. Sall. 5.. Pro certo creditur filio necato, uacuã domũ sceleſtis nuptijs fecisse.

Crepare, est sonitum edere, resonare: & semper intransitiue. Ter. 7.. Crepuit foris. Item. 82. Sed quisnam foris crepuit? Sy. mane ipse exit foras. Si ita legatur, ut est in codice Aldino, potest uideri transitiue positum esse uerbũ, quod nusquam alibi, sed ut in suam proprietatẽ restituatur, ita distinguendũ est. Sed quis? nam foris crepuit. Sy. mane, ipse exit foras. nam cũ audisset fores crepare Chthesipho, interrogauit Syrũ, quis nã? causam subdẽs, foris crepuit. respõdet Syrus, q iam illũ exeuntẽ uiderat: mane, ipse exit foras. Intestina. Pl. Dic mihi nunq tibi intestina crepãt. Re aliqua aliqd. 1. uo. or. 242. Locũ illũ literis percrepare totum, mulierum uocibus, cantuq; symphoniæ.

Crescere, auctionem in quaq; re significat uerbum, quàm autem ea non una sit, exemplis cognosci poterit, & modo crescit quid absolute: modo aliqua re, aut de aliqua re. Amicitiam alicui. Terent. 13.. Per ego te deos oro, & nostram

amicitiã Chreme, quæ incepta à paruis cũ ætate accreuit simul. Amicos alicui. 3. uol. or. 18. Ex quo intellectũ est mihi absenti creuisse amicos. Animos alicui. 2. uol. or. 12.. Cum socij pertimuissent, hostium opes, animiq; creuissent. Annonam. Cæ. 135. His tamen omnibus annona creuit. Aes alienum alicui. 1. uol. or. 205.. Metuisses ne æs alienũ tibi cresceret. Licentiam. Sall. 19. Post ubi paulatim licentia creuit. Morbum. 2. uol. ph. 137. Et aduenientes, & crescẽtes morbos intelligũt. Aliquid re aliqua. 2. uol. or. 133. Vna expectatio muneris, quæ & rumore nõnullorũ, & studijs, sermonibusq; cõpetitorum creuerat. Itẽ Sall. 19. Nostra memoria uictor Sylla cum Damasippum, & alios eiusmodi, qui malo Reip. creuerant, iugulari iussit. De aliquo. 1. uol. or. 271.. Déniq; si uideor hic, id quod ego non quæsiui, de uno isto uoluisse crescere, isto absoluto, quod sine multorum scelere fieri non potest, de multis mihi crescere licebit. Ex aliqua re. 1. uol. or. 32. Ex quibus possem crescere.

Criminari, est crimini aliqd dare, accusare, sed tam criminamur peccata, q̃ q peccarit. & criminare etiã ueteres dixerunt. Aliquid. 1. uol. or. 213. Iã enim nõ libet oĩa criminari. Aliquem. 3. uo. or. 48. Qd' eiusdẽ Clodiæ necãdæ causa patrasse Cæliũ criminatur. Te. 44.. Hãc metui ne me criminaretur tibi.

Cubare, proprie est iacere. 2. uol. or. 142. Quorũ nemo gustauit cubans. Arcte. Pl. 256. Si arcte poteris accubare. Cum aliquid. Ter. 96. Tũ etiã si nolit cogas, ut cũ illa unà cubet.

Cubitare cum aliquo. 3. uol. or. 45. Qui propter nescio quã credo timiditatem, & nocturnos quosdam inanes metus tecum semper, pusio cum maiore sorore cubitauit.

Cudere, est percutere, ferire. Argentum. Ter. 67.. Quam rem agis scelus? Sy. egon? argentum cudo, quod tibi dem. ita Numos. Pl. 122. Tace sis faber, qui cudere soles plumbeos numos. cudi dicitur pecunia, dum imprimitur. Fabam. Ter. 33. Istæc

33. Istæc in me cudetur faba: id est, ego solus patiar. Dolos. Pl. 189. Di me seruant atque amant. nam meus hic est, procudam ego hinc hodie multos dolos. à numis sumptum est, & est comparare dolos. ita etiam tenebras. Pl. 94.. Quas tu mihi tenebras cudis?

Cumulare, est maxime adaugere. & re aliqua aliquid cumulanus. 3. uol. or. 45. Nunc enim demũ mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira. Item de off. 23. Vt idem Africanus eloquentia cumulauit bellicam gloriam.

Curare, est operam dare: aliquãdo purgare, mederi. Funus. Ter. 3. Curabat unà funus. Ludos. in fa. 182. Alia, quæ defendam à te pie fieri, & humane, ut de curatione ludorũ. Munera. in fa. 92.. De curatione aliqua munerum regiorum cum Oppio locutus sum. Filium alic. Ter. 86.. Illum curo unũ, ille ad me attinet. Item. 78.. Vnum uis curem, curo: est uni illi consulere. Iniurias amici. Sall. 32. Quo facilius amicorum iniurias curare licet: id est, nõ pati amicos iniurijs affici. Mandatum. Att. 71. Sed tamen ut mandatum scias me curasse. Item. 59. in fa. 96. Signa. Att. 2. Signa quæ nobis curasti ea sunt ad Caietã exposita. Pecuniam. Att. 309.. Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui. Item in fa. 28.. 1. uol. or. 120. ita Talentum. Att. 93. Partem suam. Terent. 78.. Faciendum. Att. 326.. Cum esset sanæ mentis puer, curasse faciendũ. Reduuiam. 1. uol. or. 39.. Qui cũ capiti Sex. Roscij mederi debeam, reduuiã curem. est autem caruncula, quæ unguibus supernascitur, circuncidere, quod leuissimi est negocij. ideo se accusat, qui in rebus facilimis uersetur, cum grauiora instent. Viam. Att. 1.. Propterea q̃ curator est uiæ Flaminiæ: id est, q̃ præerat uiæ Flaminiæ faciũdæ. ut ludos, ut funus. Vocem. ad Her. 20. Ratio curandæ uocis petatur. Ita Aliquid. 2. uol. or. 25.. Mulier exclamat se ab eo nullo modo curari uelle, quo curante suos omnes perdidisset. nunc est de medico. unde

curatio. **Cum ut particula.** Att. 2.. Cura, ut Romæ sis. Itē Att. 1.. Illam manum tu mihi cura, ut præstes.

Currere, est celeriter ire, & curru, & spatium currimus. Ter. 67. Curriculo percurre. **Spatium.** Ter. 90. Propè iam excurso spatio. **Stadium.** de off. 60.. Qui stadium, inquit, currit.

Custodire, est conseruare, & re aliqua aliquid custodimus. **Memoria** aliquid. in or. lib. 95.. Posse percipere animo, & custodire memoria. **Compedes.** Pl. 53. Quid cessatis compedes currere ad me, meaq; complecti crura, ut uos custodiā? ex contrario dictū est: id est, ut me custodiatis, idq; argute sanè. uerum illud durius quod dixit. 74. Si nunc me suspendam, meam operam luserim, & præter operam, restim sumpti fecerim: id est, sumptum restis.

D

DAmnare. Hoc uerbum cū maxime ad eos pertineat, qui in iudicio conuincti sint, cū peccatum, quo quis damnatur, tum etiam supplicium, quo damnatus afficitur, continet. ut, & iniuriarum, de repetundis, & capite, seu rei capitalis quis damnari rectè, & eleganter dicatur. Verum cū crimen speciale est, in genitiuo, & ablatiuo cum præpositione, cū generale, magis in ablatiuo solo, si ueteres imitari uolumus, utemur. Nam quod Laurent. Vall. unum locum Ci. adducat, quod cōtra hanc meam rationē facere uidetur, ubi scilicet ait: Sceleris atq; nefarij paricidij condemnauimus, maror eruditissimum uirum non uidisse, ad uocem paricidij, non autem sceleris uerbū proprie referri, sceleris enim simpliciter damnare latinus homo proferre non auderet. Pœna uero & in ablatiuo, & in genitiuo, ut capite, & capitis damnari. Sed iam ad exempla. **Iniuriarum** aliq. 1. uolum. orat. 257. Qui C. Sacerdote iniuriarum damnatus est. **Furti.** 2. uolum. orat. 155. Qui neq; in Senatum

Lauren. Val.

natum ulla conditione peruenire potuit, & furti, & pro socio damnatus est. **Iniquitatis.** Cæ. 82. Vt nullum periculum recusarent, summæ se iniquitatis condemnari debere. **Peculatus.** 1. uolum. orat. 73.. Qui ambo peculatus damnati sunt. **Ambitus.** in orat. lib. 180. Damnatus est ambitus. **Peccati.** ad Her. 29. Maiores nostri, si quam unius peccati mulierem damnabant: quasi ad speciale peccatum, quod erat generale uox illa unius reduxit: uel etiam multorum damnari aliquem recte dicatur, sanè longe infrequentius erit, quàm multis peccatis. **De repetundis.** 2. uolum. orat. 41.. Quibus damnatis de pecunijs repetundis lites essent æstimatæ. **De maiestate.** 1. uolum. orat. 73.. Quod in M. Attilio, qui de maiestate damnatus est. **De ui.** 3. uolum. orat. 18. Damnatis de ui, restitutio. consulatus petitio ipsi illi populari sacerdoti comparabatur. **Pro socio.** Vide furti. & erat, cum quis societatem aliquo modo læsisset. **Capite** aliquem. ad Her. 31.. At cum uos iurati capite damnastis. **Capitis.** Cæ. 193. Multi præterea capitis damnati, exulesq; conuenerant. Item in orat. lib. 105. & 2. uolum. orat. 24. dixit rei capitalis, cum scilicet ait: Quod ab hæredibus secundis accepta pecunia partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam. Reperio etiam non solum iudicum esse damnationem, sed accusatoris, atque etiam earum rerum, quæ ad iudicandum pertinebant. Asc. 65.. Scaurus Dolobellam alium accusauit, nec damnare potuit: id est, conuincere. Item Asc. 36. Liberatus est Catilina, sed ita, ut Senatorum urna damnaret, Equitum & Tribunorum absolueret.

DARE.

Dare. Hoc uerbum ad latinæ facultatis copiam tantum cōtulisse pro comperto constat, ut post tria illa esse, facere, habere, cum quibus minime comparandum est: si cui quartus locus attribui possit, illum hoc sibi iure suo facile uendicare uideatur. Quare etiam

etiam ne diu erres quærendo in tanta exemplorum copia, primam eius uocis, quã quæres literam, rectà statim adeas licebit. dicimus uerò dare alicui aliq. & ad aliquem acquisitiue.

A

Dare à se aliquid. Pl.137. Da sodes à te, pòst reddidero tibi. uulgò da del tuo. Att.83. Se à me quodam modo dare. 2.uo. or.253.. Ab A. Sextilio dicit se dediße, & à fratribus suis: id est, quod Sextilij & fratrum erat, quoquomodo ab eis acceperit, se dedisse dicit. **A Lẽtuli** *triumpho.* Att.81. Acceperã autem satis celeriter Iconij per publicanorũ tabellarios à Lentuli triumpho datas: id est, sub Lẽtuli triumpho datas. **Actiones.** in fa.130. Quanquàm tum quidem, uel aliæ quæpiam rationes honestas nobis, & curas & actiones darent. **Ad aliquid** *aliquid.* 2.uo.or.36. Sed etiam ad quam rem datã fuerint, ostendat. **Ad epulas** *aliquid.* 1.uol.ph.86. Item omnibus mensibus uicesimo die lunæ ad eorum epulas, utrobiq; adest, propter. **Ad literas.** Att.70. Ad quas ego ipso eo die dederã ex Trebulano L.Pontio: id est, rescripseram. **Ad partes** *populi.* 2. uo.or.70. Vt id quoad posset, quoad fas eßet, quoad liceret, populi ad partes daret. **Ad hostes** *exuuias. uide, exuuias.* **Ad lenitatem** *se.* in fa.202. Velim, si qua offensiuncula facta est animi tui peruersitate aliquorum (noui enim gentem illam) des te ad lenitatem. **Ad languorem** *aliquid aliq.* Ter.69. Vel me hæc deambulatio, quam nõ laborioſa ad languorẽ dedit. Plaut.27. Vbi sæpe ad languorem tua duritia dederis octo ualidos lictores ulmeis affectos lentis uirgis: id est, defectum, uel defessos reddere. **Ad mortem** *aliquem.* Pl.11. Hæc me modo ad mortem dedit, & morti dixit. 171. Atq; ibi me toxico morti dabo. **Ad terram** *aliquem.* Plaut.54.. Tum genu ut quenq; icero, ad terram dabo. **Ad dicendum** *se.* 3. uolum.or.93. **Ad docendum** *se.* 1.uol.or.193. *uide* se ad. **Aliquid** *alicui.* Attic.135. Dabimus hoc Pompeio, quod debemus.135. Vni uni hoc

uni hoc damus: id est, Pompei causa facimus. **Angori** *se.* de offic.33. Nec me angoribus dedi. **Animum** *alicui.* in fa.13.. De me idem cogitabãt, abiectiore animo me futurũ, cum Resp. maiorem etiam mihi animum, quàm unquam habuissem, daret. **Ansam** *rei.* 3.uol.or.7. Et sermonis ansas dabat, quibus recõditos eius sensus tenere possemus. de off.107.. Etiam optare, ut quàm sæpißime peccet amicus, quò plures det sibi tanquã ansas ad reprehendendum. **Araboni** *aliquid.* Pl.127. Quas arabo ni tibi dedi, uulgò per capara. **Arbitrum.** P.242. Nisi das sequestrum aut arbitrum. **Aquam** *manibus.* Plau.228. Date illi aquam manibus, apponite mensam. **Audaciam.** 3.uol.or. 240. Vide quid licentiæ Cæsar nobis tua liberalitas det, uel potius audaciæ. **Aures** *alicui.* Att.30. Etenim cum multos dies aures meas Aculeio dedissem. **Auribus** *aliquid alicui.* Att. 194. Noli putare mi Cicero me hoc auribus tuis dare. **Autorẽ** *alicui.* Plaut.260. Id ita esse ut credas rem, tibi autorem dabo: id est, dicam qui mihi sit autor.

B

Beneficium. Att.33. Sed etiam maximum beneficium te sibi dedisse iudicaturum. in fam.207. Maius mihi dare beneficium nullum potes. Att.133.162.

C

Campum. 2.uol.or.128. Nullum enim uobis sors campum dedit, in quo excurrere uirtus, cognoscíq; posset: id est, maiores magistratus uos non petistis, utriusq; enim dignitas confederat in quæstura. **Causam.** 2.uol.or.245.. Datam non modo iustam, sed etiam necessariam causam esse dicendi. in or.lib.21.. **Ceruices.** 3.uol.or.242.. Aut ceruices latronibus dandæ. ut iugulum. **Cœnam.** Terent.60.. Nam ei unam cœnam atq; eius comitibus dedi. in fam.139. Et Hircio cœnam dedi sine pacuone. 2.uol.or.211. **Ciuitatem.** 3.uolum.orat.178.. Ciuitas non tum singulatim, sed prouincijs totis dabatur. **Cognitorem**

torem. 1. uol. orat. 78.. Qui cognitores homines honestos dare. 270.. Nunc eius est qui aliquem producit, qui affirmet eum esse se, quem se esse asserat. interdum uero est pro iudice, disceptatore. 1. uolum. orat. 50. In hanc rem, inquit, me cognitorem dedisti. Consilium. Plaut. 89.. Antehac alijs solebas dare consilium. in fam. 55. Cum mihi M. Marcellus frater amantissimus mei non solum consilium daret. de off. 104.. Quàm recte uero qui in hanc sententiam, consulere alicui dicunt, ipsi uiderint. Concionem alicui. 2. uolum. orat. 149.. Data concio Lælio est. Att. 54.. Tum subito ille in concionem ascendit, quã Appius ei dedit: sanè non omnibus, qui concionari uoluissent, licebat, nisi illis à maioribus quibusdã magistratibus concio data fuisset, puta à Tribun. aut à coss. Copiam aliquid faciendi. Ter. 57. Nam ea res dedit tum existimandi copiam. Itẽ 51. Date cognoscendi copiam. Plaut. 57. Lucis das tuendæ copiam. Crimini aliq. alicui. in or. lib. 190. Cum accusatione sua Q. Gallio crimini dedisset. Itẽ. 109.. 35.. 1. uo. or. 250. 262.. Curas. uide, actiones suprà. Culpæ aliquid alicui. 1. uol. orat. 26. Summam laudem Sex. Roscio uitio & culpæ dedisse. Dare uero culpam alicui, nusquàm legi.

D

Damnum. Terent. 3.. Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum? Plaut. 82. Et damnum dabit. De lucro. 2. uolum. orat. Dat de lucro, nihil detrahit de uiuo. De naui literas. Att. 7. Tertiam, quam ut scribis, solutis anchoris de phaselo dedisti. Item De Gyaro. Att. 74.. De Gyaro dedi literas. Decus. Plaut. 278.. Cum mihi tibiq; magnum dedisti decus. Decumas. 1. uolum. orat. 167.. Quid Halienses? quorum incolæ decumas dant? Delationem. 1. uolum. orat. 58. Vt ne hæc mihi delatio detur. Delectum. 3. uolum. orat. 115. Quo uno uersiculo satis armati semper coss. fuerunt. etiam nullis armis datis, hunc exercitu, hunc delectu dato, iudicium expectatu

ctaturum &c. Desidiæ se. uide se. de offic. 25. Diem alicui. 2. uolum. philosoph. 79. Sed quoniam adueſperascit, dabis diem nobis aliquem, ut contra ista dicamus. Attic. 6. Tulliola diem tibi dat, sponsorem appellat. utrobiq; est diem constituere ad aliquid agendum. Item Atti. 66. Nam Vestorio dandi sunt dies: puto nunc significare, apud Vestorium aliquot dies commorandum esse. Dignitatem. 1. uolum. orat. 243.. Documentum. 3. uolum. orat. 105.. Dederas enim quàm contemneres populares insanias iam ab adolescentia documenta maxima: id est, significaras. Dono aliquid alicui. Terent. 27. Ibi tum matri paruulam puellam dono quidam mercator dedit. Plaut. 11. Dolorem. Attic. 110. Hoc tamen profecit, dedit illi dolorem. Duras. Terent. 59.. Etiam duras dabit. Dubitationem. Cæ. 5. Hic Cæsar respondit, eo sibi minus dubitationis dari, quòd eas &c.

E

Effectum, aliquid alicui. Ter. 29.. Quin effectum dabo. Epulum. 2. uol. or. 142. Cũ epulum Q. Maximus Africani patrui sui nomine Po. Ro. daret. Epulas. Pl. 214. Oculis epulas dare. Ter. 124. Dixit oculos pascere. Ex edicto aliqd. in fa. 105. Exceptionem. 1. uo. ph. 69. Et tamẽ quid attinet luxuriosis ullã exceptionẽ dare: id est, aliquid excipere. Expectationem. Att. 29.. Quantam porrò mihi expectationẽ dedisti cõ uiuijs tuis ἀσυλάγωγος? Exitium. Ter. 16. At tibi Dij dignum factis exitium diunt. Exitum. in or. lib. 137. Quæ plurimos exitus dant ad eiusmodi digressionem. Exornatũ aliq. Ter. 72. Egó ne? si uiuo adeo exornatũ dabo, adeo depexum, ut dum uiuat meminerit mei. uide depexum. Exuuias ad aliq. Pl. 89. Se in singulis stipendijs ad hostes exuuias dabit.

F

Fabulam. Ter. 101. Hecyra est nomen huic fabulæ, hæc cũ data est noua, nouũ interuenit uitium. 1. uol. ph. 148. in or. lib. 171.

ubiq;

ubiq; pro edere. **Faciendum** *aliquid. Pl. 64. Ibi nunc statuã uult dare auream solidam faciundam ex auro Philippeo.* **Facultatem.** *2. uol. or. 19.. Tamen multæ mihi ad satisfaciendũ reliquo tempore facultates dabuntur.* **Fœcunditatem** *terris. 2. uo. ph. 57. Nos aquarum inductionibus terris fœcunditatẽ damus.* **Fidem** *alicui. Ter. 13. Si mihi fidem das te taciturum, dicam, id est, promittis.* **Fidem** *alicui de aliquo. in fa. 12. Grauissime autem me in hanc mentem impulit, & Pompei fides, quam de me Cæsari dederat, & fratris mei &c. id est, quã propter me Cæsari obligarat.* **Fidem** *publicam. Sall. 16. Is cum se diceret indicaturum de coniuratione, si fides publica data esset.* **Foras** *aliquid. Attic. 211. Scripta nostra nusquam malo, quàm apud te, sed ea tamen foras dari, cum utriq; nostrum uidebitur.* **Formam** *ali. 2. uol. ph. 196. Formam autem, & maxime sibi cognatam, & decoram dedit.* **Fœnori** *aliquid. 1. uo. or. 143. Quod quidem pecuniam ijs, qui aliquid ab isto mercabantur fœnori dabat.* **Frustra.** *Att. 71. Ne dem frustra.* **Fructus.** *1. uol. or. 243. Ob earum rerum laborem & solicitudinem fructus illos datos.*

G

Gloriam. *3. uol. or. 93. Vt mihi illa omnia immortalẽ gloriã dederint.* **Gratiã** *alicui. Ter. 109.. Si unquã erga te animo esse amico sensisti eam mi Pamphile sine labore hanc gratiã, te, uti sibi des, pro illa nunc rogo.* **Hoc.** *in fa. 86. Vt hoc mihi darẽt: id est, mea causa hoc ut facerent. item de off. 58.*

I

In caueam *aliq. Pl. 46. Te in caueã dabo. ut Ter. 5.. dixit in pistrinũ.* **In conspectũ.** *Ter. 128. Ipsum gestio dari mihi in cõspectũ. 1. uo. or. 253. Tum se tamẽ in cõspectum nauis paulisper dedit.* **In consuetudinẽ.** *3. uo. or. 94. Cũ esset præsertim appetitus dedit se in consuetudinẽ sic, ut prorsus unà uiueret.* **In cruciatũ** *aliq. 1. uo. or. 38. Qui uel ipse sese in cruciatũ dari*

cuperet. 1. uol. phil. 244. Dixit in tormentum, ut infrà. **In custodiam.** *3. uol. ora. 185. At hic, & Suessæ iugulauit eos, quos in custodiam dederat. 2. uol. orat. 101. 1. uol. orat. 259. Sall. 17.. Tradi in custodijs, dixit.* **In domum** *alienam. Ter. 32.. O fortunatũ istum eunuchũ, qui quidem in hanc detur domum.* **In fugam** *aliquem. Cæs. 44. In hostes impetum fecerunt, atque eos in fugam dederũt. Item. 62. 1. uol. or. 222.* **In incertas** *nuptias. Ter. 19. uide in seditionem.* **In leges** *suas aliquid. Pl. 22.. Sed in leges meas dabo. ut hac lege. quas leges Argirippus adolescens lenæ se dicturum innuit.* **In matrimonium** *filiam. Cæs. 2. Eiq; filiam suam in matrimoniũ dat.* **In manum.** *Terent. 7.. Hanc mihi in manum dat.* **In mandatis.** *Pl. 2. Hoc quoq; etiam in mandatis dederat. Att. 113. Dixit mandata, ut infrà.* **In pedes** *se. Plaut. 46. Si non est quod dem, me ne uis dem ipse in pedes?* **In pane** *aliquid. 2. uol. or. 53.. Oppianicum ueneno necatum esse, quod ei datum sit in pane.* **In perpetuũ.** *Terent. 86. Non ego in perpetuum dicebam, ut illam illi dares.* **In pristinum.** *Terent. 5.. In quæstionem aliq. 1. uolu. orat. 38.. Neq; arguo, neq; purgo, quod à nobis oppugnari uideo, ne in quæstionẽ dentur. in or. lib. 33. Quæstioni dixit Plaut. 128. Est permittere ut ex aliquo aliquid in iudicio quæratur.* **In ruborem** *aliq. Plaut. 57. At ego faciam, ut pudeat: nam in ruborem te totum dabo. Iocus est planissimus, nunc se eum ita esse uerberaturum, ut totus uerberibus rubens fiat, quemadmodum uerecundi, qui statim ad aliquod sibi turpe dictum toti rubore suffunduntur.* **In seditionem.** *Terentius. 19. At rogitas, pepulisti me ut homini adolescentulo in alieno occupato amore, abhorrenti abs re uxoria, filiam darem in seditionem, atque in incertas nuptias.* **In sermonem** *se. Attico. 212. Sed mihi crede, iam ista nihil curo. Quare da te in sermonem, & perfeca. 2. uolum. orat. 68.* **In seruitutem** *ad aliq. Terent. 136.. Nam mihi ueniebat in mentem eius incommodum, in ser-*

uitutem pauperem ad ditem dari. In splendorem aliquid. Plaut. 23. Iussin' in splendorem dari bullas has foribus nostris? id est, tergendas esse bullas. In timorem aliqu. Pl. 193. Sic ego illum dolis atque mendacijs dabo in timorem militarem aduenam, ipse sese ut neget esse qui siet. In tormenta, ut supra in cruciatum. 1. uol. phil. 244. Dabit, dabit inquam se in tormenta uita beata: id est, ne in tormentis quidem iustum hominẽ, temperantem, fortem deseret. Indicium alicui. 1. uol. orat. 60. Quapropter si tibi indicium postulas dari, quod tecum unà fecerit, concedo: id est, ut tu indicium facias, eius furta patefacias. Impunitatem. 1. uol. phil. 218. Impunitas enim peccatorum data uidetur eis. Item. 3. uolum. orat. 220. Incensum aliquid alicui. Terent. 144.. Hisce ego dictis, illam ita tibi incensam dabo. planè hoc oratori alienum esse uidetur, quare Cicero dixit potius facere iratum aliq. alicui. aut Inimicũ aliq. alicui. 1. uo, oration. 273.. Quem mihi inimicum Siculi dederunt. Initium alic. rei se. Att. 51. Velim proximis literis, ut se initia dederint, perscribas. Insidias ali. Plaut. 41. Mortuum ego me mauelim leto malo, quàm non ego illi dem hodie insidias seni, si non decipio. uulgò, se non gli la faccio. Item. 103. 188. 197. Iter. Att. 48.. Mihi Epeirus aut iter ad salutem dabit: id est, iter per Epeirum faciam. Itionem domum. 2. uolumine philosoph. 95. Sed Rhodiorum classe propinquum reditum, ac domum itionem dari: id est, domum redire posse. Iudicem. 1. uolum. oratio. 114. Det quem uelit iudicem. Ita Arbitrum, Iudicium. 1. uolum. orat. 114. Si uero illud quoque accipit, ut Prætor in ea uerba iudicium det, ut uel Octa. Balb. iudex homo & iuris & officij peritissimus non possit aliter iudicare. Item. 63.. Item 181.. 286.. in familiar. 206.. Nusquam est iudicare, sed prætoris erat illud iudicium alij faciendum tradere. Iugulum. 1. uolumine philosophiæ. 182. Si nudus es, da iugulum. Iusiurandum. Cæsar. 77.. Cum collaudatis Carnutibus dato iureiurando ab

do ab omnibus. & est iurare. Item Terent. 116.. de off. 74.. Iusiurandum conceptis uerbis. Plaut. 111. Ego iusiurandum uerbis conceptis dedi.

L

Langori se. de off. 25. Laudatorem. 1. uol. orat. 247. Laudem uitio alicui. 1. uolum. orat. 26. Iam profecto te intelliges inopia criminum summam laudem Sex. Roscio uitio & culpæ dedisse. Legationem. At. 27. Deinde alia legatio dicta erat, alia data est. 2. uolum. orat. 62. Quibus uos legationes dedistis. Legem. 2. uol. ph. 171. Ex qua illa lex, quam Dij humano generi dederunt, recte est laudata. Item. 1. uolum. orat. 116. Legem esse Rupiliã, quam Prætor Rupilius ex S.C. de decem legatorũ sententia dedisset. 133. 133.. Libertatem. Att. 87. In quo sibi libertatem censent græci datum. Licentiam. 3. uol. ora. 140.. Vide quid licentiæ Cæsar nobis tua liberalitas det, uel potius audaciæ. 1. uolum. orat. 297.. de offic. 27. 56. in orat. lib. 211. Litem secundum tabulas. 1. uolum. orat. 45.. Nunc tuas C. Fanni Chereæ solius flagitamus, & quo minus secũdum eas lis detur, non recusamus: id est, non recusamus quominus uel ex eius tabulis iudicetur. Literas Romã. 1. uol. orat. 81. Roma. in fi. 104. Vale. v. kal. sextiles. Rhegio, & de Gyaro. Att. 74. Literas ad aliquem. Att. 52.. Locum alicui. Ter. 63. Da illis locum, abi deambulatum. se declarat dicens, abi deambulatum. in orat. lib. 94. Neque enim si multitudo litium, si uarietas causarum, si hæc turba & barbaria forensis dat locum uel uitiosissimis oratoribus: id est, recipit uel uitiosissimos oratores. Locum rei. 3. uolumine orationum. 39. Nam quoad ætas M. Cælij dare potuit suspitioni locum: id est, admittere. Locum honoris suspi. secundo uolumine orationum. 132.. Vt quem locum semel honoris cuipiam dederit, eundem reliquis honoribus debeat. nunc est deferre honorem, dignitatem aliquam. Locum peccandi. Terentius. 6. Dij date facultatem obsecro huic pariundi,

atque illi in alijs potius peccandi locum. Ita **Existimandi.** in fa.35. De tuo in me animo iniquis secus existimandi uideris non nihil loci dedisse. **Locum** gladiatoribus. Att.22. Is quæ= rit ex me, num consueui Siculis locum gladiatoribus dare, ne= gaui. recte (ut uideor) dicendi modus transferri posset ad illud, quod uulgò dicunt, dar campo.

M

Malum alicui. Ter.3. uide damnum.35. **Plus** mali.1.uol.orat. 113.. **Malam** rem. Pl.126. Malam rem uis pro maledictis dari. **Mancupi.** Pl.145. Et ego me illi mancupi dabo. **Manus.** Att.37. Ad extremum autem manus dedisse, & affirmasse nihil se. Cæ.56.. Tandem dat Cotta permotus manus. sumptum est à pugnatoribus, cum se uictos esse fatentur. **Manum.** Pl.34. Da mihi optima fœmina manum. hic est quod uulgò, dammi la mane: id est, fidem da. **Mandatum** alicui.113. Nam cum ista mandata dedisset Lucio Cæsari. in fa.31. Att.125. Pl.2. Et in mã datis. **Mandatum** alic. ad aliq. Att.146. De suo autẽ cõsilio C. Cælio mandata ad me dedisse ut literas. **Mandatũ** uerbo. in fa.148.. Quo nomine etiam. C. Furnio legato uiro forti, atq; strenuo plura etiã uerbo, quàm scriptura mandata dedimus. Sal. 15. Ad hæc mandata uerbis dat. **Medicamentum.** de offic. 70.. Si quis medicamentũ cuipiam dederit ad aquam intercutẽ. **Mercedem.** Pl.66. Cupio dare mercedem, qui illum ubi sit commostret mihi. 2. uol. or.219. Data merces est erroris mei ma gna pontifices. nunc est pœnas dare. **Magistratum.** 2. uol. orat.71. Vti curiata lege magistratus detur. **Maturitatem** faciendi aliquid. in fa.134. Vt res ipsa maturitatem tibi animad= uertendi omnium concessu daret. **Mœrori** animum. Att.92. Neque totum animum tuum mœrori mecum simul dedisses. **Mutuum** aliquid. Att.165. Sed is mihi quoq; in hac mea fu= ga. HS. XIIII. non reddit, quæ dedi eius filio mutua. **Fru= mentum.** 2. uol. or.82.. Etiam mutuum frumentum dedit.

Natalitia.

N

Natalitia. 3. uol. or. 163. Hodie non descendit Antonius, cur? dat natalitia in hortis: id est, natalem celebrat. **Negotium.** Att.11. Datur negotium magistratibus. hic est commutti. Ter.1. Id sibi negotij credidit dari. nunc est tantum id debere se. Plau. 274. **Nequam.** Pl.200.. Vin tu illi dare nequam nunc? Ag. cupio. Mi. en, me dato. **Nomen.** Pl.195. Vt det nomẽ ad mola riam coloniã. 3. uol. or.163. Quis nomen non dedit? Att.53.. Cæ sar passim. **Normam.** 1. uol. phil.46.. Quodq; natura quasi normam scientiæ & principium sui dedisset. **Nugas.** Pl.128. Nugas nunquã mihi ædepol dabit. penè idem est cum dare uer= ba, utrũq; certe est fallere, & dictum non præstare. **Nuptũ.** Teren.7.. Datur'ne illa hodie Pamphilo nuptum? Pl.36. Filiam despondi ego hodie, huic nuptum Megadoro dabo. Teren.113. Perij, ex quo censes, nisi ex illo, cui data est nuptum obsecro. in matrimonium dixit Cæsar.2.

O

Obsides inter se. Cæsar.35. Obsides inter se dare, copias parare cœperunt. **Obuiam** se alic. Ter.83. Nihil est quod malim, quàm illam totam familiam dari mihi obuiã. 1. uo. or.68. **Otium.** Pl.274.. Vos mihi dedistis otium. in or. lib.1. Et id ipsum quod datur otij. in or. lib.110..178. **Occasione** alic. or.232. Et ma xime in perorando dederit occasionẽ nobis aliquã, ut dicamus. **Operam.** alicui. Ter.6. Ibo ac dicam ut dixeram, operam da turum me hodie non posse his dare. **Operam** alic. in fa.106.. Is ad me uenit, dixitq; iudicem sibi operam dare constituisse eo ipso die. **Operam** uentum alicui. Pl.161. Nisi eat, te soluturũ esse nauim, uentum dare operam. **Operas** in portu. 1. uol. or. 143.. Qui in portu Syracusis operas dabat. Item.144.. Fortasse qui præerat operis in portu. **Operam** egregiã. Att.69.. Ni= canor tuus operã mihi dat egregiam. Ita **Malam.** Pl.53.. Me huic dedisse operam malam. **Operam** alicui. in orat. lib.193..

Eodem anno etiam Miloni Rhodio Romæ dedimus operam. Item in or.lib.178. Cum dicendi causa duobus peritißimis operam dedißet L.Lucilio Balbo.C. Aquilio Gallo: id est, auditorem Milonis & L.Lucilij, & C.Aquilij Galli fuisse. Cum ut. Ter. 110. Doq; operam ut clam partus eueniat patrem. Item 26.Nihilo plus agas, quàm si des operam, ut cum ratione insanias.Item.1.uol.or.136.Cum ne. Operam ne. Att.35..Sed do operam, & dabo ne sit necesse. Operam id.Terent.4. Ego nunc id operam do. Operam reip.in fam.159.. Multi clarißimi uiri cum reipub.darent operam, annum petitionis suæ non obierunt: id est, in rep.uersari, rebus pub.interesse. Operam in aliquam rem.1.uol.pb.149.. In quam exercitationem ita nos studioße operam dedimus. Operam studio alicuius rei. in or. libr.193.. Ego autem iuris ciuilis studio multum operæ dabam. Operam liberis.de offic.26. Liberis dare operam, re honestum est, nomine, obscœnum. Operam memoriæ alicuius. in fam.111.. Non quin mihi suauißimum sit & occupato, & ad literas scribēdas (ut tu nosti) pigerrimo, tuæ memoriæ dare operam, ubi ego magis tui memoriæ ausim legere, quando tuæ memoriæ nihil sit. Operam.de off.27. Danda est igitur opera. Opus expolitum.Pl.100.Satin' est, si tibi meum opus ita dabo expolitum, ut improbare nequeas? Optionem.de offic.71. Cui cum tres optiones Neptunus dedißet. 1.uol.or.297.3.uol. or.181..Orationem. Pl.243.Alieno prius quàm tuo, dabis orationem? id est, alienus prius uis ut dicat, quàm tuus? Oscu lum.Plaut.96.Tuam ut matrem uideas, adeas, uenienti des salutem atque osculum.

P

Palmam.Terent.66.Huic equidem consilio palmam do.in orator.lib. 150. Sin quærimus quid unum excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est. Pacem. Plautus.4.Pacem atque otium date istis. Attico.290..Tibi data est summa pax, summa tranquil

tranquillitas. Partes alicuius. in fa.130. Tibi dedi partes Antiochianas: id est, Antiochum te feci loquentem. Paternum aliquid.Terent.86. O', Eschine pol haud paternum istuc dedisti: id est, in hoc patrem non es imitatus. Paucis aliquid.Terent.51. Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo: id est, dicam. Pausam. Plaut. 229. Iam iam Pœnium da pausam.nunc est facere. Pedem. Att. 22. Vnum mihi solum pedem dat. nunc est mediocrem operam dare alicui. Cicero respondendo detorsit sensum ad rem obscœnam, noli inquit, inquam de uno pede sororis queri, licet etiam alterum tollas. Pœnas.in orat.lib.187. Nisi in facinore manifesto deprehensus, pœnas legibus & iudicio dedißet. 2.uolum.philosophiæ.5. Pignus cum aliquo. Plau.112. Næ ego cum illo pignus haud ausim dare.220. Item alicui. Att.124. Minus multa dederant illi Reipub.pignora: id est, pro Repub. multa non passi erant. Plagas.Plaut.23. Etiam de tergo ducentas plagas prægnantes dabo: id est, possum pati inflatas ducentas plagas. Plausum.Pl.248.Plausum date.de offi.90.. Quibus cum à concto consessu plausus esset multiplex datus &c. Plus mali.1.uolu. oration.113.Poculum.2.uolum. orat.23.. Cum ipse poculum dedißet.Potestatem.in orat.libr.62.. Et pictori quam uellet eligendi potestatem dederunt. cuius significatio maior est, quàm facere, ut Laurent.Valla.200.Portorium.1.uolumine orat.144.. His pro rebus quod portorium non esset datum.Possessionem.1.uolumine orat.104.Mihi det possessionem, mihi non adimat. Prandium. 2.uolumine oration. 140. Et item prandia si uulgo essent data.Plaut.10.Quia domi daturus nemo est prandium.Præcepta.de officijs. 42. Tamen quædam præcepta danda sunt &c. Præcipitem aliquem.Terentius. 5.. Quo iure, quaq; iniuria præcipitem me in pistrinum dabit.85..Posthac præcipitem darem.Pretium manu. Plautus. 137. Ego manu pretium dabo. uulgò, pa-

gar la fatura. Prædem. Plautus. 137. Quid ille? prædem dedit. 2. uol. orat. Præfecturas. Att. 85. Itaq; duas ei præfecturas dederim. Præmium. Asc. 23. Et cum ei præmium lege daretur. Item. 23. Cui lege præmium datum est. Præmium. Pl. 237. Date pudori præmia. Prærogatiuam rei. 1. uo. or. 71. Dedit enim prærogatiuã suæ uoluntatis. Præ manu. Ter. 99. Atq; huic paululũ aliquid præ manu dederis, uulgò, al præsente. Primas. in or. lib. 162. Huic primas dedisse Demosthenes dicitur. Ita secundas. Ita tertias. Principatum. de offic. 47. Huic quoq; ergo à maioribus nostris est in tota dignitate principatus datus. Principium. Ter. 34.. Quàm uenustè quod dedit principiũ adueniens. Item. 1. uol. phil. 46.. Vide normam. Ita. 110. Initijs datis. Prore aliqua. Ter. 69.. Quas pro alimẽtis esse nunc duco datas. Pro ambobus. Ter. 28. Heri minas uiginti pro ambobus dedi. Prouincias. Pl. 182.. Atq; heri ante dixeram omnibus, dederamq; eas prouincias. est quid quisque facere debeat, ei præcipere. 1. uolu. or. 211. Pugnam. Asc. 8. Quibus ludis elephantum pugnam primus omnium dedit in circo: id est, edidit. Item Ter. 45. Dabit hic aliquam pugnam denuo. Don. dabit propriè, pro inducet. Plaut. 187..

Q

Quæstioni seruum. Pl. 128. Seruos pollicitus est suos mihi omnes quæstioni, nugas nunquam dabit: & in quæstionẽ. 1. uol. or. 38. Est uero permittere queri ex seruis suis de re aliqua quæ in controuersiam uenerit. Quietem. Att. 35. Si quies dabitur ab Amalthea te non commouebo.

R

Rationem. Pl. 155.. Dari istam rationem uolo: id est, dici uiam & modum hunc cupio. Rationem. 1. uol. orat. 95. Cum sæpius mater & auia pueri postularent, uti si non redderet pecuniam, nec rationem daret, diceret saltem quantum pecuniæ Malleoli deportasset. Recordationes. in familiar. 70. Das enim mihi iucundas recordationes conscientiæ nostræ: id est, in memoriam reuocas. Reditum glorioſum. de off. 121.. Reditum glorioſum tua dedit iniuria, non exitum calamitoſum. Item. 5. Multiq; dantur ad studia reditus. Res. Terent. 71. Quot res dedere, ubi possem præsentiscere, nisi essem lapis. Res se. Ter. 109.. Profecto hoc sic est, ut puto, omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atq; humiles simus: id est, pro statu rerum ut magni, atq; humiles simus.

S

Satietatem rei. 2. uol. phil. 78. Aut quæ nã unquàm ob mortem Mirtili pœnis luendis dabitur satietas supplicij? Salutem ali. Plaut. 96. Tuam ut matrem uideas, adeas, uenienti des salutẽ, atq; osculum. Item. 101. Quin tu primum salutẽ reddis, quã dedi, nunc est salutare. Salutem. 3. uol. or. 143. Homines enim ad deos nulla re propius accedũt, quã salutẽ hoĩbus dãdo nũc uero est hominẽ seruare. Satis. 1. uol. orat. 5. Vt aut uterq; inter se, aut neuter satis daret. Item. 5. Vt sibi Quintius iudicatũ solui satis det. Idem est cũ prædẽ dare. Sauium. Pl. 84.. Ne ego uiuus dem sauiũ Silenio. 203.. Sine dem sauium. 203.. Da ergo, ut credã, sauium. Se ad aliquid. ut ad augendũ aliq. 2. uol. ph. 207. Quod ad Cn. Pomp. gloriã augendũ tanto studio te dedisti. Ita ad docendũ. in or. lib. 193. Qui quãquã nemini se ad docendũ dabat: id est, nõ docebat. Ita ad dicendum. in orat. lib. 83. Se in aliquam partem. in orat. lib. 148. Se in custodiam. 2. uol. orat. 101. Sese in fugam. 1. uolu. orat. 222.. Dant sese in fugam. Se alicui. in fa. 22. Quare date homini. Se itineri. uide labori. Se iucunditati. de off. 25. Atq; etiam cum relaxare animos & dare se iucunditati uolent. Se labori. 1. uolu. orat. 141. Sed cum rosam uiderat tunc incipere uer arbitrabatur, dabat se labori atque itineribus. Se petitioni. in familiar. 208. Iam ante hanc commutationem Reip. petitioni sese dedit: id est, petere cœpit. Se populo ad coro-

nam.1.uol. orat. 158. Tamen ne putamus patronum tuum hoc crimine ceruiculam iactaturum? & populo se ad coronam daturum? Se salutationi. in famil.108.. Cum enim salutationi nos dedimus amicorum:id est, satisfacere amicorum salutationibus. Se senatui.3 uo.orat.120. Ego cum Tribunus plebis Rep.oppressa me senatui dedissem, quem extinctũ acceperam. Se turpiter alicunde. Ter.29. Mirum ni ego me turpiter hodie hinc dabo:id est, se io non mi parto con uergogna. Senatum. 1.uol.orat.113. Senatus ex aliqua ciuitate, qui iudicet datur.ut iudicem. Senatum alicui. Att.314.. Eodẽ igitur die Tyrijs est senatus datus frequẽs. Sequestrum. Plaut.242.. Tu istuc hodie non feres, nisi das sequestrum, aut arbitrum. Sermonem. in famul. 127.. Dabimus sermonem ijs:id est, materiam loquẽdi, & in malã partem. Significationem. in orat.lib.122. Deinde nullam Græcarum rerum significationem daret:id est, significaret. Signum. in famul.177.. Signũ enim magnum amoris dedisti. Item.78. Non magna signa dedit animi erga te mitigati. 1.uol.phil.91. Pudoris, ingenij. Item aliqua re.1.uol.or.222.. Buccina signum datur. Silentium. Ter.101. Mea causa causam hanc accipite, & date silentium. Spatium. Ter.137.. Spatium quidem tandem apparãdis nuptijs, uocandi, sacrificandi dabitur paululum. 1.uolu. orat.286. Specimen. 1.uol.orat.59. Quo tempore, aut qua in re, non modo specimen cæteris aliquod dedisti: sed tute tui periculum feci sti. Spem. Plaut. 143.. Dij immortales spem insperatam date mihi quam suspicor.in famul.62. Literæ. Q. Fratris & Titi Pomponij necessarij mei tantum mihi spei dederant, ut &c. Solatium. in orat.lib.165.. Vos uero inquã Atticæ & præsentem me cura leuatis, & absenti magna solatia dedistis. Att. 83. Multa mihi dant solatiũ.in or.lib.165.. Sopori aliq. Pla.5. Quatuor uiros sopori se dedisse autumat:id est, occidisse. Stabilitatem. 2.uol.phil.49. Principio eorũ quæ gignuntur è terra

terra, stirpes & stabilitatem dant ijs. Statuam.1.uo.or.232. Neq; illam statuam esse ex publica pecunia datam. Stolam. 3. uol.orat.169. Et tanquam stolam dedisset in matrimonio stabili & certo locauit. Studium rei alicui.in fa.48. Quibus à primis temporibus ætatis studium tuum dedisti. Supplicium alicui.Ter.26.. Et Dabis ei ultro supplicium. De se. Ter.53. Interea usq; illi de me supplicium dabo. Item.152. Nisi mihi supplicium uirgarum de te datur. De tergo. Plaut.25.. Dabitur pol supplicium mihi de tergo uestro. ubiq; ut pœnas dare. Suspitionem. in famul.45. Ne cui suspitionem ficte reconciliatæ gratiæ darem. Cæs.66. Ex quo facilius hostibus timoris det suspitionem.

T

Tabellam. 2.uol.phil.191.. Dedit huic quoq; iudicio Cælius tabellam:id est, iudicauit. Tabulam prærogatiuæ. 3.uol. or. 81.. Cui primam comitijs tuis dederas tabulam prærogatiue. Tanti. Ter.80.. Vbi me dixero dare tanti. Tempus agendi aliquid.in fa.10. De qua ratione tota iam uidetur mihi exponendi tempus dari. Tempus uacuum. Ter.52.. Sine me uacuum tempus ne quod dem mihi: id est, ne ab agendo cessem. Testes. 1.uol.orat.76. Testes dantur.269. Sed secundum arbitrium tuum testes dabo. Testem in aliq. 1.uol.or.223.. Ficti testes in eum dantur. Testimonium. Att.22. Sibi enim bene gestæ, mihi conseruatæ Reip. dat testimonium. Item.3.uol. orat.260.. Item.1.uol.or.268. Togam puram. Att.80.. Q. sororis tuæ filio togam puram iubebo dari. 86..152.138. Tranquillitatẽ. Att.290. Tibi data est summa pax, summa trãquillitas. Turbas. Ter.39. Eunuchũ quẽ dedisti nobis quas turbas dedit? Turbellas dixit Pl.182. Quo pacto, & quãtas soleã turbellas dare. Ci. efficere turbas dixit. 1.uo.or.242. uide facere.

V

Vacationem. 1.uol.or.204.. Pro hisce rebus uacatio data est ab isto

ab isto sumptu, laboris, militiæ, rerũ deniq; omniũ. **Vadem.** 1.uol.phil.81. Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico? **Vbi.** Ter. 71.. Quot res dedere ubi possem præsentiscere nisi essem lapis. **Venenum.** 2.uol.orat.54. Age uero uenenum per quem datum est? Item. 53. **Veniam.** & concedere est, & ignoscere interdum. Ter. 21. Aequum postulat, da ueniam. Item. 98. Age da ueniam filio. Cæs. 201.. Et tamen petentibus dare ueniam utile esse statuit. Item in orat. lib. 93. Date nobis hanc ueniam. Att. 83.. Dedi ueniam homini impudenter petẽti: id est, concessi. Ter. 75. Pater obsecro mihi ignoscas. ME. Da ueniam Chreme: id est, ignosce. **Verba.** Ter. 12. Si quid narrare occepi, continuo dari uerba tibi censes. Item cui dare uerba, difficile est. **Verberationem.** in famul. 267. Mirificam mihi uerberationem cessationis epistola dedisti. **Vela.** in orat. lib. 203.. Danda nimirum uela sunt. Item. 125.. **Viam** per fundum suum. 2.uolu.orat. 289.. Quibus sese uiam per fratris sui fundum dedisse dixit. **Viam** & rationem. in orat. lib. 48. Quare da nobis uiã rationemq; defensionis: id est, doce. **Vias.** 2.uol.phi.98. Nullas uias dant nobis ad significationis scientiã. Item. 98. Nec si dant uias. **Vicarium.** 3. uolu. orat. 240. Quod si in bello dari uicarij solerent. **Vitio** aliquid alicui. de offic. 14.. His non modo non laudi, uerum etiam uitio dandum puto. Item. 1.uol.orat. 26. **Vim** in aliqua re. 1.uol. or. 79. Vim in inquirendo tantam habui, quantam mihi lex dabat. **Vim dicendi.** Att. 54. Tum profecto doloris magnitudo uim quandam nobis dicendi dedit. **Vitam** alicui. Plaut. 155. Huic homini dignum est diuitias esse, diu uitam dare. Item. 155. Qui lepide ingenuatus esset, uitam longinquam darent. Item in orat. lib. 38. Etenim uehementer est iniquum, uitam, quam à natura acceptam propter patriam conseruaueris, naturæ cum cogat, reddere: patriæ, cum roget, non dare. **Voluptatem.** Plaut. 9.. Atque ipsa de me scio, cui uoluptas parumper data est

est. **Vsuram lucis.** 1.uol.orat. 251. Ipsis piratis lucis usuram tam diuturnam dedisti? **Vxorem** alicui. Ter. 9. Tuus pater modo me apprehendit, ait tibi uxorem dari se hodie. 4..

Deamare, est ualde amare. Ter. 69. Deamo te Syre. Item Pl. 210.. Quam herus deamat tuus.

Dealbare, aliquid. in fa. 109. Et puta me uirum bonum esse, nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Illi persimile est, duos generos sibi ex sola filia non quærere.

Deartuare opes. Plaut. 53. Tuis sceleslis falsidicis fallacijs dilacerauisti, deartuauistiq; opes, confecisti omnes res, atq; rationes meas.

Debacchari, est furere, à bacchãtibus sumptum, quæ cum cursu, tum clamoribus insanum imitantur. Ter. 80. Si satis iam debacchatus es leno, audi si uis nunc iam. **Mentem.** Sall. 137.. Mentem debacchantem inaudita feritate. **In aliquid.** Ter. 80. Egon' debacchatus sum in te, an tu in me?

Debere, est obligatum esse. **Pecuniam** alic. in famil. 226. Eius filio mire erudito, & studioso, & modesto pecuniam Niceenses grandem debent ad sestertium octogies. **Ex re.** 1.uol. orat. 49.. Debeo tibi ex societate nihil. **Animam.** Ter. 137. Quid si animam debet? quod uulgo etiam è debito il core, e la nima. **Vt amorem** alic. in fa. 10.. Et Quoniam tibi incredibilem quendã amorem, & omnia in te ipsum summa, ac singularia studia deberem. **Animum** alicui. in famil. 10.. Reip. quæ te in me restituendo multum adiuuisset, eum certe me animum merito ipsius debere arbitrabar. **Fructum.** in famil. 10. Sed certe qui ex me tibi fructus debentur, eos uberiores, & præstantiores præsens capere potuisses. **Gratiam.** Sall. 81.. Et uestrarum rerum ultro iniuria gratiam debere? **Laudem** alic. Att. 9. Qui mihi laudem illam eo minus deberet. **Pietatem** alic. 2.uol.phil. 24. Quæ porrò pietas ei debetur.

Debilitare, est minuere. in famil. 5.. Qua debilitantur cogitationes

tiones & inimicorum,& proditorum. Spem alic. Att.70. Sed tua profectio spem meam debilitat. Veritatem. 3.uolu. orat.1. Vt multis in commodis ueritas debilitata.

Decedere, Discessum continet in plerisq; uerbum,& dicimus aliquid simpliciter,& de loco,& de re aliqua aliquem decedere. Febrem. Att. 272.. Sic cum biduum cibo se abstinuisset,subito febris decessit. Inuidiam. Sall. 63.. Metellus interea Romam profectus contra spem suam lætissimis animis accipitur,plebi patribusq; postquã inuidia decesserat, iuxtà carus. Iram. Ter. 112. Decedet iam ira hæc, etsi merito iratus est. De prouincia. 1.uol.orat.118.. Is ubi primum potuit, istum reliquit,de prouinciáq; decessit. Hoc maxime de magistratibus dicebatur, cum successori tradita prouincia ex ea decedebant:tamen etiam de priuatis interdum boni dixerũt,ut Att.85. Sed ij,quibus petierat de prouincia decesserant:id est, discesserant.Ex Cypro. Att.91.. Vt ex Cypro equites ante certam diem decederent. Roma. Att. 31. Hoc est Roma decedere, quos homines fugi,cum in hos incidere. De bonis suis aliq. 1.uol.orat.117. Vnum prætor imperet,uiq; cogat aliquẽ de suis bonis omnibus decedere? De ciuitate.3.uol.or.56.. Qui de ciuitate,quàm de sententia decedere maluit. De curriculo uitæ. 1.uol. orat. 145. Si ne minimum quidem de meo curriculo uitæ,quod mihi semper propositum fuit,decessero:id est,si uitæ tenorem seruaro. De dignitate. 1.uol.orat.71.. Quid faceres pro homine innocenti & propinquo ? cum propter hominem perditissimum,atq; alienissimum,de officio ac dignitate decedis? De foro. Att. 168. Itaq; ad aduentum imperatorum de foro decesserat timens proscriptionem : id est, foro cesserat. De iure suo. 1.uolu.orat.30.. Tametsi statim uicisse debeo, tamen de meo iure decedam : id est , concedam aliquid ex meo iure.De officio. uide de dignitate. De ratione. Att.22.. Non'ne ego de optima illa mea ratione decederem? De sententia

tentia. in familiar.18.. De hac quoq; sententia bima decedat. Item Att.192..3.uol.orat.56.. Item. 2.uol. oration.159. De summa aliquid. Ter.95. De summa nihil decedet:id est, nihil detrahetur de summa. Pro mori. Att.265.Pater mature decessit. Item. 4.. Pater nobis decessit. Ex partu mulierem. Asc.4.. Apud quem illa ex partu decessit.

Decere,est conuenire,& aliq.aliquem,& alicui,decet.Pl.116.. Contempla amabo mea Scapha satin' hæc me uestis deceat. Et Decent. 116. Age dum contempla aurum,& pallam satin' hæc decent Scapha ? Item de offic.23.Nec uelle experiri,quàm se aliena deceant. Alicui aliq. Ter.72..Vbi cui decuit.Item 98. Imo hercle ita nobis decet,quæ dicendi tamẽ figura iampridem dici desita est.

Decernere, est de magnis rebus certam proferre sententiam. Interdum etiam certare significat. Honorem alicui. Att. 283. Quis honos ei non fuit decernendus ? Item. 81. Item.3. uol.orat. 211. Imperium alic. Att. 283. Decreui etiam imperium.Iudicium alic.3.uol.orat.57. Nos Cn. Pompei decretum iudiciũ de consilij sentẽtia pronuntiatũ recognoscemus? Legiones in prouinciam.in fa.28. Quod quæris,quid existimẽ de legionibus,quæ decretæ sunt in Syriã. Pecuniam ad aliq.Att.295.Quod cum ad templum,monimentumq; nostrũ ciuitates pecunias decreuissent.Item Sall.17. Prouinciam. 3.uol.orat.36. Eripueras senatui prouinciæ decernendæ potestatem.Quæstionem alic.1.uo.phil.75..Quo plebiscito decreta à senatu consuli Cn.Scipioni quæstio.Ita Cæs.89.. Quæstionem de bonis direptis decernunt. Secundum aliq. Att. 54.. Nuntiat iam populo pontifices secundum se decreuisse. Sumptus alic.in fa.41..Quibus ego non tã imperaui,quàm censui sumptus legatis quàm maxime ad legem Corneliam decernendos. Supplicationem. in familiar.66.Si mihi supplicationes non decernuntur. Item. Cæs. 47. Sallustius. 49. dixit

dixit **Supplicia**. Itaq; senatus ob ea feliciter acta dijs immortalibus supplicia decernere. Veteres enim quædam sacrificia à supplicando supplicia uocabant. **Triumphum** ali. 1. uol. phil. 113. An senatus cum triumphum Africano decerneret &c. **Capite** suo aliq. Att. 163. Sed utinam meo solum capite decernerem: id est, mei unius tantum periculum ageretur.

Decertare manu. de off. 16.. Decertandum manu est, & mors seruituti, turpitudiniq; anteponēda, inter se. 1. uol. ph. 125. Vbi Demosthenes, & Eschines inter se decertare soliti sunt?

Decidere. Nunc à cado componitur, & dicimus re, de re, ex re decidere aliquem. **Spe aliquid**. Ter. 70. Quanta spe decidi. **De spe**. Ter. 56. Ve misero mihi, quanta de spe decidi. **Ex astris** aliq. Att. 36. Nam quia deciderat ex astris, lapsus potius, quàm progressus uidebatur.

Decidere. Nunc uero à cædo est, & maxime ad lites componendas facit, & aliquid, & de aliqua re decidere dicimus. ut. 1. uol. orat. 3. Cum pecuniam C. Quintius P. Scapulæ debuisset, per te C. Aquili decidit P. Quintius, quod liberis eius dissolueret. Item in orat. lib. 3.. Decidis, statuisq; tu propter necessitudinem, quæ tibi cum scapulis est, quid ijs ad denarium solueretur. **Dere**. 1. uol. orat. 50.. De tota re inquit decidisti. Item 50.. Tuam partem dimidiam quemadmodum uis decide.

Declamare causas. 1. uol. phil. 149.. Vt enim antea declamitabam causas. **Ad fluctus**. 1. uolu. phil. 125. Quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem.

Declarare horas. 3. uol. phil. 43.. Aut cum solarium uel descriptum, aut ex aqua cōtemplare, intelligere declarari horas arte, non casu: id est, significare. **Aliquem**. Att. 38. Permagni nostra interest, te, si comitijs nō potueris, at declarato illo esse Romæ. **Præsentiam** suam deos. 2. uol. phil. 27. Idq; euenit non temere, nec casu, sed quòd præsentiam sæpe diui suā declarant: id est, ostendunt. **Voluntatem** suā aliq. 3. uol. or. 210.. In qua

qua & uirtutem & uoluntatem suam declarent.

Declinare, est deorsum aliq. flectere. Sed quoniam sæpius caput, aut etiā totum corpus declinando periculū deuitatur, consuetudo inualuit, ut pro uitare poneretur, neq; & tantū deorsum, sed quoquouersus se quis flecteret, idē significaret. Varie uero ut cōstruatur, exēpla docebūt. **Contraria**. de off. 3. Declinetq; ea, quæ ei nocitura uideātur. **Laqueos**. 3. uol. or. 109.. Atq; illam beluā iudicij laqueos declinantē iam irretitum teneret. **Periculum**. Asc. 17. Cū posset omne periculū suū, & offensionem inimicæ multitudinis declinare. **Telum**. Sall. 133. Nec si uiri estis, declinatura est telum ipsum sacrosanctæ uestræ autoritatis. **Vitium**. de off. 4.. Quibus uitijs declinatis. **Ab officio**. 1. uo. or. 148. Quis huic ignoscat, si qua in re ipse ab religione officij declinarit? **A loco** aliq. Att. 231.. Sed nō arbitrantur eū à Capua declinaturū. **A malis**. 1. uol. ph. 212. Sic à malis natura declinamus. Item Ter. 104.. Neq; declinatam quicquam ab aliorum ingenio ullam reperio. **Ad dexteram**. 1. uol. ph. 125. Modo etiā paulum ad dexteram de uia declinaui. **De uia**. uide ad dexteram. **Extra uiam se**. Pl. 42. Nam ego modo declinaui paulum me extra uiam. ubi uides, cum satis plenum haberi posit aliquem declinare à re aliqua: tamen recte addi etiam se, & dici aliquem se ab aliquo declinare.

Decollare spem. Pl. 51. Est illic mihi una spes cœnatica, si ea decollabit, redibo huc ad cœnam asperam: id est, si fallet ea spes, uel potius peribit, quasi collum fregerit, & intransitiue. sed admodum comica dicendi est figura, ut etiam dearatuare opes.

Decolorare, est pallidum facere. de enim nunc detrahit. ad Her. 14.. Corpore decoloratum constat fuisse.

Decoquere, est ualde coquere. de re rust. 41. Decoquuntur duæ partes: id est, ad tertiam partem consumi aliquid ad ignē.

quoniam uero quæ decoquuntur, ad nihilum redigi solent, si plus satis ad ignem commorentur, ita fortasse de ijs, qui sua bona ita consumpsissent, ut fide omni conciderent, factum est, ut eos decoxisse ueteres dixerint, quos uulgò nostrates appellant, falliti. & decoquere, fallir. id quod etiam per uerbum conturbare dixerunt. idque tantum intransitiue fieri in utroq; comperio. Vt. 3. uol. or. 169. Tenes'ne memoria prætextatum te decoxisse? Item paulo infra. Quãuis qui fortunæ uitio, non suo decoxisset. Consilium. Sall. 129. Consilia nefarij facinoris in amplissimi ciuis M. Leccæ domo decoquebantur: id est, habebantur.

Decuriare. 2. uol. or. 268. Sic tu doce sequestrem fuisse, largitum esse, conscripsisse, tribules decuriauisse. Item. 268. Decuriasse Plancium.

Decurrere ætatem. 1. uol. or. 18.. Prope acta iam ætate, decursaq;: etsi non sit decurri.

Decussare. 2. uol. ph. 199. Hanc igitur coniunctionem duplicem in longitudinem diffidit, mediæq; accommodans mediam quasi decussauit. Est autẽ decussare in longitudinem aliquid, ut uimen, equis partibus discindere.

Dedecere, in aliq. de off. 29.. Vt si quid dedeceat in illos, uitemus & ipsi.

Dedecorare aliq. Pl. 104.. Qui dedecorat te, me, amicos, atq; alios flagitijs suis: id est, dedecore afficit.

Dedere. Omnino maior uis est in dedere, quàm in dare, siquidem damus, quæ repeti possunt, ait Do. hocq; deuictorum militum, illud omnium rerum. transfertur tamen ut cætera. Se. Cæ. 23. Qui se suaq; omnia sine mora dediderunt. propriè usus est Cæsar, hostium enim ut dicebamus, deuictorum propria est deditio. Ita Pl. 4.. Deduntq; se, diuina, humanaq; omnia, urbem, atque liberos in dtionem atque arbitratum cuncti Thebano populo. Animum. Terent. 107. Habebam

Habebam alibi animum amori deditum. Aures alic. Att. 30.. Vide enim quibus hominibus aures sint deditæ meæ. Operam. Ter. 36. Quasi dedita opera domi erant. Pœnas temeritatis. Att. 144.. Dedo pœnas temeritatis meæ: id est, satis superq; do. Se doctrinæ. de off. 14. Quapropter & his forsitan concedendum sit Remp. non capescentibus, qui excellenti ingenio doctrinæ sese dediderunt. Libidínibus se. 1. uol. ph. 163.. Et se totos libidinibus dedidissent. In ditionem se. Pl. 4..

Dedícare, est dijs aliquid dicare, consecrare. Aram, simulachrum. 2. uol. or. 237.. Simulachrum autem, aut aram si dedicasti &c. Theatrum. Asc. 3. Quibus theatrum à se factum dedicauit. Item. 3. 8.

Dedíscere, est quod didiceris, obliuiſci. sed transfertur. in fam. 138. Dediscendæ tibi sunt sportellæ.

Deducere. Quoniam non satis plenè in capita uerbi huius significatio distribui posse arbitratus sum, ad unum quodque exemplum, quod modo expositione ulla indigeat, id faciendum reseruari uolui. Ab aliquo. in fam. 2.. Quod instituit referre de religione, & sæpe iam retulit, ab eo deduci non potest: id est, retrahi, abduci. A mente aliquid. 1. uol. or. 77.. Quorum scelerum pœnis agitatur, & à mente, consilioq; deducitur: id est, omni consilio pruari. A consílio. uide à mente. A timore. 2. uol. ph. 56. Hac deducimus à timore perterritos. Ab accusatione. 1. uol. or. 79. Me magna pecunia à uera accusatione esse deductum: id est, destitisse accusare. Ab errore aliq. in or. lib. 102. Idemq; languentem, labentemq; populum aut ad decus excitare, aut ab errore deducere: id est, uerum docere. Ab integritate aliq. Att. 291. Præclarum est enim summo cum imperio fuisse in Asia triennium, sic ut nullum te signum, nulla pictura, nullum uas, nulla uestis, nullum mancipium, nulla for-

ma cuiusquam, nulla conditio pecuniæ, quibus rebus abundat ista prouincia, ab summa integritate, continentiáq; deduxerit. Ab religione. 1.uol.or.202.. Quæ potuerit Heium hominem maxime locupletem, minime auarum ab humanitate, & pietate ab religione deducere. Ad aliquid. 2.uol. or.147.. Qui ad hoc iudicium deducti non sunt:id est, adducti. Ad ocium rem. Cæ.121. Si qua hominum æquitate res ad ocium deduci posset:id est,traduci. Candidatum. Att. 22. Quin etiam cum candidatum deducerem. Id moris fuisse uidetur: ut cum candidati peterent, ab aliquo principe ciue deducerentur:quasi eius ductu Po.commendarentur. quod uidetur significare Ci.Att.1. Vt mihi uideatur non esse ἀδύνατον Curium obducere: id est,circunducere. Cibum alicui. Terent.31.. Si qua est habitior paulò, pugilem esse aiunt, deducunt cibum:id est, detrahunt. Coloniam. 3.uol.or. 179.. Deduxisti Coloniam Corfinium, quò Cæsar ante deduxerat. Item.179.. Est enim maxime aptum uerbum ad colonias collocandas. De fide. 1.uol.or.71. Vt cuius diutiæ me de fide deducere non potuissent:id est,abducere. De rationibus. de off.12.. Vt boni ratiocinatores officiorum esse posimus,& addendo, deducendoq; uidere,quæ reliqui summa fiat: id est, addendo,detrahendoq;. De prouincijs.3.uol.or. Hos uos de prouincijs si non aliquando deducendi essent, diripiendos non putaretis? De sententia. Att.25. An me aliquo præmio de sententia esse deductum:id est,sententiam mutasse. De statu.1.uol.or.110.. Propè de uitæ meæ statu dolore, ac lachrymis suis deducerent. De domo aliquid.in fa.151. Cumq; magna multitudo optimorum uirorum,& ciuium me de domo deduceret.& Domum aliq. Ter.103.. Vt ad pauca redeam,uxorem deducit domum. Ex aliquo loco. 3.uol.or. 252. Saxam uero decidium præterire quî possum, hominem deductum ex ultimis gentibus? In amplitudinem. Cæ. 92..Et

92.. Et quam in fortunam, quamq; in amplitudinem deduxisset. In angustum. 1.uol.ph.46. Sed ea contraherent,in angustumq; deducerent. In controuersiam. Cæ. 95.. Et re in controuersiam deducta. In discrimen. in fam. 158.. Aequo animo summã Reip.in discrimen deduceremus. In fortunã. uide amplitudinẽ. In fraudem.in fa.157.. Qui quidem cum in fraudem deductum se uideret. In iudicium. uide ad iudicium. In locum rem.in fam.260. In eum locum res deducta est. In noctem. Cæ.175. Spe enim conficiendi negocij propè in noctem rem deduxerant: id est, nox addita est operi. In ordinem sessum.in fam.164. Herennium Gallum Histrionem summo ludorum die annulo aureo donatum, in quartumdecimum sessum deduxit. In periculum. Cæ. 91.. Quos cupiditate gloriæ adductus in periculum deduxi. ut in discrimen. In rationem uitæ. Att.297.. Quare quoniam in eam rationem uitæ nos,non tam cupiditas quædam gloriæ, quàm res ipsa, ac fortuna deduxit. in Hyberna. Cæ.19. In hyberna in Sequanos exercitũ deduxit. Itẽ.83. Naues. Cæ. 48. Et longas duo de triginta inuenit,neq; multũ abesse ab eo, quin paucis diebus deduci possent. & hoc maxime proprium est dictum. cuius contrariũ est subducere. uulgo buttar in aqua, tirar in terra. Regem. in fam.2.. Tibi decernitur,ut regem deducas:id est,in regnum restituas. Vxorem. Ter.103. Vt ad pauca redeam uxorem deducit domum. Item.10. Hic nunc non dubitat, quin te deducturum neges. Ita enim legit Adrianus, qui admonet,uerbum accõmodatum esse,aut ad uxorem, aut ad amicam ducendam:ut etiam suprà. Ad quem iste deduxerat Tertiam Isidori mimi filiam. Do. uero ait. Duci est ad supplicium,deduci ad lætitiam. Aliqua re aliquid.in fa.235. Neq; legis improbissimæ pœna deductus est, quo minus hospitij,& amicitiæ ius, officiumq; præstaret:id est,deterritus est. ita lachrymis,pecunia &c.

Adrianus Car.

Deerrare, *ab aliquo. ad Her. 3. Et si non deerrabimus ab eo, quod cœperimus exponere.*

Deesse. *Defectum uerbũ significat, & aliquid alicui ad aliq. in aliq. & ab aliquo deesse dicitur. in or. lib. 186.. Itaq; & paucæ centuriæ ad cõsulatũ defuerunt. ita* In aliquem *in fa. 181.. Quod officium tuum, quod uel in absentem me, uel in præsentes meos defiat?* In causis *in or. lib. 176. Qui, etsi cum remiserant dolores pedum, non deerat in causis, tamen id non sæpe faciebat: id est, defendebat.* Aliq. *officio. in fam. 96.. Si manerem in Italia, uerebare, ne officio deessem.* Ratio. *Ter. 129. Non ratio, uerũ argentum deerat.* Verba *alicui. in fam. 23. Futures ne unquã accidere posse, ut mihi uerba deessent.* Voluntatem *alicui. in fam. 64. Neq; mehercule unquã mihi tui aut colendi, aut ornandi uoluntas defiat.* Ad aliq. *aliq. Att. 61. Nec metuo, ne mihi sermo desit abs te.*

Defatigare animum *alic. ad Her. 19. Atq; animi defatigati ab aduersarijs multitudine uerborũ.* In labore *aliq. re. Cæ. 228.. Cæsar iubet milites rursus ad opus redire, & p causam munitionum Tyrones in labore defatigare non intermittit.*

Defendere. *Tam id defendimus, quod dãnũ infert, q̃ cui damnum infertur. Cæ. 145. Facta item ex fortissimis lignis, euoluta omnibus rebus, quibus ignis iactus, & lapides defendi possent: id est, quæ ignibus, atq; lapidibus missis obstare possent.* Iniuriam. *de off. 66.. Etenim si is qui non defendit iniuriam, neq; propulsat à suis.* Locum *suum. 1. uol. or. 7. Ne locum suum quem adhuc honestissimum defendit, obtineat.*

Deferre. *Sane multa significat hoc uerbum, nec quæ facile unũ in locum paucis concludi possint. habet enim modo accusationem, modo ad dignitatem pertinet, affert interdum, enunciat, deuenit, & multa alia, ut in exemplis late uidebitur. cõstructio uero est & alic. & ad aliq. aliq. & de aliqua deferre.* Nomen *alicuius. 3. uol. or. 53.. Nomen amici mei de ambitu detulit.*

tulit. item De pecunijs *repetũdis. 1. uol. or. 56.. Cum de pecunijs repetundis nomen cuiuspiam deferatur. ita* De parricidio. *1. uol. or. 23. Vt nomen huius de parricidio deferrẽt. ubi adhuc crimen in deferendo alicuius nomine, in ablatiuo cum de præpositione poni uides. Hoc autem erat in reis nomen alicuius scribi curare, qui postea ad iudices esset accusandus.* Apud *aliquem de aliquo. 2. uol. or. 87.. Si quæ apud uos de me deferunt. & nunc quandam habet accusationis speciem.* Nuntium *ali. 3. uol. or. 68. Nolite per deos immortales iudices hũc illi acerbũ nuntium uelle deferri. &* Ad aliquem *aliquid. 1. uol. or. 88.. Is ad eum rem istam defert. item in fam. 28.. Permulti ad me detulerunt. nunc est referre.* Miserias *alic. Att. 91.. Scio, nam ad me Ephesum usque uenerunt, flentesq; equitum scelera, & miserias suas detulerunt: id est exposuerũt, conquesti sunt.* Voluntatem *ali. in fam 94. Hanc meam uoluntatem ad matrem tuam optimam fœminam, tuiq; amantissimam detuli. item in fam. 211.. Eiq; nec opinanti uoluntatem tuam tantam per literas detuli: id est, quæ tua esset uolũtas significaui.* Ad senatum. *Att. 11. Defertur res ad senatum: de qua scilicet deliberet senatus. ita* Ad populum. *de off. 74. Rem ad populũ detuli.* Honores. *3. uo. or. 79. Omnes enim honores Pop. Ro. mihi ipsi homini detulit: id est, demãdauit. Ita in omnibus quæ cũ aliqua dignitate mãdantur, ut imperiũ, munus: sed uidetur in uerbo quid etiã propensioris eorũ animi, qui deferunt, inesse, quàm est in decernere, facere.* Imperium. *3. uol. or. 137.. Si illud imperiũ esse potuit, quod ad priuatum clamore multitudinis imperitæ nullo publico consilio deferebatur.* Munus *alicui. Att. 292. Qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris, ac muneris nõ temere, nisi libertis suis deferebãt. ita* Beneficium. *uide munus. Ita* Labores. *uide munus.* Primas *alic. Att. 14.. Cum à fraterno amore domesticoq; discesi, tibi primas defero. Item in or. lib.*

199.& Ad aliquem. 2.uol.ph.5. Ad quem tum Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. Ita Priores. in or. lib.172. Etsi utriq; primas, priores tamen libenter Lælio deferunt: ubiq; est tribuere. Præconium alic. Att.207. Ligarianã præclare uĕdidisti, posthac quicquid scripsero, tibi præconiũ deferã. ut scilicet à te exeat, tu diuulges. Beneuolentiam. in fa.87.. Vniuersum studium meũ, & beneuolentiam ad te defero. Studiũ suum alic. in fa.84. Atq; optimo filio tuo studium, officium, operam, laboremq; meum iampridẽ, & pollicitus sum, & detuli. in fam.16. Atq; istam quidem partem uitæ consuetudinis nostræ totam ad te defero. Causam ad aliq. in or.lib.172. Itaq; autoritate. C. Lælij publicanos causam detulisse ad Galbam. In manum hostium. Att.186. Asinium delatum uiuũ in manus militũ. Rationes. in fam.75. Quanquàm iustis de causis rationes deferre properarim: id est, deponere. Aliq. in fam.76. Scito à me, & tribunos militares, & præfectos, & cõtubernales dũtaxat meos delatos esse. Item infra: Liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabam dari, postea certior sum factus triginta diebus necesse esse, quib. rationes retulissem. Mos fuit, ut cũ magistratus ex prouincijs decederent, ijs triginta diebus, quibus rationes detulissent, eorum nomina, qui secum in prouincia egregiam Reip. operam nauassent, etiam deferrent, quos postea senatus, cũ occasio dabatur, honesto aliquo munere prosequebatur.

Deferuere, est sedari, mitescere studium alic. 2.uol.or.40. Et hominum studia deferbuisse intelligebat. Cupiditates adolescentiæ. 3.uol.or.46.. Quorũ cum adolescentiæ cupiditates deferbuissent. Ter. dixit Adolescentiam. 79. Sperabam iam deferuisse adolescentiã. ut deferui, & deferbui in præterito habeat: ut affirmat Do. nam deferbere apud bonos non legi.

Deficere, modo est desciscere, deserere: in qua significatione passiue usus est Ci. interdum deesse, non sufficere, nec nõ etiam carere,

carere, uel in deponentali uoce. Ad hunc uero modum uariam formam recipit, ut ab aliquo, & aliquem, uel alicui, aliqua re aliq. deficere dicamus. A se ipso. in fa.26. Vt collectam gratiam florentissimi hominis effunderem, à meq; ipse deficerem. A rep. in fa.187. Cæteriq; qui unà cum illo à Rep. defecerunt. A nomine nostro. 1.uol.or.92. Deficere ab imperio ac nomine nostro uolebat. Aliquid aliquem. ut uires. in or.lib.101.. Vt cum me uires (quod ferè iam tempus aduentat) deficere cœpissent. Vim. in or.lib.197. Quòd si quem aut natura sua, aut illa præstantis ingenij uis forte deficiet. Vocem. 1.uol.or.119.. Nam medies, uox, latera deficiant, si nunc uociferare uelim: id est, nõ sufficiant. 2.uol.or.195. Nũc uel solus defectus ad calamitatẽ, uel primus uocatus ad tale periculum, omnium animos debeo cõmouere. defectus dixit, quasi destitutus, desertus. Aliquid alicui. ut Animum ali. 2.uol.or.152. Ad quam opprimendam non animus eis, sed uires deficiunt, & absolute. Att.12. Atq; ille locus inductus est à me diuinitus, ne una plaga accepta patres conscripti conciderent, ne deficerẽt: id est, animum ut retinerent. Item Ter.132. Sed ea causa nihilomagis deficimus. Item in or.lib.197.. Attamen cum esset Demosthenes, multi oratores magni, & clari fuerunt, & antea fuerant, nec postea defecerunt: id est, desiuerunt esse. & solem deficere dixit Ci. 2.uol.ph.103.. Et quidem idem primus defectionem solis, quæ Astyage regnante facta est, prædixisse fertur. Deponentaliter positum. 2.uol.or.56.. Mulier abundat audacia, cõsilio, & ratione deficitur: id est, caret.

Defieri diem. Pl.244. Omnia iterum uis memorari scelus, ut defiat dies: id est, deficiat.

Defigere aliquid in re, & in rem. ut Audaciam. 3.uol.or.70.. Nihil de hac eius urbana, quam ille præsens in oculis uestris, mẽtibusq; defixit, audacia loquor. Furta alicuius in oculis. 1.uol.or.67. Vt non modo in auribus uestris, sed in oculis

omnium sua furta, atq; flagitia defixurus sim: id est, in oculis expositurus sim. Oculos in possessionē. 3. uol. or. 232.. In cuius possessiones, atq; fortunas non impudētissimos oculos spe, & mente defigere? nunc est impotenter appetere.

Definire, Duo uerba sunt definire, & diffinire una tantū litera inter se dissidentia. nam omnino in sensu eadem esse nunquam negarem. ambo enim quosdam rei, qua de agitur, certos terminos præscribunt. neq; ego unquam auderem dicere unū tantum esse uerbum, sed scriptorum imperitia iampridem duo esse facta, cum duo ubiq; scripta comperiam. unum illud possum comprobare, longe omnino crebrius definire, quàm diffinire usurpari solere. Aspectum. 2. uol. ph, 127.. Cū enim illi orbis, qui cœlum quasi mediū diuidunt, & aspectum nostrū definiunt: id est, terminant. Imperium. 3. uol. or. 68. Sed quoniā C. Cæsar abest longissime, atq; in his est nūc locis, quæ regiones orbem terrarū, rebus illius gestis imperium Pop. Ro. definiunt, nolite p deos immortales &c. Prædia. 3. uol. or. 216. Sedes sibi optimas, hortos, Tusculana, Albana definiūt: id est, iam dimēsa inter se diuidunt. Hortos. uide prædia. Moderationem animi. ad Her. 1. Si recta intelligētia, & definita moderatione animi gubernetur. In quinquennium. 2. uol. or. 72... Dat præterea potestatē uerbo prætoriam, re uera regiā definit in quinquenniū: id est, præscribit finem v. anno. Extrema. in or. lib. 202.. Sæpissimeq; extrema definiunt: id est, faciunt extrema ut in eundem finem cadant. Aliquid aliqua re. in or. li. 143.. Atq; his ferè ipsis definietur uiris: id est, nō uagabitur extra hos uiros. Termino certo aliquid. ad Her. 17. Si unāquanq; rem certo naturæ termino definiemus.

Deflectere. Flectere proprie est quod rectū sit incuruare: deflectere deorsum flectere. sed transfertur ad multa alia: & dicimus aliquid ab aliqua re, & ad aliquid deflectere. Ab aliquo. 2. uo. or. 253. Nihil ut à patris, auiq; Africani præstabili insigniq;

insigniq; uirtute, præterquā q, à senatu descisset, deflexisset. Et dere. 2. uol. or. 135. Cū te de curriculo petitionis deflexisses, animumq; ad accusandum transtulisses. De regione. 1. uol. or. 272. De omnibus nobis si quis tantulum de recta regione deflexerit: id est, à recto uel tantulum discedet. De spatio. de off. 104. Deflexit enim iam aliquātulū de spatio, curriculoq; cōsuetudo maiorum. De uia. de off. 34.. In quo uerbo lapsa consuetudo deflexit de uia. Ad aliquid. Att. 145. Et Aetas iam à diuturnis laboribus deflexa ad ocium, domesticarum me rerum delectatione molliuit. Verba ad rem. 1. uol. or. 294.. Si ad uerba rem deflectere uelimus.

Deflorere aliquid. in or. lib. 32.. Item: Formæ dignitas aut morbo defloresc it, aut uetustate extinguitur: id est, florem amittit.

Defluere, est de ijs rebus, in quibus nihil immoramur: & est à fluminū cursu sumptum. Salutationem. in fam. 139. Vbi salutatio defluxit, literis me inuoluo. Vires, Tempus, Aetatem, Ingenium. Sall. 26. Vbi per socordiam uires, tempus, ætas, ingenium, defluxere. Aliquem ex multis. 3. uol. or. 18.. Cū ex octo tribunis, quos tunc habuerā, unus me absente defluxit, nunc magis habet latentem defectionem.

Deformare, est pristinam bonam formam auferre, ab integra forma ad corruptam traducere. Patriam. Cæ. 201. Itaq; regem cohortatus ut consuleret regno paterno, parceret præclarissimæ patriæ, quæ turpissimis incendijs, & ruinis esset deformata. Ciuitas. in or. lib. 143.. Non deniq; in omni genere deformatam eam ciuitatem, in qua &c. Sall. 84.. Cæterum ut fabricata, sic uirtute parta, quam magna industria haberi decet, ne incuria deformentur. Moderationem, Dignitatem, Liberalitatem, Splendorem. 2. uolum. orat. 181. Quid reliquam constantiam uitæ commemorem? dignitatem, liberalitatem, moderationem

rationem in priuatis rebus, splendorem in publicis? quæ ita à fortuna deformata sunt, ut tamen à natura inchoata compareant. Aliquem. 2.uol.or.256. In qua Pompeium ornat, an potius deformat? Item Att.36. Itaq; ille amicus insolens infamiæ semper in laude uersatus, circumfluens gloria, deformatus corpore, fractus animo, quò se conferat, nescit. Item.3.uol.or. 38. Vt ad ea, quæ accusatores deformandi huius causa. Item.1. uol.or.287.. Quis igitur? ille, quem suprà deformaui, &c.

Defraudare, est fructum minuere, inquit No. Marcellus, sed more aliorum hoc quoq; transfertur. Genium suum. Ter. 123. Quòd ille uix dimenso suo, suum defraudans genium comparsit miser: contrà autem genio indulgere suo, qui nihilo illum, quod desideret, defraudat. Aliq. Plaut.20.. Me defraudato. Item 20. Defraudem te ego? Aures breuitatem. in or.lib.218. Accidit ut aut citius insistendum sit, aut longius procedendũ, ne breuitas defraudasse aures uideatur, neue longitudo obtudisse.

Defugere aliquid. Ter.33.. Nunquam defugiam autoritatem sequi. Item in or.lib.95.. Nunquam defugi eam disputationem: id est, uitaui.

Defungi aliquid. Ter.87.. Vtinam hoc modo sit defunctum. & est pro finire, ut ait Do. Periculis. 1.uol.or.21.. Ac iam defunctos esse periculis arbitraretur. Pietate. 2.uol.or.194.. Quorum animus est religionis pietate defunctus. Munere alic.rei.in fa.158. Neq; ego libenter pro maximis tuis beneficijs tam uili munere defungor orationis.

Degenerare ab aliquo. 3.uol.or.72.. Cuius utinam filij non degenerassent à grauitate paterna.

Degere, proprie est quod simplex agere, nisi quòd de, aliquid addit, modo deferre, interdum demere. ut in exemplis. Vitam. 1.uol.or.42.. Vt sibi per te liceat innocenti amicorum opibus uitam in egestate degere. Item.1.uol.ph. Ea uita, quæ ex summo

ex summo bono degitur &c. Tempus. de off.72.. Omne tempus ætatis sine molestia posit degere. Ita ætatẽ. Diem. Terent. 88. Nam hunc diem mi Syre nimis cupio, ut cœpi perpetuum in lætitia degere. Aliq. alic. & ad aliquid. Pl. 139.. Pallam atque aurum meum domo cũ suppillas tuæ uxori, atque illud tuæ degeris amicæ. Item. 140. At ille mihi suppillat aurum, & pallas ex arcis, modo me despoliat, mea ornamẽta ad meretrices degerit: id est, defert. Laborem alic. Pl.34. Nunc ego istum soror laborem degam, & diminuam tibi: id est, demam. Ita corium de tergo dixit. Degitur corium de tergo meo.

Degustare, est aliquid ex re aliqua attingere. Att.60. Tu uelim & Fabium, si quem habes aditum odorere, & istum conuiuam tuum degustes. Quia cõuiuam, ideo etiam degustes dixit. Ex aliqua re. Att. Ex qua licet pauca degustes.

Dehortari. Ita se habet dehortari ad hortari, ut dissuadere, ad suadere, dicimus uero dehortari aliquem ab aliqua re, & aliquid facere, ut ad Her.17. Si ab his dehortabimur. Itẽ Sall.88.. Multa me dehortãtur à uobis Quirites, ni studiũ Reip. omnia superet &c. Item Att.272. Deinde ne frustra dehortando conemini. Item M. Cato apud A. Gellium.192. Multa me dehortata sunt huc prodire, uox, uires, senectus.

Deijcere. Verbi proprietas est aliquem de superiori loco in inferiorem iacere: quoniam uero mali locus boni loco nusquam superior est, ideo nunquã de malo in bonum aliquem deijci, sed de bono in malũ, recte quis dixerit. Nã deijcere metũ, & cruciatum ab aliquo, aliud est omnino: non enim ita diceres deijcere aliquem de metu, aut cruciatu. constructio autem est modo cum præpositione, modo sine. Aluum. de re rust.20. Aluũ si uoles deijcere. In locum inferiorẽ. Cæ.60. Dum cupidius instat, in locum inferiorem deiectus concidit. Ita Aliq. Cæ. 223.. Hostibus nullo negocio campo pulsis, post collemq; deiectis

iectis &c. id est, reiectis. De statu. in or. lib. 208.. Sæpe aduersarios de statu omni deiecimus. Libellos. 1. uol. or. 11. Libellos deiecit Sex. Alphenus. Item. 11. De possessione. 3. uol. or. 116. Absentẽ de possessione fundi deiecit. Ita Ex possessione. 2. uol. or. 82. Rullus extitit, qui ex possessione Remp. dimoueret, ex qua nec Gracchorũ benignitas eam, nec Syllæ dominatio deiecisset. E fundo aliq. 1. uol. or. 290.. Quid ais? is q armis perterritus, fugatus, pulsus est, nõ uidetur esse deiectus? De gradu aliq. Cæ. 211. Permãsit in sentẽtia legio uernacula, nec ullo timore de gradu deiecta est. Att. 261.. De præsidio. 2. uol. or. 143. Hi & integrum Cos. & bonũ imperatorẽ, & natura, & fortuna cũ Reip. salute coniunctũ, deijci de urbis præsidio, & de custodia ciuitatis uestris sententijs deturbari uolunt. De custodia ciuitatis. uide de præsidio. De sententia. 1. uol. ph. 177.. Nõ audeo id dicere qdẽ, & me pudet tam cito de sentẽtia esse deiectũ: id est, coactũ esse sententiã mutare. De honore. 1. uol. or. 71. Ne eiusdẽ pecunijs de honore deijceret. A gubernaculo aliq. 2. uol. or. 218. Cum senatũ à gubernaculis deiecisses, populũ è naui extur basses. Loco. Cæ. 92. Nostri cũ undiq; premerẽtur, XLVI. Centurionibus amissis deiecti sunt loco. Aedilitate aliq. 1. uol. or. 70.. Deinde esse pollicitũ quãtum uellẽt pecuniæ si me ædilitate deiecissent. Principatu. Cæ. 95.. Magno dolore Hedui ferũt se deiectos principatu: id est, sibi ablatũ esse principatũ. Consulatu. Asc. 33. Coierant enim ambo ut Ciceronem consulatu deijcerent. Spe. Cæ. 3. Heluetij ea spe deiecti. Sortẽ alic. Cæ. 121.. Scipioni obuenit Syria, L. Domitio Gallia, Philippus & Marcellus priuato cõsilio prætereuntur, neq; corũ sortes deijciuntur: id est, cõijciuntur in urnam. Oculos de aliq. re, & ab aliq. re. 3. uol. or. 153. Nec uero usquã discedebã, nec à Rep. deijciebam oculos. Item. 1. uol. or. 207. Metum. 1. uol. or. 262. Nunc ego si metũ Siciliæ dãnatione istius per uestram

per uestrã fidem & uirtutẽ deiecero iudices: id est, depulero. Cruciatũ à corpore. 1. uol. or. 269. Hac se cõmemoratione ciuitatis omnia uerbera depulsurũ, cruciatũq; à corpore deiecturũ arbitrabatur. Propugnaculum ex defensione alic. 1. uol. or. 156. Si prius illud propugnaculum, quo contra omnes meos impetus usurũ se putat, ex defensione eius deiecero.

Delabi ad aliq. in fa. 88. Nam & ipse, qui plurimum potest, quotidie mihi delabi ad æquitatẽ, & ad rerum naturam uidetur: id est, æque agere. In morbum. Att. 104. Inualetudine tua moueor, & Pyliam in idem genus morbi delapsam, curam tibi afferre maiorem sentio. Rem familiarem. de off. 46.. Habenda autem est ratio rei familiaris, quam quidem delabi sinere flagitiosum est: id est, consumi.

Delectare, est delectatione afficere. & aliq. aliquem, & de aliquo, & in aliquo, & cum aliquo, & re aliqua delectare dicimus. 2. uol. or. 157. Quem tu cum ephebum Tenni cognosces, quoniã te nudus delectarat, semper nudũ esse uoluisti. De re. Att. 314. Me magis de Dionysio delectat. In re. Att. 88. Sed me ipsum delectauit in tuis literis. Cum re. Att. 25. Interea quidem cum musis nos delectabimus. Re. Att. 28. Itaq; aut libris me delecto. &c.

Delectari, est delectatione affici. & re, & aliq. in re aliq. delectamur. Att. 322. Cognosce nunc hominis audaciam, & aliquid in Rep. perditi delectare. Item. 1. uol. ph. 57. Quæ manus significet illum in hac esse rogatiũcula delectatum: id est, hanc rogatiunculam illum delectasse. Item Att. 273. De Dolobella, ut scribis, si quid habes noui, facies me certiorem, in quo ualde delector.

Delegare aliq. alic. Pl. Si cui fautores delegatos uiderint, ut his in cauea pignus capiatur toga.

Delere, est prorsus aliq. tollere, tamq; quod bonũ, quàm quod malum est, deleri dicimus. Maculam. 2. uol. or. Delenda est uobis

uobis illa macula Mithridatico bello superiori suscepta. Item Att.282.. Magna pestis erat depulsa per uos, magna Po.Ro. macula deleta. **Turpitudinem**. 1.uol.or.75. Vos aliquot iam per annos conceptam huic ordini turpitudinem, atque infamiam delere potestis. **Molestiam**. Att.327. Deleuit enim mihi omnem molestiam recentior epistola. **Copias**. 2.uol. or. 7.. Magnas hostium præterea copias multis prælijs esse deletas. **Legiones**. Sall.132.. Terentio Varroni sempiternum dedecus, atque immortale monimentum erunt flagitiosæ turpitudinis deletæ ad Cannas temeritate sua pulcherrimæ Romanorum legiones. ita **Equitatus**. Cæs. 234.. Equitatusq; cum leui armatura funditus ad internitionem deletus esset. **Vrbem**. ad Her.32. Numantiam delerunt. Item Asc. 41. **Dignitatem**. uide splendorem. **Honores**. uide splendorem. **Infamiam**. uide turpitudinem. **Iudicia**. de offic. 52. Extincto enim senatu deletisq; iudicijs. **Ius**. Att.11. Si iudicium est, triginta homines Pop. Rom. leuissime, ac nequissime numulis acceptis ius, & fas omne delere. **Fas omne**. uide ius. **Leges**. 3.uol.or.15.. Omnes leges, quæ sunt de iure, & de tempore legum rogandarum una rogatione deleuit. **Magistratus**. uide splendorem. **Memoriam**. Num & memoriam rerum delere possumus? **Potestatem**. 2.uol.ph. 189.. Sensit enim deleri non posse huic ciuitati illam potestatem. **Religionem**. 2.uol.ph.81. Optime uero inquã, etenim ipse Cotta sic disputat, ut Stoicorum magis argumenta confutet, quàm hominum deleat religionem. **Splendorem**. de off. 47. Num ut honores, ut omnis dignitatis gradus, sic huius scientiæ splendor deletus est? **Suspitionem**. 1.uol. or.19.. Deleatis ex animo suo suspicionẽ omnẽ. **Funditus** aliquid. 1.uol.or.12.. Cuius omnino rei memoriam omnem tolli funditus, ac deleri arbitror. **Ad internitionem** aliquid. uide equitatum. **Ex animo** aliq. Ter. 51. Deleo omnes dehinc ex animo

ex animo mulieres. **Suspicionem**. uide suprà. **Aliquid** morte. 2.uol.phil.9. Aut homines iam morte deletos reponere in Deos?

Delibare, est leuiter aliq. attingere, & aliq. ex aliqua re delibamus. in fa.156. Putabamus posse me nec de laude ieiuni hominis delibare quicquam.

Deliberare, est modò constituere, definire, modò dubitare. Ter.131. Ego amplius deliberandum censeo: id est, considerandum, consultandum. de off. Qui deliberant utrum id sequantur, quod honestum esse uideant: id est, dubitant.

Deligare ad aliq. Cæs. 45. Quæ ad anchoras erant deligatæ. i. erãt in anchoris. **Ad terram** aliq. Cæs. 171. Is naues nostras in interiorẽ partẽ post oppidũ reduxit, & ad terram deligauit.

Deligere aliq. 2.uol.or.129. Grauis etiam illa est, & plena dignitatis dicendi facultas, quæ sæpe ualuit in consule deligendo. **Verba**. in or.lib.188. Primoq; in libro dixerit uerborum delectum originem esse eloquentiæ.

Delirare, est de recto decedere. lira autem est fossa recta, quæ contra agros tuendos ducitur, & in quam uligo terræ decurrat, ut ait Non. Mar. Don. uerò senum ait esse uerbum. Pl.10.. Delirat uxor.

Deludere, est deridere aliquem re aliqua. Terent.14. Dolis ut me deluderes.

Demere, est, diminuere, detrahere. uerùm cum de perturbationibus animi agitur, nisi in malis uti bonos uideo. nam demere lætitiam, gaudium, uoluptatem, & cætera id genus non dicunt, cum in contrarijs maximè frequentes sint. & dicimus demere aliq. & de aliqua re. **Licentiam**. Sall.86. Si sumptum, & rapinarum licentiã dempseris. **Metum**. Ter.93.. Dẽpsi metum omnem. **Molestiam**. Ter.95.. Et mihi, & tibi, & illis dempseris molestiã. **Solicitudinẽ**. Att.180. Hæc ad te scribo, nõ ut queas tu demere solicitudinẽ, sed ut &c. **Seruitiũ**.

Sall.83..Et Græciæ dempsi graue seruitium. Vsum rei.Sall. 36..Si pecuniæ quæ maxima omnium pernicies est, usum atque decus dempseris. De capite. 1.uol.or.164. Demit de capite Medimna D C. iubet in tabulas pro Medimnis M M M referre. De ordeo.Pl.28.Demam hercle iam de ordeo.

Demittere. Propriè à superioribus locis ad inferiora nos demittimus,sed à loco ad quædam alia uerbum præsertim ad inferiorem rerum conditionem commodè transfertur. Caput. Cæs.11. Animaduertit Cæsar unos ex omnibus Sequanis nihil earum rerum facere,quas cæteri facerent,sed tristes capite demisso terram intueri.in or.lib.133. Corpus à ceruice. ad Heren.21.Si erit in demõstratione sermo, paululum corpus à cer uicibus demittemus. Labia. Ter.32. Incuruus,tremulus,labijs demißis,gemens.cadunt enim senibus labia.Humeros. Ter.31..Haud similis uirgo est uirginum nostrarum, quas matres student demißis humeris esse, uincto pectore, ut graciles sint. Sanguinem.de re Rust.44..Demittitur sanguis maximè è capite. uulgò trar sangue. mittere dixit Celsus. Animos.1.uol.ph.135.Si uincunt,efferunt se lætitia,uicti debilitantur,animosq; demittunt.Item in fa.13. Quem post reditum dictitant,fracto animo,& demisso fuisse.Item Att.290.Et se animo.uide se. Aliquid.ad Her.26..In mediocri figura uersabitur oratio,si hæc,ut antè dixi,aliquãtulũ demiserimus.i.humiliora fiẽt. In casum.in fa.147.Sed cũ in eum casum me fortuna demisissem. Se aïo.Cæs.85. Postero die consilio cõuocato consolatus, cohortatusq; est, ne se admodũ animo demitteret.

Demonstrare aliquid in aliquẽ. Att.291..Vt propterea amorem in nos fraternum etiam demonstrare laboret.

Denasare os alicui.Pl.52.Nanq; ædepol si adires propius,os denasabit tibi.ut deartuare,dilacerare.

Denuntiare. Plerunq; de malo hoc uerbum est:interdũ etiam de bono.Bellum ali.de off.8.Ex quo intelligi potest,nullum bellum

bellũ esse iustũ,nisi quod aut rebus repetitis geratur,aut denuntiatũ antè sit,& indictũ.Itẽ in fa.198.Domũ aliquid alicui.1. uol.or.10.Primũ expectare,deinde si latitare, ac diutius ludificare uideatur,amicos cõuenire,quærere quis procurator sit,domũ denũtiare. Mortem.3.uol.or.111. Mortẽ ab illo denũtiatam palã Miloni & prædicatã.Inimicitias.3.uo.or.198.Fecerat enim hoc idẽ maxima cũ laude L.Piso xxx. diebus ante me,inimicitias mihi denuntiauit.Periculum.Att.35.Clodius mihi adhuc denũtiat periculũ. In iudiciũ. 1.uol.or.49. Venisti domũ ultro Roscij,satisfecisti quod temerè cõmisisti,in iudiciũ ut denũtiaret,rogasti ut ignosceret &c. Seruitutem ali.3.uol.or.198. Quid erat aliud,nisi denũtiare Po.Ro. seruitutẽ? Vim ali.2.uol.or.136.Et uim denũtiabat,Reip.minabatur.Testimoniũ.1.uol.or.36..Si accusator uoluerit testimoniũ eis denũtiare.86.. Nõ putasti me tuis familiarißimis in hãc rem testimonia denũtiaturũ.122. Quibus ego testimoniũ denũtiaui.2.uol.or.153..Fratres saltẽ exhibe,non denũtiaui.163.Mater negat,uenisset inquit,si esset denuntiatũ. Asc.49.Et cũ filia patrui sui Tullij totã,puinciã colligẽdis literis in Verrẽ,& denũtiãdis testimonijs pagrasset diebus L.ex qbus exẽplis cõijcio fuisse quasi quoddã institutũ citãdorũ testiũ ad testimoniũ dicẽdum. Timorẽ.3.uol.or.187..Deinde nec timor,quẽ denũtiat inimicus, qd ergo?ab amico timor denũtiari solet.Pro significare. in fa.195.Ego aũt nunq; cũ mihi denũtiatũ esset à tuis, ire aliquem non dedi.Item.179. Expectanti mihi tuas quotidie literas Lupus noster subito denuntiauit,ut ad te scriberem.

Deonerare aliquid ex aliqua re.1.uol.or.61,.Et ex illius inuidia deonerare aliquid,& in te traijcere cœperit.

Depacisci ad conditionem. 1.uol.or.160..Neque antè dimissum,quàm ad conditiones eius depactus est. Mortem. Ter. 125. Iam depacisci mortem cupio : id est, mori non recusem.

Depascere aliquid aliqua re. in oratorijs libris.117. In sum-

ma ubertate ineſt luxuries, quæ ſtilo depaſcenda eſt. ab herbis tranſtulit Cic. ad orationem cuius luxuriem ſtilo delimare debet orator.

Depectere aliquem. uide, exornare aliq.

Depeculari aliquid alic. 1. uol. or. 218.. Cur pro iſto, qui laudem, honoremq; familiæ ueſtræ depeculatus eſt, pugnas? cur eum defenſum eſſe uis?. **Honorem.** uide, laudem.

Depellere. Vt exemplis facilè comprobari poteſt, niſi de re moleſta ſit depulſio, quoniam natura nocua repellit, appetit contraria: quis enim unquam diceret, cum hanc lætitiam, aut uoluptatem à me depulero? triſtitiam uerò uel infans. **Dolorem.** in fam. 183. Vt tantummodo odium illud hominis impuri, & ſeruitutis dolor depulſus eſſe uideatur. **Odium.** uide, dolorem. **Malum.** 1. ph. 73. Nos beatam uitam non depulſione mali, ſed adeptione boni iudicemus. **Morbum.** in fam. 107.. Sed ſi morbum depulero, facile (ut ſpero) illa reuocabo. **Mortem.** 3. uol. or. 20.. Neq; alia ulla re ab ſe mortem, niſi opinione mortis depulit, qui pro mortuo relictus fuit. **Ferrum.** 3. uol. or. 22. An qui ſua tecta defendit, qui ab aris, focis, ferrum, flammam depellit &c. **Flammam.** uide, ferrum.

Deperire aliquam. Pl. 187.. Tuus quam gnatus deperit. eſt uale, & quaſi ad mortem amare. **Aliquid.** Att. 20.. Vt ſchæda ne qua depereat. nunc eſt amitti.

Depingere factum aliq. Ter. 128.. Probè horum facta imprudens depinxit ſenex: id eſt, deſcripſit. **Vitam** alic. 1. uol. orat. 30.. Quemadmodum uitam huiuſce depinxeris.

Deponere de aliqua re. 1. uol. or. 122. Hac in re ſunt ſocij, ut his ne deplorare quidem de ſuis incommodis liceat.

Deponere, ſanè in pleriſque uerbum eſt de ijs rebus, quæ nobis aliquam moleſtiam afferunt. interdum tamen etiam de lætis. ut uerò cõſtruatur, facilè in exemplis cognoſcetur. **Aliquid.** 1. uol. or. 20. Quòd ſi perferre non potero, opprimi me onere officij

officij malo, quàm quod mihi cum fide ſemel impoſitum eſt, aut propter perfidiam abijcere, aut propter infirmitatem animi deponere. **Dolorem.** in fa. 51.. Cuius in ſermone & ſuauitate omnes curas, doloreſq; deponerem. **Curas.** uide, dolorẽ. **Mœrorem.** 3. uol. or. 264.. Qui deponerent mœrorem, & luctum. **Luctum.** uide, mœrorem. ubi eſt leuari dolore, mœrore, luctu. **Simultatem.** in fa. 25. Meq; ab eo diligi ſtatim cœptum eſſe, ut ſimultatem depoſuimus, ſenſi. **Inimicitias.** Att. 228.. Honeſtius enim & libentius deponimus inimicitias Reipub. nomine ſuſceptas, quàm contumaciæ. 3. uol. orat. 73. **Offenſionem.** Att. 14. Nam quanta ſit in Q. fratre meo comitas, quanta iucunditas, quàm mollis animus & ad accipiendam & ad deponendam offenſionem &c. **Memoriam** rei ali. 3. uol. or. 47.. Obliuiſcor iam iniurias Clodia, depono memoriam doloris. **Et ex memoria** aliq. 2. uol. or. 17. Vt etiam ex memoria quas mihi ipſe fecerat inſidias, deponerẽ. & **Memoria** aliquid. Cæſ. 5. Quòd Heduos, quòd Ambarros, quòd Allobrogos uexaſſet, memoria deponere poſſet? eſt ubique obliuiſci. **Inuidiam.** 2. uol. or. 80. Vt liceat illi inuidiam deponere, pecuniam condere. **Rationes.** in fa. 28. Rationes mei quæſtoris nec uerum fuit me tibi mittere, nec tum erant confectæ, eas nos Apameæ deponere cogitabamus. **Aurum** in publicum. Cæſ. 126.. Quod aurum adduxerat Domitius, atque in publicum depoſuerat. **Obſides.** Cæſ. 95. Nacti obſides, quos Cæſar apud eos depoſuerat. Item **Pecuniam** apud aliq. de offic. 70.. Quid ſi is, qui apud te pecuniam depoſuerit, bellum &c. Item. 193.. Id eſt, quod uulgò dicunt, pro in depoſito. **Ineptias.** in fa. 99. Tu modò ineptias iſtas, & deſideria urbis, & urbanitatis depone. **Deſiderium.** uide, ineptias. **Errorem.** 3. uol. orat. 220. Cæteris autem ſi errorem ſuum depoſuerint, & in Reipub. gratiam redierint, ueniam & impunitatem dandam puto: id eſt, reſipiſcent. **Arma.** 3. uol. orat. 242.

Aedificationem. *in fa.203. Nunc uerò si audierit te ædificationem deposuisse: id est, ædificationem abiecisse.* **Studium.** *1.uol.orat.26. Qui huic nullum prædium reliquit, & artificium obliuiscatur, & studium deponat, licebit.* **Personam** *ali. 1.uol.or.87. Possumus petitoris personam capere, accusatoris deponere?* **Prouinciam.** *Att.21.. Sexta, cum prouinciam deposui in concione. Item in famil.60. Vt primum in concione prouinciam deposuerim. Est autem deponere prouinciam, cum quis sponte sua ante legitimum tempus eam recusat, uel coactè magistratum abdicat. non enim est deponere prouinciam, cum exacto prouinciali tempore ex prouincia magistratus decedit. agit enim Cicero utroque in loco de Hispanienſi prouincia, quam Romæ deposuerat.* **Magistratum.** *Cæs.86.. Cotum magistratum deponere coëgit.* **Sensum** *rectum in re aliqua. in famil.9.* **De manu.** *1.ph.39.. Nec de manibus unquam deponere.* **Nomen** *alienum. 3.uol.or.250.. Deponere alienum nomen ipse maluit, quàm illi suum non reddere.* **Amicitias.** *de off.110. Cauendum erit, ne non solum amicitiæ depositæ, sed inimicitiæ etiam, susceptæ uideantur.* **Aliqua** *re aliq. Pl.40. Scio quam rem gerat: ut me deponat uino, eam affectat uiam. est ebrium reddere. Ita caput. Plaut.63. Ille ebibit, caput deponit.*

Deprecari. *Non nego uerbum in ea significatione cùm crebrius, tum elegantius usurpari solere, cum scilicet à nobis id quod damnum affert, auerti uolumus: neque illud non affirmo, etiam esse pro ualde precari, idq; exemplis comprobabimus.* **Mortem.** *Cæs.89. Et proiectis armis mortem deprecari incipiunt.* **Ab sese** *calamitatem. 1.uolumine orationum.108. Is ullam ab sese calamitatem poterit deprecari? 3.uolumine orat.194.. Pacem uult M. Antonius, arma ponat, roget, deprecetur: id est, ut sibi ignoscatur. 1.uolum.phil.64. Primum inquam deprecor, ne me tanquàm philosophum putetis, scholam uobis*

uobis aliquam explicaturum. Item in orat.lib.149. Quæ cum ita sint, paululum equidem de me deprecabor, & petam à uobis. 2.uol.orat.19. Aggrediar ad crimen cum illa deprecatione Iudices, qua mihi sæpius &c. Item in famil.53. Hic te unius solicitudines, unius etiam multæ, & assiduæ lachrymæ C. Marcelli fratris optimi deprecantur.

Deprehendere. *De ijs rebus plerunque est uerbum, quæ aliquo modo aut lateant, aut culpam in se ullam habeant: ut in exemplis demonstrabitur.* **Ferrum.** *3.uolumine orationum.18.. Initur consilium de interitu Cn. Pompeij, quo patefacto ferro'que deprehenso &c.* **Venenum.** *2.uolumine orationum.21.. Cum manifestò uenenum deprehendisset.* **In adulterio** *aliq. M. Cato apud Gellium.146.. In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, sine iudicio impune necares.* **In uitio** *aliq. 1.uolum.orat.148. Sed ne obiurgator quidem ferendus est, is, qui quod in altero uitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur. Sall.16.. Ne tum Lentulus & Cethegus, alijq; ex coniuratione deprehensi terrerent. Item Sallust.17.. Si deprehensi forent.*

Deprimere, *est ad inferiorem partem demittere.* **Aliquid** *humi, parum, multum. Sallust.22.. Est locus in carcere quod Tullianum appellatur, ubi paululum ascenderis ad leuam circiter XII. pedes humi depressus, muniunt undique parietes.* **In mirandam** *altitudinem. 1.uol.orat.249.. Opus est ingens, magnificum, regium, ac tyrannorum, totum est ex saxo in mirandam altitudinem depressum.* **Naues.** *Cæs.199.. Capitur hoc prælio quinqueremis una, cum defensoribus remigibus'que, & deprimuntur tres nostri incolumibus omnibus. uulgò affondar.* **Ita Classem.** *2.uolumine orationum.7.. Ab eodem imperatore classem magnam, & ornatam, quæ ducibus Sertorianis ad Italiam studio inflammato raperetur, superatam esse, atque depressam.* **Vocem.** *ad Herennium.*

21. In conquestione utemur uoce depressa: id est, humili.

Depromere de his rebus est, quæ ad usum condi solent. Sed. mirè transfertur. **De libris** aliq. in or. lib. 107. Iuris utilitas ad quamq; causam, quamuis repente, uel à peritis, uel de libris depromi potest. **Genus** commendationis. in fam. lib. 205. Ei ego pollicitus sum me ex intima nostra arte deprompturum mirificum genus commendationis.

Deputare in lucro aliq. Terent. 128. Quicquid præter spem cueniet, omne id deputabo esse in lucro. Item. 128. uulgò tenero tanto guadagnato.

Deriuare aliquid in aliq. Ter. 129.. Atque in me omnem iram deriuem patris? est transferre ad se alterius odium. Item **Culpam** in aliq. 1. uol. orat. 118.. Quid est quòd tu alios accuses? quid est quamobrem putes te tuam culpam non modò deriuare in aliquem, sed communicare cum aliquo posse? Item Att. 56. Id poterat inficiari, poterat in alio deriuare, poterat etiam aliquid iure factum defendere. **Responsionem** suam alio. 1. uol. or. 104.. Tamen de Chelidone reticuit, quoad potuit, aliò responsionem deriuauit: id est, transtulit. **Cogitationes** suas aliquò. 3. uol. orat. 235. Et partem aliquam in Asiam & Syriam deriuare curæ & cogitationis tuæ: id est, conuertere in Asiam partem tuæ cogitationis.

Derogare. Prorogare, est longius id producere, quod certo termino antè constitutum fuerat. abrogare uero est, de eo ipso certo terminino detrahere: quod ipsum in derogare fieri manifestò apparet. dicimusq; derogare aliquid alicui, & alicui tantum. **Fidem**. Item. 2. uol. or. 147.. Nam quo nationi huic ego unus maximè fidem derogem. Item Cæs. 71. Omniumq; rerum ijs postea fides derogetur. 2. ph. 138.. **Legem**. Asc. 28. At nuper de ipsa lege Calphurnia, quæ derogaretur. **Sibi**. 1. uol. or. 33. Non enim mihi tantum derogo. cui contrarium est sumo.

Descendere. Propriè ex altioribus locis ad humiliores est descensus.

scensus. Sed quoniam quæ suis contrarijs potiora sunt, ea re ijs etiam excelsiora quodam modo dici possunt, ut pax ad bellum, amicitiæ ad inimicitias, in his, cum quis scilicet à bono ad malũ descendet, rectè transferretur. constructio uerò est cum præpositionibus, è & ex, si de loco ponatur: cum ad & in, si ad loco cum significabit: ut latè in exemplis. **Ad contumelias**. Cæs. 189.. Iam de sacerdotio Cæs. Domitius, Scipio, Spinterq; Lentulus quotidianis contentionibus ad grauissimas contumelias palàm descendunt. statim hoc modo non dices, ad laudes descendere. **Ad accusandum**. 1. uol. orat. 55. Subitò nunc mutata uoluntate ad accusandum descendere. Item. 2. uol. or. 138. Non ita ad defendendum. **Ad inimicitias**. 2. uol. or. 137. Sed qui studio accusandi ad inimicitias descenderent. nunq; ad amicitias hoc modo. **Ad arma**. Cæs. 86.. Quam ipse semper aluisset, omnibusq; rebus ornasset ad uim atq; ad arma descenderet. non ita ad pacem, nisi belli melior esset conditio. **Ad sententiam** ali. Cæs. 100.. Atque omnia prius experiantur, quàm ad Critognati sententiam descendatur. nam Critognati sententiam fugiebant. **Ad omnia**. Cæs. 122.. Sed tamen ad omnia se paratum descendere, atq; omnia pati Recip. causa. ad omnia nunc iniquiora scilicet. Item quò quis uelit. 1. uol. or. 96. **Ad remissionem** animi. in or. lib. 110.. Et ad omnem animi remissionem, ludumq; descendere. indignitatem grauissimarum personarum notat. **Ad comitia**. Asc. 19. Vt interrex ad comitia consulum creandorum descenderet. Hoc autem fortasse ex loci ratione dictum est, uel quia nobilioris personæ fiat descensus. **In ambulationem**. 1. ph. 210. Vt enim in inferiorem ambulationem descendimus. **In rostra**. de off. 68. Constituerunt q;, ut omnes simul in rostra post meridiem descenderent. ut ad comitia: ad loci rationem. **In dimicationem** uitæ. ad Heren. 37.. Quamuis in magnam descendat uitæ dimicationem. Ita **In certamen**. 1. ph. 188.. Nullum ab his, qui in id

certamen descendunt, deuitari dolorem? In causam. 3.uol. or.215. Si enim belli nomen tollitur, municipiorum studia tolluntur, consensus Pop.Rom. qui iam descendit in causam. uideor animaduertere Cic. ferè semper cũ de ciuili aliqua discordia agit, eam partem, quæ Reip. aliquo modo studere uidebatur, causam nominare, ut etiam de Pompeij parte dicere soleret, in causa nihil boni, præter causam esse. Item in fa.14. Eò fortasse, quòd ab eo honestior causa esset, nec hoc cõtra erit, quod dictum est, descensum esse ad deteriora: quia non descendit à mala causa ad bonam, sed ab otio ad arma. descendere uerò in causam nihil aliud est, quàm se cum causa coniungere: ita de ijs, qui nihil loco superiores esse contendunt in confligendo, sed descendunt quouis modo. In æquum: id est, locum. Cæs. 213.. Cum Cassium contrà pro castris suis aciem instruxisse, loco superiore uideret: causa interposita, quòd is in æquum non descenderet, Marcellus militibus persuadet, ut se in castra recipiant. 1.uol.or.144.. Placet mihi ista defensio, descendo, æqua enim conditio, æquumq; certamen proponitur. Ex equo. de offic.83.. Cum ingressus iter pedibus sit, in equum nunquam ascendere: cum equo, ex equo non descendere. Reo aliq. Asc. 25. Qui aduocati reo descenderunt: ut cum defenderent, tanquàm ad oppressum. non ita accusatori diceres. Aliquid, ut uocem. in orat. lib.164. Est item contrà quiddam in remissione grauissimum, quóque tanquàm sonorum gradibus descenditur. nam de uoce agitur.

Describere. Cum unum in hoc uerbo quidam admonuerint, non hercle uel mediocriter literato obscurum: cum scilicet pro eo est, quod uulgò dicitur accopiar, o uer, transcriuere. nos illud etiam addere non dubitauimus, pereleganter ordinem, ac dispositionem rerum inter se aptè collocatarum continere: neq; interdum non accipi pro inscribere, quod semel tamen mihi repertum est. Hortos. de off.89.. Mirari se non modò diligentiam,

tiam, sed etiam solertiam eius, à quo essent illa dimensa, atq; descripta. Ius. 1.uol.orat.141.. Deinde ubi paulisper in cubi culo pretio, non æquitate ius describserat: quia per capita ius scribi solet. Item de offic.35.. Officium. de off.20.. Hæc est enim ferè descriptio officij: id est, partitio. Partes rei. 2.uol.phil. 50. Quæ sit in figuris animantium, & quàm solers, subtilisq; descriptio partium: id est, suo loco quàm apta positio. Pecuniam ad rationem ali. 2.uol.orat.152.. Descripsit autem pecuniam ad Pompeij rationem, quæ fuit accommodata L. Syllæ descriptioni. Item. 1.uolum.orat.248. Ciuitatibus pro numero militum pecuniarum summas describere. Ita Vectigal. Att.296. Quod ijs æqualiter Sylla descripserat. Solarium. 2.uol.phil.43.. Aut cum solarium uel descriptum, aut ex aqua contemplere: id est, in suas partes dispositum. Aliquid alicui. 2.uol.or.198.. Quorum ipsorum bona quantacunq; erant, statim suis comitibus compotoribusq; descripsit: id est, singulis quibusque suam partem assignauit. In prouincias aliquid. 2.uol.or.152. Qui cum omnes Asiæ ciuitates pro portione in prouincias descripsissent. Fasciculum literarum. Att.22. Tu fasciculum, qui est M. Curioni descriptus, uelim cures ad eum perferendum. uidetur esse nunc pro inscribere positum. Librum. Att.189. Quem librum ad te remittam, si descripserint librarij. Item in fam.195. uulgò accopiar. Locum. in or. lib.87. Quæ mihi uidetur non tam ipsa aquula, quæ describitur, quàm Platonis oratione creuisse. Sententiam rei. ad Her. 9.. Primum igitur uocabuli sententia breuiter, & ad utilitatem accommodatam causæ describetur.

Desecare aliquid. Att.255.. Tu illud desecabis, & hoc agglutinabis.

Deserere à mente aliq. Att.45.. Ad primam tibi hoc scribo me ita dolere, ut non modò à mente non deserar, sed id ipsum doleam, me tam firma mente ubi utar, & quibus cum non ha

non habere. **Vitam.** *3.uol.or.14..Non'ne si meam uitam de-*
seruissem, Remp.prodidissem? **Vadimonium.** *1.uol.or.*
8..Vadimonium sibi ait esse desertum.

Desiderare *aliquid ex aliqua re.in fam.108..Intellexi enim ex*
tuo sermone quodam,cum mœstitiam meam,& desperationem
accusares,domi tuæ dicere,te ex meis libris animum meum de-
siderare:id est,ut essem eo animo, quem ego soleo alijs in meis
libris præcipere. **Lumen.** *in fa.104..Non longè abieris,num*
ius ciuile uestrum ex libris cognosci potest? qui quanquàm plu
rimi sunt,doctorem tamen,lumenq; desiderant:id est, exposi-
tionem,& per quem clarum fiat. **Milites.** *Cæs.36.. Paucos*
ex suis desideraverit.Ita **Signum** *unum.1.uol.or.222..Ne-*
que quicquam ex fano Chrysæ præter unum perparuulum si-
gnum ex ære desideratum est. **Præsidium.** *Att.11..refertur*
ad consilium: Vna sola sententia præsidium non desideravit.
ottenne de una balotta. **Sententiam.** *fam.54..Nunc omnia*
tenentem nostras sententias desideraturum censes fuisse?

Desidere *terras. 2.uol.phil.96..Vt multa oppida corruerint,*
multis locis labes facta sit,terræq; desederint. Item.100..Cum
ad infinitam altitudinem terræ desedisset.est autem desidere ter
ras, in imam partem descendere. Cel.58.. Frequens desidendi
cupiditas est. Item.58. Desidere oportet in aqua calida. Item
58..ubique est pro excernere.

Desidere *aliq.dies totos. apud Gell.214..Ibi homines ado*
lescentulos dies totos desidere. nunc longam moram agere si-
gnificat.

Designare, *est rem nouam facere in utranque partem & bo-*
nam,& malam,inquit Donatus, super illud Terent.78. Quid
modò designauit? 2.uol.phil.98. Neque ignorant ea, quæ ab
ipsis constituta,& designata sunt: id est, quasi etiam incepta.
Item.2.uolum.orationum. 97.. Notat & designat oculis ad
necem unumquenque nostrum: id est, quasi signo quodam
notat.

notat. **Aliq.** *aliqua re.Cæs.6.Cæsar hac oratione Lisci Dŭno*
rigem Diuiatici fratrem designari sentiebat: id est,significari.
Ciuem. *2.uol.or.24.Neq; enim iniuria,quæ spem parentis,*
memoriam nominis, subsidium generis, hæredem familiæ,desi-
gnatum Reip.ciuem sustulisset: id est,qui futurus erat ciuis.ut
cos. qui mox cos. futurus sit. **Consulem.** *in fa.145.*
cos. es designatus optima ætate. ita de omnibus magistrati-
bus. 2.uol.or.71.. At quomodo?ut ij Decemuiratum haberent,
quos plebs designauerit, oblitus est, nullos à plebe designari.
Item.1.uol.orat.69.. **Aliquid** *alicui.2.uol.or.49. Ex qua*
certum quiddam designatur auditori, in quo animum debeat
habere occupatum.

Desinere. *Frequentior huius uerbi usus esse uidetur cum infini-*
to,quàm cum nomine, ut dicas quando tandem timere desines?
potius quàm timorem. Cic.tamen dixit desinere artem,pro desi
nere agere.in fam.95..Quòd si tam facilem Po.haberem,quàm
Aesopus habuit,libenter mehercule artem desinerem. **Vocari**
Pa.famil.159.,Qui primus Papisius est uocari desitus. Ita Att.
272.Nam mihi stat alere morbum desinere.

Desistere, *& cum præpositione, & sine, in eodem significatu*
est uerbum. **A mente.** *fam.60..Qui agerent cum illo,ut ab*
illa mente desisteret:id est,eam mentem mutaret. **De senten**
tia. *1.uol.ph.181. Verbo de sententia desististi.* **Sententia.**
de off.55. Itaq; cum sint docti à peritis, desistunt facilè senten
tia. Item.1.uol.phil.16..Cœpit hortari ut sententia desisterem.
Item.62. Nunquam ullius ratione uicti sententia desistemus.
Oppugnatione. *Cæs.80. Vercingetorix ubi de Cæsaris*
aduentu cognouit,oppugnatione destitit. **Causa.** *fa.14.Illud*
uerò non obscurè queruntur in meis sententijs, quibus ornem
Cæsarĕ,quasi destiterim pristina causa. **Consilio.** *Cæs.84..*
Quo tempore perterriti galli,ne ab equitatu Romanorum uiæ
præoccuparentur,consilio destiterunt. **Itinere.** *Cæs.50..His*
rebus

rebus cognitis, Cæsar legiones, equitatumq; reuocari, atq; itine re desistere iubet. **Litibus.** Terent.136.. Soli sumus nunc hic inquam, eho dic quid uelis dari tibi in manum, ut herus his desi stat litibus? Ita facere aliquid.3.uol.orat.247.. Nec unquam de illo & sperare optimè, & loqui destiti.

Desperare alicui rei, & aliquid. **Saluti.** 2.uol.or.31.. Et si mul saluti desperare uetuit. Ita **Fortunis.** 2.uol.or.24.. Bo nosq; uiros lugere malui meas fortunas, quàm suis desperare. **Fugam.** Cæs.40.. Reliqua fuga desperata. **Esse aliquid.** 2.uol.ph.118. Non equidem despero ita esse uera. **Et posse** facere aliquid. Att.3. Et noli desperare eos meos facere posse.

Despicere aliquid.1.uol.or.22. Vt simul atq; ille despexerit, aliquid huiuscemodi moliantur. uulgò uoltar locchio.

Despondere, sanè cum ad nuptias pertinet, tam eius est, qui dat uirginem, quàm qui accipit, ut exemplis palàm fiet, etsi Don. aliter sentiat, super illud placuit, despondi. **Filiam.** in fam.116. Cornificius adolescens Oristillæ filiam sibi despondit. Item.135. Item Ter.93.. Quia iam uirginem despondi, res com posita, fiunt nuptiæ. loquitur Mitio pater adolescentis. Item.3. Placuit, despondi. Item.2.uol.orat.55.. Inuito despondit ei fi liam suam illam, quam ex genero susceperat. **Prouinciam.** 3.uol.or.76.. Qui mihi nihil uidetur minus à dignitate, disciplì naq; maiorum dissidere, quàm ut qui consul Cal. Ian. habere prouinciam debet, is ut eam desponsam, non decretam habere uideatur. uides quantum interfit inter despondere, & decerne re. Item Att.12. Pisonem cos. nulla in re consistere unquam sum passus, desponsam homini iam Syriam ademi. **Sibi** ali quid. Att.175.. L. uerò Lentulus Hortensij domum sibi, & Cæ saris hortos, & Baias desponderat. uulgò si facea suoi, si pi gliaua. **Animum.** Pl.145.. Ne lamentetur, ne animum de spondeat: id est, demittat. **Laudem.** 2.uol.or.244.. Cui me præripere desponsam, iam & destinatam laudem.

Destillare

Destillare fletum. Donat. super illud Terent.109. Nequeo quin lacrumem miser, inquit, uidetur quasi destillantes fletus detergere.

Destinare, est certum terminum constituere, ultra quem pro gredi, aut etiam infra confici negotium non potest. **Annus** ali. in fa.159. Quod eò facilius nobis est, quod non est hic an nus tibi destinatus: id est, certus non hic est annus tuus. Ita **Diem** ali. de off.61. Damonem & Pythiam Pythagoreos fe runt hoc animo inter se fuisse, ut cum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinasset: id est, certum diem necis consti tuisset. **Quanti.** Pl.123. Bene hercle factum, quid eas quanti destinat? id est, quod ei pretium statuit? quanti indicat? Item 127. Ain' mnis triginta amicam destinatum Philolachem? id est, emisse tanti Philolachem amicam. **Sententiam.** 1.uol.ph.176. Quod hi ferunt animo iniquo, qui certis quibusdam destina tisq; sententijs, quasi addicti & consecrati sunt. **Agere** ali quid. Cæs.129.. Infectis ijs, quæ agere destinauerat: id est, quæ omnino perficere constituerat. **Animum,** mentem in aliq. re. Cæs.245.. Partem animum, mentemq; perterritam, atque in fuga destinatam habere intellexisset, amplius de ea re agere de stitit: id est, prorsus fugere decreuisse. **Falces.** Cæs.83. Nam & laqueis falces auertebant, quas cum destinauerant, tormen tis introrsus reducebant: id est, cum miserant, rursus reducebãt. Et est ut dicebã in uerbo certus falciũ terminus, ultra quẽ trãsi re non quibãt: puta tu, eas tam longis funibus, quantũ spatij da retur ad illud, quo cõijcerentur, alligatas. **In re aliquid.** ad Heren.5.. Quid oporteat ab ambobus in causa destinari.

Desuefieri aliquid.2.uol.or.40.. Multitudinemq; iam desue factam à concionibus ad ueteris consuetudinis similitudinem reuocauerat.

Detegere stomachum. Plautus.15.. Hominem ne congre diamur quæso prius, quàm stomachum detexerit: id est, aperuerit

aperuerit quid hæc sibi uelit iracundia, quod statim subdit.

Detergere lachrymas. Don. uide, distillare.

Deterrere aliquem, & à re, & de re. **A re.** in fam. 7. Sed ut ego te ad certam laudem adhortor, sic à dimicatione deterreo. **De sententia.** 2. uol. ph. 125.. Num igitur eorum frequētia Stoici de sententia deterrentur. **De statu.** in fa. 173. Hoc cōso labare, quòd me de statu meo nullis contumelijs deterrere possunt. est autē per terrorē à re aliqua facienda, aliquē abducere.

Detestari aliquid ab aliquo. 3. uol. or. 100. Omnes memoriam consulatus tui, facta, mores, faciem deniq;, ac nomen à Repub. detestantur: id est, à Rep. detestando amouent.

Detexere pallium. Pl. 5. Illic homo hoc denuo uult pallium detexere. significat se timere, ne uapulet: idq; per translationem à ueste, quæ, dum texitur, magnos ictus pectinis ferre sole t: uel ut detexere sit, pro desuere crebris scilicet uerberibus percussam, uel quia dubitat de ueste.

Detrahere, est modò demere, modò obtrectare, interdum aliud etiam significat: & dicimus detrahere aliquid alicui, & de aliquo. 2. uol. or. 225. Hanc tibi consuetudinē plerisq; in rebus bonos obtrectandi, si quis detraxerit, qui tibi uelit obtrectare, non relinquetur. in fam. 5.. Nihil enim tibi detraxit Senatus, nisi id, quod per eandem religionem dari alteri non potest. **Annulum** de digito. Terent. 65. Cum exponendam do illi, de digito annulum detraho, & eum dico ut unà cum puella exponeret. **Arma.** in fa. 79.. Si armis, aut conditione positis, aut defatigatione abiectis, aut uictoria detractis, ciuitas respirauerit. **De facultate** dicendi. 1. uol. or. 62.. Cum & ipse Allienus ex ea facultate, si quam habet, aliquantum detracturus sit. **De digito** aliquid. uide, annulum. **Ex summa.** Att. 158.. Rogaui, ut si quid posset, ex ea summa detraheret, promisit. **De commodo** alic. 1. uol. orat. 81. Sed de meo iure aliquid, & commodo detraho. **De numero.** Asc. 76. Vt de tot, qui cōtra se sunt,

sunt, testibus, unum Trebonium detraheret. **De opinione.** 1. uol. ph. 111. Alia nomina imponentem? uerba modo mutantē? de opinionibus nihil detrahentem? **De amore.** in fa. 45. Ne quid de summo meo erga te amore detractum esse uideatur. **De aliquo.** At. 239.. Atq; hoc sic habeto (nihil enim nec temere dicere, nec astute reticere debeo) materiam omnem sermonum eorū, qui de te detrahere uelint Statium dedisse. **De fama** ali. in fa. 38. Ego si in prouincia de tua fama detrahere unquam cogitassem. **De opera.** 1. uol. ph. 2.. Nisi ne quid priuatis studijs de opera publica detrahamus. **De prouincia** homines. 3. uo. or. 69. Consideret ipse secum, qui nubi homines ex prouincijs potissimum detrahendi sunt. **De suo iure, & commodo.** 1. uol. or. 81. Idem cum decedere. **De uiuo.** 2. uol. or. 63.. Dat de lucro, nihil detrahit de uiuo. ut sortem nunc uiuum appellet. **Honorem** alicui. 1. uo. or. 205. Honorem debitum detraxerunt non homini, sed ordini. **In iudicium.** aliq. 3. uo. or. 109. Ne P. Clodius cum in iudicium detrahi non posset: id est, ui duci. **Soccos.** Ter. 53. Accurrunt serui, soccos detrahunt. ita. **Vestem.** Ter. 40.. Chærea tuam uestem detraxit tibi? ita. **Vestimentum.** C. Gracchus apud Gell. 133. Vestimenta detracta sunt, uirgis cæsus est. **Sensus** de homine. 1. uol. ph. 34. Etenim quoniam detractis de homine sensibus.

Detrectare, interdum est recusare, interdum maledictis aliquē prosequi. **Bonos.** Sall. 48.. Quippe res humanæ ita sese habent: In uictoria uel ignauis gloriari licet, aduersæ res etiam bonos detrectant: id est, etiam boni in aduersis ut male audiant, efficiunt. **Prælium.** Cæ. 39.

Detrudere aliquid de loco aliquo. 1. uol. or. 4.. Quintius interea contra ius, & consuetudinem edicto Præ. de saltu, agroq; communi à seruis communibus ui detruditur.

Deturbare aliquid, est, inquit N. Marcellus, deijcere, demouere. **Vt statuam.** 3. uol. or. 99. Illi autem statuam istius per-

simílem, quam stare celeberrimo in loco uoluerat, ne suauiß. hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, dißipant: id est, deijciunt. Aedificium. *Att. 328.. Quid? si cementum bonum non haberem, deturbem ædificium? quod quidem quotidie mihi magis placet: id est, deijciam? demoliar?* De mente. *3. uol. orat. 89.. Sua quenq; fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate, ac mente deturbat: id est, deijcit, insanientem reddit.* De loco. *Plaut. 150. Deturbabo ego iam illum de pugnaculis: id est, deijciam.* Ita De possessione. *1. uolum. orat. 15.. Debueris, aut potueris. P. Quintium de possessione deturbare? Item in fam. 198.. Itaq; crebras, uel potius quotidianas compellationes meas non tulit, seq; in urbem recepit inuitus, neq; solum spe, sed certa re iam, & possessione deturbatus est.*

Deuenire. *Eam naturã sequi uidetur hoc uerbũ, quam in descendere dicebamus esse. nam & hoc significat de superiori loco ad inferiorem, atq; per translationem à bono ad malum uenire.* In fortunam *aliquam. in fam. 51. Deniq; quoniam in eam fortunam deueni.* In manus *uictoris. in fam. 97. Aut deueniendum in uictoris manus.* In manus *alienas. Att. 5. Nolebam illum nostrum familiarem sermonem in alienas manus deuenire.* In insidias. *Pl. 131.. Perij, in insidias deueni.* In certamen. *in or. lib. 85. Et consulatu deuenimus in medium rerũ omnium certamen, atq; discrimen.* In seruitutem. *Pl. 146.. Id uos uolo scire quomodo ad hunc deuenerim. In seruitutem. Ita in discrimen. uide in certamen.*

Deuincire. *Plana uerbi est significatio, ac perpulchre transfertur. dicimus uero deuincire aliquid re aliqua alicui, & cum aliquo.* Beneficio *aliq. sibi. in fam. 206.. Tum uiros optimos, homines honestiß. eosq; gratiß. & tua necessitudine digniß. summo beneficio in perpetuum tibi, tuisq; deuinxeris: id est, in perpetuum tibi obstrinxeris.* Coniugio *aliq. Ter. 13.. Spero consue*

cnnsuetudine, & coniugio liberali deuinctum Chremẽ. Consuetudine. *uide coniugio.* Familiaritate. *Att. 300. Quorum principum Hermippum, non solum sermone meo, sed etiã familiaritate deuinxi.* Affinitate *cum aliquo. in or. lib. 173. Nam & cum summo illo oratore Seruio Galba, cuius C. filio filiam suam collocauerat, affinitate sese deuinxerat.* Scelere *se. 3. uol. orat. 48. Eodem conscientiæ scelere se deuinxit: id est, & ipsa tantundem peccauit.*

Deuocare *aliq. ex aliquo loco. 1. uo. ph. 230. Socrates autẽ primus philosophiam deuocauit è cœlo: id est, à rebus diuinis ad hominum mores instituendos deduxit.*

Deuolare *aliq. ad Heren. 29.. Hi simul ac fortuna delapsa est, deuolant omnes: id est, deserunt.*

Deuoluere *ad aliq. 3. uolum. orat. 211. Cui cum pridie frequentes essetis assensi, postridie ad spem estis inanem pacis deuoluti.*

Deuorare est *præedendi auiditate non mansum cibum deglutire. Sed & ad alia recte transfertur.* Vt molestiam. *3. uo. or. 208.. Et paucorũ dierũ molestiam deuorate.* Stultitias. *in orat. lib. 186. 186.. Et hominum ineptias, ac stultitias, quæ deuorandæ nobis sunt, non ferebat.* Rem. *in fam. 177.. Sed hanc ipsam recentem nouam deuorauit.* Orationem. *Plaut. 211.. Quam orationem hanc aures dulces deuorant.* Pecuniam. *1. uolum. orat. 188. Deuorare omnem pecuniam publ. non dubitauit.* Spe *aliquid. ut hæreditatem. Att. 12.. Ille autem regis hæreditatem spe deuorarat. Ita* Lucrum. *2. uo. or. 137.. Quod erat spe deuoratum lucrum.*

Deuouere *aliquid alic. Att. 331.. Qui, ut hostibus imperarẽt, uictoriæ se deuouerunt. Item ad Her. 38. Caput. 3. uol. or. 242.. Meq; & meum caput ea conditione deuoui. Item. 242.*

Dicare, *est quasi dijs dare, si analogiã sequi licet: nihil enim est aliud dicare templum, quam dijs illud templum dare utendum.*

ſed de cæterorum more ad alia etiam transferri licebit. Et dicimus dicare aliquid alicui, & in aliquid. Diem. 2. uo. ph. 170.. Ordire igitur, nã hunc tibi totũ dicamus diẽ. Operam alicui. Pl. 188. Quin tibi hanc operã dico. Itẽ Ter. 123.. Studiũ ſuũ alicui ſã, 20.. Tuũ ſtudiũ dices. Se ciuitati. 3. uo. or. 60. Nõ eẽ huius ciuitatis ciues, q ſe alij ciuitati dicãt. Itẽ. 60.. Nemo unquã, qui hanc ciuitatem retinere uellet, in aliam ciuitatẽ ſe dicauit.

Dicere. Non minus eſt frequens uerbi huius uſus in latina lingua, quàm elegans, quorum utrunq;, quantum in me fuit, exẽplis conatus ſum oſtendere: ex quibus etiã quos caſus in aſtruẽdo recipiat, cognoſci poterit. A principio aliqd. 2. uo. or. 178.. Hic Atticus, dixerã, inqt, à principio, de Rep. ut ſileremus. Ad aliquid. 2. uo. ph. 110. Dicendum eſt mihi igitur ad ea, quæ ſunt à te dicta. Ad ſummam. Att. 106. Ad ſummam dic. M. Tulli. Ad ueritatem. 2. uo. ph. 176.. Neq; Accij Næuij nomẽ memoria floreret tam diu, niſi hi omnes multa ad ueritatem admirabilia dixiſſent: id eſt, uera prædixiſſent. Ad ætatem. 1. uol. ph. 130.. Ita prorſus, inquam, etſi ea quidem, quæ adhuc dixiſti, quanuis ad ætatem recte iſto modo dicerentur: id eſt, ad quãuis ætatem recte accommodata ſunt. Bona ſua doti. Ter. 72. Si meis ſaluum & rem, & filium, me mea omnia bona doti dixiſſe illi. Item. 3. uo. or. Doti, inquit, Valeria pecuniam omnem dixerat. Ad ſtantem iudicem. in or. lib. 192. Sed in comitium ueniant, ad ſtantem iudicem dicant. Cauſam de re aliqua. 3. uo. or. 56.. Cum Q. Metellus L. Fi. cauſam de pecunijs repetundis diceret. Ita De capite. 1. uolum. orat. 5. Se (id quod nunc euenit) de capite ſuo priore loco cauſam eſſe dicturum publicam. Item. 1. uolum. orat. 28. Ita Ex quadam parte. in orat. li. 104.. Ita Ex uinculis. Cæ. 2. Moribus ſuis Orgẽtorigem ex uinculis cauſam dicere coegerunt, eſt, cum, qui defenditur, in uinculis eſt, qui mos fuit apud Heluetios. Controuerſiam. Plaut. 137.. Plus minus opus quàm erat, dixeram controuerſiam

uerſiam: id eſt, expoſui controuerſiam. Cœnam. Plaut. 257. Nãq; Aedepol cœna dicta eſt. Locus liber datus eſt mihi: id eſt, conſtituere. cœnis enim faciendis hoc uerbum maxime congrue bat, ut etiam condicere. Conuitium. Plau. 31. Faxo ut ſcias quid periculi ſit dotatæ uxori conuitium dicere. Contumeliam. Plaut. 101.. Quotq; innocenti ei dixerit contumelias. Item. 196. Contumeliã ſi dices, audies. De ſcripto. Att. 56.. Propoſita Marcellini ſententia, quam ille de ſcripto ita dixerat, &c. eam enim ſcriptam attulerat. item. 3. uolum. orat. 225. Ita enim dixiſti, & quidem de ſcripto, nam te inopia uerbi lapſum putarem, niſi tuam in dicendo facultatem noſſem: id eſt, quod ſcriptum habebas. Ita in orat. lib. 168.. in fam. 151.. De opinione. Plaut. 243.. Hic niſi de opinione, certum nihil dico: id eſt, quod opinor. De auditione. Aſcon. 64. Et de auditione teſtimonium dicebatur: id eſt, ex eo, quod quis audiſſet, teſtimonium dicebat. Diem rei alic. Teren. 3. Hic nuptijs dies dictus eſt: id eſt, conſtitutus. Ita Operi. 1. uolum. or. 107. Opus in acceptum retulit quadriennio poſt quàm diem operi dixerat. Dimidium. Terent. 135.. Vix dum dimidium dixerat, intellexerat. Aequi, boniq; partem. Terent. 136.. Si tu aliquam partem æqui, boniq; dixeris: id eſt, ſi ab honeſto non diſcedes, ſi æquã obtuleris conditionẽ. Ex tempore. 1. uo. or. 184.. Huic minime mirum eſt ex tempore dicẽti ſolitum effluere mentem. contra id, quod ſupra dictum eſt, dicere de ſcripto. Ex aliqua parte aliquid. uide cauſam ex aliqua parte. Ex ſyngrapha aliquid. uide ius ex ſyngrapha. Ex animo. Terent. 28. Vtinam iſtuc uerbum ex animo, ac uere diceres. Item. 28. Ex loco inferiore. Att. 38.. Poſtero autẽ die Cæſar, is, qui olim, cum prætor eſſet, Q. Catulum ex inferiore loco iuſſerat dicere, &c. Ius. Att. 75.. Quippe ius Laodiceæ me dicere, cum Romæ Plotius dicat. Item. 3. uo. or. 70. Aſc. 34.. Ius ex ſyngrapha. Att. 91. Nam quod S. C. eſſe dicebat, ut ius

ex syngrapha diceretur:id est,secundum syngraphã. Ioco. Terent.62.Iocon',an serio illæc dicat,nescio.Ita Ioculo. Pl. 249.Ego noui illum,ioculo istæc dicit. Et per iocum. Pl. 13.. Derides,qui scis iam dudum hæc me dixisse per iocum. Ita 249. Interuallo. in orat.lib.219. Nisi interuallo dixisset, ipsi prodeant,sensisset profecto fugisse senarium. Inter nos. Att.24..Quod inter nos liceat dicere. In utranq; partem. in orat.lib.188.Qui de omni re proposita,in utranq; partem solent copiosissime dicere. In sententiam alic. Att.37.In eam sententiam cum multa dixisset. Inducias. Plaut.59. Inducias occepi dicere, ut pacem. Legem aliq. 1. uolum. orat. 158. Quod iniquam legem,nouam dixisset. Loco idoneo.2.uolu. ph.160..De qua dicetur idonco loco. Loco,& modo.2.uol. ph.192.Vt loco dicat:id est,rogatus:ut modo, ne sit infinitus, se exponit Cic.Loco priore.1. uolum.orat.5.Se (id quod nunc euenit) de capite suo priore loco causam esse dicturũ. Modo & loco.uide loco. Modo uno omnia.in orat.lib.186. Omnia fore ut similiter,atq; uno modo dicerentur. Nugas. Ter.64. Næ ista hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit. Pacem ali. Ascon.28.. Post septimum annum, quàm Carthaginiensibus bello secundo dicta est pax. Pace alic.2.uol.or.131.. Tamen hoc affirmo,& hoc pace dicam tua. Item de off. 60.. Pro testimonio. Att.10.. Neq; dixi quicquam pro testimonio. Item Plaut. 206.1.uolum.orat.163..203..Idem est,quod dicere testimonium. Pro certo.orat.165.. Quod quidem aut tu audire uelis,aut ego pro certo dicere audeam. Item Ter.87. Pecuniam doti.2.uolum.orat.62.. Doti,inquit,Valeria pecuniam omnem dixerat.Vt Terent.bona dixit. Rationem. Plaut.274..Rationem dicam,quia qui alterum incusat probri, ipsum se moneri oportet. Sententiam. de offic.60. Cum uero iurato sententia dicenda sit, meminerit Deum se adhibere testem. Item Sententiam per tabellam. Sallust.92. Verum ubi nu

ubi numero Senatorum aucto per tabellam sententiæ dicerentur. Vt & iudicum etiam sit dicere sententiam, quorum tamen proprium est ferre. Sententiam in aliq. Att.99.. Is cum honorificentissimam in me sententiam dixisset. Hoc uero cuiusq; Salutem articulate. Att.95. Valebis igitur,& puellæ salutem articulate dices. ut pueris distincta uerba dici solent, & quasi syllabatim. Secus de aliquo. Att.19.. Quintus frater purgat se mihi per literas,& affirmat uel à se cuiquam de te secus esse dictum:id est,contra,ubi uides secus sine suo redditiuo positum esse,id quod etiam facit in fa.80.Etsi idipsum nonnullis uidetur secus:id est,aliter.Item.3.uolum.orat.106..Fit obuiam Clodio ante fundum eius hora ferè undecima,aut non multo secus: id est,non multo ante horam undecimam.sed hic nõ est locus, ut de particulis plura agantur. Sacramentum apud aliq. Cæ.126.. Milites Domitianos sacramentum apud se dicere iubet:id est,iusiurandum dare. Serio. Ter.62. Iocon',an serio illæc dicat,nescio. Testimonium. Att.11. Quàm aut illa,cũ tui ciues Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt. Itẽ 2.uol.orat.63.Et passim. Testimonium de auditione.uide de auditione. Versus.in or.205..Quod uersus sæpe in oratione per imprudentiam dicimus : id est, dicendo facimus. Vno modo omnia. uide bono. Verbo uno. Terent. Quin tu uno uerbo dic: quid est , quod me uelis. Vitium alicui. Terent. 103.. Reddi autem patri cui tu nihil dicas uitij, superbum est : id est, quam merito in nulla re accuses. Cum hac particula CVM pereleganter etiam ponitur. In orator. lib. 95.. Sæpe enim solco audire Roscium, cum ita dicat , se adhuc reperire discipulum , quem quidem probaret , potuisse neminem. Item. 121.. Pro loqui. Plautus. 145.. Cum quo bellator Mars haud ausit dicere. nisi sit legendum hiscere:quod tamen nusquàm legitur. Hæc pauca aduerbialiter prolata absque ullo exemplo adscri-

pſi, ne in minimis plus ſatis immorandum eſſet: ſatis eſt notam numeri appoſuiſſe, ad quẽ adeant, qui nobis fidẽ nõ habebũt, licebit. Atticè in or. lib. 199. 205.. 192. 192. Aceruatim. 2. uo. or. 23.. Anguſtè. in or. lib. 172. Cõtente. 1. uo. ph. 187. Circũſcripte. in or. lib. 218.. Criminoſe. in or. li. 176. Directo. 2. uo. ph. 134.. Enucleate. in or. lib. 145.. Elate. in or. lib. 145.. Grauiſſime. 2. uo. or. 3. Impolite. in or. li. 105. Inciſe. in or. lib. 217.. Imperite. in or. li. 180. Incõdite. de off. 68.. Incleměter. Pl. 11. Leuiſſime. 3. uolum. orat. 245. Lectiſſime. in orat. lib. 219.. Minute. in orat. lib. 208. Nimium ſæpe. 1. uol. ph. 73. Nimis admirabiliter. 1. uolum. philoſoph. 217. Plene. 2. uolum. ph. 40.. Planè. 2. uolum. phil. 128.. Pleniſſime. in or. lib. 147. Parum. in or. lib. 180.. Pulchre. 1. uol. ph. 77.. Præciſe. 2. uo. phil. 40.. Preſſe. in or. lib. 167.. Subito. in or. lib. 97. Sordide. in or. lib. 141. Summiſſe. in or. lib. 143. Veteratorie. in orat. lib. 205.. Viciſſim. Ter. 57..

Dictare, *eſt quod alter ex ore noſtro excipiens, ſcribat, dicere. Attic. 3. Si ſcriberem ipſe, longior epiſtola fuiſſet, ſed dictaui propter lippitudinem. Item. 156. Ad. VII. Iduum alteram tibi eodem die epiſtolam dictaui. Attic. 77. Hanc epiſtolam dictaui ſedens in rheda, cum in caſtra proficiſcerer, ab quibus aberam bidui.*

Dictitare *aliquid. Ter. 139. Quid? nõ es obſecro, quem ſemper te eſſe dictitaſti?*

Diducere *aliquid. Cæ. 171.. Vt aduerſariorum manus diduceret: id eſt, diſtraheret, in aliam partem duceret.*

Differre. *Frequens in quatuor ſignificationibus uerbi uſus eſt. nam aut pro producere, aut uexare, aut aliquid diuulgare, poſtremo pro differentiam habere, recipi ſolet, uti in exemplis.* CVM *eſt pro producere, quia res ad tempus pertinet, & rem in tempus, & tempus rei differri dicitur.* **Comitia**. *Attic. 13. Ita comitia in VI. Calend. Sexti. dilata ſunt in ante diem. Ita Attic. 35.. Comitia Bibulus cum Archilochio edicto in ante diem XV. Cal. Nouemb. diſtulit.* **In tempus**. *Atti. 62.. Venatio in aliud tempus dilata. Ita* **In breue** *tempus. Att. 285.* **In poſterum**. *in fa. 151. Itaq; res dilata eſt in poſterum.* **Vadimonium**. *1. uol. orat. 4. Cum cæteris, quæ habebat, uadimonia differt.* **Diem**. *1. uol. orat. 116. Iſte omnibus iudicijs diem diſtulit. Cum eſt pro uexare. aliq. aliqua re. Ter. 10. Orationem ſperat inueniſſe ſe, qua differat te.* **Doloribus** *aliq. Ter. 87. Miſeram me, differor doloribus. pro diuulgare. ut rumores. Terent. 51. Nam quod rumores diſtulerunt maleuoli: id eſt, quod prædicent maleuoli, diuulgent. Cum habet differentiam. 2. uol. ora. 83. Quaſi uero paulum differat ager Campanus, ac Stellatis. quod Teren. 77. per uerbum intereſt dixit. hoc pater, ac dominus intereſt.*

Diffidere *alicui, eſt in illo ſpem nullam habere. 2. uol. ora. 21.. Illum diffidentem rebus ſuis ad Stalenum, atque ad pecuniam confugiſſe.*

Diffinire, *uide multa quæ ad hoc uerbum faciunt, ad uerbum definire.* **Locum** *in cœlo. off. 127.. Certũ eſſe in cœlo, ac diffinitum locum, ubi beati æuo ſempiterno fruantur: quaſi conſtitutum, & certum.* **Memoriam** *beneficij. 2. uol. or. 203. Neq; æquum eſt tempore, et die memoriam beneficij diffinire: id eſt, ad quoddam tempus beneficij tantum memorem eſſe.*

Diffluere, *aliquid aliqua re. ut* **Laſciuia** *aliq. Ter. 72. Egó ne? ut eius animũ, qui nũc luxuria, & laſciuia diffluit, retundã, redigam, & quo ſe uertat, neſciat.* **Luxuria**. *uide laſciuia.*

Digerere *aliquid. ut* **Mandatum**. *Att. 315. Tamen facies, ſcilicet, ut mea mandata digeras, perſequare, conficias.* **Tabulas**. *1. uolum. orat. 88. Habeo & iſtius, & patris eius accepti tabulas omnes, quas diligentiſſime legi, atq; digeſſi.* **Nomina** *in codicib. 1. uol. orat. 46. Verum cætera nomina in codicem accepti, & expenſi digeſta habes, an non? ſi non, quomodo tabu*

modo tabulas conficies? id est, suo loco & ex ordine omnia collocata, nam digerere maxime ordinem continet.

Dignari aliquid. 1. uol. phil. 45.. Quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda, & quadam æstimatione dignanda docebat: id est, & ut aliquid etiam æstimarent.

Dilapidare aliquid. Ter. 143.. Priusquàm dilapidet nostras triginta minas.

Dilatare aliquid, est latum amplumq; id reddere. Vt Imperium. de off. 15.. Quorum rebus gestis imperium Lacedæmoniorum dilatatum putatur. Locum. 2. uol. phil. 64. Istum enim locum illa uetus Zenonis breuis, & (ut tibi uidebatur) acuta conclusio dilatauit. ita conclusionem. 64.

Dilaudare aliquid. Att. 90. Et ego audebo legere unquam, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, si tale quid fecero? est summopere laudare. dis enim nunc auget.

Diligere aliquid re aliqua. in fa. 11. Et eum non solum beneficio, sed amore etiam, & perpetuo quodam iudicio meo diligebam: id est, quia de eo recte semper senseram. In loco germani. Ter. 7. Si te in germani fratris dilexi loco. Mutuo. in fa. 145.. Fac ualeas, meq; mutuo diligas. 3. uol. ora. 68. Fidem eius est complexus, officia, obseruantiamq; dilexit. Att. 197.. Quas mittis, beneuolentiam, diligentiam, prudentiam mirifice diligo: id est, grata sunt. Se aliq. 1. uol. ora. 46. Vsq; eò ne te diligis? & magnifice circũspicis? id est nimio pluris se facere.

Diloricare tunicam. in orat. lib. 119. Qui in causa peroranda nõ dubitauit excitare reum consularem, & eius diloricare tunicam. fortasse diloricare dixit, quia de uulneribus acturus erat quæ nulla lorica defenderat.

Diluescere. 2. uol. orat. 112. Ipsi comprehensi ad me, cum iam diluesceret, deducuntur.

Diluere aliquid. ut Crimen aduersarij. 2. uol. orat. 19. Hodierno enim die primum ueteris istius criminis diluendi potestas data

data est. Item. 3. uol. orat. 115. Ego res tam leues qua ratione infirmem, ac diluam, reperire non possum. Molestias. 1. uol. phil. 198. Quæ cogitatio una maxime molestias omnes extenuat, ac diluit.

Dimanare aliquid ad aliq. ut Ad existimationem hominum. 3. uol. orat. 38.. Et meus hic forensis labor, uitæq; ratio dimanauit ad existimationem hominum paulo latius commendatione, ac iudicio meorum.

Dimetiri aliquid. ut Opus. Cæs. 24.. Interim legiones sex, quæ primæ uenerant, opere dimenso castra munire cœperunt.

Dimicare de re aliqua. ut De fortunis omnibus. Att. 131. Neq; enim eorum militũ, quos mecum habeo, uoluntati satis cõfido, ut de omnibus fortunis reip. dimicẽ. Ita de imperio. Att. 31.

Dimidiari aliquid. Mensem. 1. uol. or. 134.. Eximi iubet nõ diem ex mense, sed ex anno unũ dimidiatumq; mẽsem. un mese e mezzo. Dimidiatum est (quando in dimidiatum incidimus) quod in duas partes quicquid illud sit, diuisum est, dimidium partes ipsæ appellantur. Addo illud, dimidiatam fabulam, imperfectam fabulam esse, ut quædam sunt Plautinæ.

Diminuere aliquid. ut Cerebrum ali. Ter. 89.. Diminuetur tibi quidem iam cerebrum. Dignitatem. in ora. lib. 161. Et interitu talis auguris dignitatem nostri collegij diminutam dolebam. Re aliqua aliquid. ad Her. 6. Et quod negocio diminutum fuerit, exæquabimus industria.

Dimittere aliqu. ab aliqu. Cæs. 235. Te ab exercitu dimitto. uulgò cassar. aliq. alicuĩ aliquo. ut Cæ. 122. Cæsarem quoq; pro sua dignitate debere & studium, & iracundiam suam reipub. dimittere, nunc est condonare. Amicitias. de offic. 110.. Est etiam quasi quædam calamitas in amicitijs dimittendis nonnunquam necessaria. E manibus. in ora. lib. 206. Neq; eum dimittis è manibus: id est, interponis. In consilium iud. Asc. 59. Quod etiam ab utraq; parte oratione consumpta, ut

in con

in consilium dimitterentur, Prætor soleret pronunciare, dixerunt. Et consilium. Asc. 24.. Quò tumultu Cornelius perturbatus concilium dimisit: id est, missum fecit. Legationes. Cæs. 78. Dimittit quoquouersus legationes, obtestatur ut in fide maneant. Ita Nuntios. Cæs. 46.. Interim barbari nuntios in omnes partes dimiserunt. Ludos aliq. Pl. 239.. Nunquàm Hercle quisquam me lenonem dixerit, si nõ te ludos pessimos dimisero: id est, probe ludificatum. Studium aliquod. 1. uol. phil. 4. Homo sanè in istâ philosophia, quæ nunc propè dimissa reuocatur. uulgò etiam dicitur, quasi desmessa. Se ad aures aliq. 1. uol. orat. 129. Crebrò dimittebat se accensus ad aures Thimarchidis. Superbiam. Sallu. 92.. Illi superbiam suam dimittent. Vsum rei. in fa. lib. 126. Etsi non idcirco eorum usum dimiseram, quod ijs succenserem: id est, eos interposueram. Vim suam alicui. in famil. 132. Quod quidem si ita est, minime miror, cœlum etiam & terram uim suam si tibi ita conueniat, dimittere: id est, tibi etiam cœlum & terram recte consulere, neq; tecum uim suam experiri.

Dimouere aliq. de re. De sententia. 1. uol. orat. 75.. Vt ne quis te de uera, & certa possit sententia dimouere. ex re. Ex possessione aliq. 2. uol. ora. 82. Qui ex ea possessione rempub. dimoueret, ex quâ, et cetera. ab aliq. aliq. Molestiam à se. 1. uolum. orat. 55.. Quo ego adiumento sperabam hanc à me molestiam posse dimoueri: id est, auferri.

Dirigere aliquid ad aliquid, & aliqua re. ut Ad bonam opinionem. Att. 228.. Me deinde sine ad hanc opinionem iam nunc dirigere puerum: quæ autem opinio illa esset statim Cicero infrà explicuit. Artem & manum ad similitudinem. in orat. lib. 197.. Ad illius similitudinem artem & manum dirigebat: id est, illum imitabatur. Ad uoluptatem. 1. uolum. phil. 88.. Ad uoluptates artes suas direxisse: id est, uoluptatem tantum in suis artib. attendere. Aliquid re aliqua. de offic. 70. Sed

70. Sed tamen ad extremum utilitate putat officium dirigi magis quàm humanitate: id est, magis utilitatẽ quàm humanitatem sequitur. Ita Honestatem aliquid. de offic. 68.. Honestate igitur dirigenda est utilitas. Ita Voluptate. 1. uolum. phil. 79. Non igitur potestis uoluptate omnia dirigentes, aut tueri, aut retinere uirtutem. Ita Norma. aliq. in ora. lib. 160.. Nec sunt hæc rhythmorum, ac musicorum acerrima norma dirigenda. Aciem. Cæs. 222. Et hostes interim, quorum dux erat Labienus, & duo Pacidij aciem dirigunt mirabili longitudine non peditum, sed equitum confertam. Iter aliquo. in famil. 150. Ipse iter ad Mutinam dirigerem. Vitam ad normam rationis. 2. uolum. orat. 124.. Et primum M. Caton. uitam ad certam rationis normam dirigenti respondebo.

Dirimere aliquid cum aliquo. in famil. 41. Ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias suscepisset, ueterem coniunctionem diremissem, quàm nouam consiliassem. Consilium. Sall. 7. Ea res consilium diremit: id est, impedimento fuit quo minus consilium exequeretur. Pacem. 3. uolum. orat. 44.. Ideo ne ego pacem Pyrrhi diremi? ut amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? id est, ne fieret pax, uetui. Prælium, noctem. Cæs. 197.. Quod nisi mox prælium diremisset. Item Pl. 4.. Att. 314.. Societatem. 2. uol. or. 218.. Hanc iucundissimam uitæ, atq; officiorum omnium societatem certi homines fictis sermonibus, & falsis criminibus diremerunt. Tempus. 2. uol. phil. 98. Cum pulmo incisus, etiam in bonis extis, dirimat tempus, & proferat diem?

Dirumpere, amicitias. de offic. 112. Repente in medio cursu, amicitias exorta aliqua offensione dirumpimus.

Discedere. Vnum attigit in hoc uerbo Adrianus, quod scilicet attinet ad rei commutationem, nos quædam alia ex bonorum consuetudine ad linguæ præsertim apparatum adducemus, atq; uti se certis astructionis legib. contineat, docebimus.

A' Iure

A' Iure aliquid. in fa. 135. Nisi quod omnia sunt incerta, cum à iure discessum est. cum scilicet ius sublatum est. A' latere alic. Sall. 139. Deniq; nunquam fermè discessisse à latere P. Cœ= pionis nobilissimi ciuis. Ita A' re digitum. 1. uol. orat. 207. Neq; ab argento digitum discedere. A' sententia sua. Cæ. 120. Marcellinus perterritus conuicijs à sua sententia discessit. A causis. in orat. lib. 121.. Sibi certum esse à iudicijs, causisq; discedere: id est, uelle desinere causas agere. A iudi= cijs. uide à causis. A se aliq. 2. uol. phil. 132. Ille autem Græ cus quid mirum si magnitudine timoris, ut plerunq; fit, à con= stantia, atq; à mente, atq; à se ipse discessit? Item in or. lib. 190. A' cõstãtia. uide à se. A' mente. uide à se. A uita. 1. uo. ph. 166. Quod à uita quidam per inediam discedens, reuocatur ab ami= cis. Ab aliquo. in fam. 89. Etenim omnes Cæsaris fami= liares satis opportune habeo implicitos consuetudine & bene= uolentia, sic, ut cum ab illo discesserint, me proximum habeant. Item in fam. 14.. Dicendi est modus Hercle peruenustus, quo= ties aliquo excepto, alij primas in aliqua re deferimus. Ab ar mis. Cæs. 127.. Fore ut æquis conditionibus ab armis disceda= tur. Item Sall. 35. Animum. 1. uol. phil. 152. Qui discedere animum censent. Quoniam uero ueteres in rebus decernendis primum pedibus in sentẽtiam ibant, arbitror factum esse, ut ex eo discessu etiam discedere, quẽadmodum ab eundo, ire in sen= tentiam, dicerent. Sall. 22. Postquam (uti dixi) senatus in Ca= tonis sententiam discessit. In alia omnia. in fam. 151. Frequẽs cum senatus reliquit, & in alia omnia discessit: id est, decreuit alia omnia. Ita discessionem facere. in fam. 4.. Vide facere di= scessionem. Ita In opinionem. in fam. 91. Hanc in opi= nionem discessi, ut mihi tua salus dubia non esset. Cœlum. 2. uolumi. phil. 100.. Et sanguinem fluxisse, & discessisse cœ= lum: id est, uisum est cœlum diuidi. ut terram infra. De sen= tentia. 1. uolumi. phil. 118. Quis enim potest istis, quæ te, ut

ais, delectant, breuibus, & acutis auditis de sententia discedere. De prouincia. in fam. 30. Quod etiam nunc uereor, ne antequam in prouinciam ueniss es, ego de prouincia discede= rem. E' conspectu aliq. Cæs. 182. Celeriter è conspectu castrorum discessit. Ex animo aliquid. de off. 126.. Ita nun= quàm ex animo meo discedit illius optimi, atq; inuictissimi uiri memoria. In duas partes. Sall. 30. In duas partes discedunt Numidæ, plures Adherbalem sequuntur. Quartanam ab aliq. Att. 122.. Modo etiã audiui quartanam à te discessisse. & Alicui aliquid, ut Spem. Cæs. 21. Et hostibus eadem de causa spes potiundi oppidi discessit. Terrã. de offi. 95.. Hinc ille Giges inducitur à Platone, qui cum terra discessisset ma= gnis quibusdam imbribus &c. id est, hiare, ut cœlum aliquan= do uisum est. Hoc item uerbum cum ueteres ad multos re= rum fines transferrent, maxime ad litigatores iam factis iudi= cijs accommodabant: ut dicerent litigatores, cum iudicata res esset, discedere aut recte, aut pulchre, aut contra. Terent. 146. Iam uero pulchre discedo, & probe, & præter spem. Item 139.. Modo ut hoc consilio possit discedi, ut istam ducat. nam iam res ad iudices fuerat. Cicero uero in fam. 4. dixit pul= cherrime stare in senatu.

Disceptare. In hoc illud obseruo haud fortasse etiam obser= uatione indignum, cum scilicet uerbum potius eorum sit, qui inter se litigant, quàm qui iudicant, eius tamen uerbale, quod est disceptator, iudicum esse potius, quàm litigantium. ut in or. lib. 230. Nam aut auscultator est modo, qui audit, aut disce= ptator: id est, rei sententiæq; moderator. Item. 232. Quorum primus locus est in personis: nostris, disceptatorum, aduersario rum. Ex quibus locis planum fit, quid sit disceptator, sed iam ad uerbum. Cum aliquo iure æquo. 1. uol. ora. 116. Vt si= bi cum palæstritis, hoc est cum po. Syracusano æquo iure disce= ptare liceat. Item in fam. 79. Non consilijs, neq; autoritatibus

nostris de iure publico disceptare.

Discere, de re aliqua. Pl. 253.. Ibo intro ad libros, et discam de dictis melioribus: id est, aliquid ex dictis melioribus. **Vsu** aliquid. Sall. 3. Iampridem iuuentus simul ac belli patiens erat, in castris per laborem usu militiam discebat: id est, exercendo se. **Pro intelligere**, cognoscere. Cæs. 92.. Discit cum omni equitatu Litauicum ad solicitandos Heduos profectum.

Discernere, est rem à re aliquo modo separare. **Fines**. Sall. 38. Neq; flumen, neq; mons erat, qui fines eorum discerneret: id est, diuideret, disiungeret, separaret, distermunaret. **Vxorem & sororem**. 2. uol. orat. 252.. Cum sacra, ludosq; conturbas, cum uxorem, sororemq; nõ discernis, cum quod in eas cubile non sentis. uulgò non far differentia.

Discludere aliq. ab aliq. Cæs. 79. Etsi mons Gebena, qui Auernos ab Heluetijs discludit: id est, separat, disiungit.

Discordare aliq. inter se, & cum aliquo. **Inter se**. Teren. 13. Sed quî scis eos nunc discordare inter se? Item. 1. uol. phil. 58. Sed intus etiam in animis inclusæ inter se dissident, atq; discordant. **Cum aliquo** aliq. 1. uol. phil. 61. Quo minus à se ipso dissidens ipse, secumq; discordans, gustare partem ullam liquidæ uoluptatis & liberæ potest.

Discrepare ab aliquo, & cum aliquo. **Ab aliquo**. in fa. 25. Ex eo quidam suspicati fortasse sunt animorum contentione, non opinionum dissentione me ab eo discrepare. **Cum aliquo**. 1. uol. phil. 84.. Audi, ne longe abeam, moriens quid dicat Epicurus, & intellige facta eius cum dictis discrepare.

Discriminare. Vides uti ordinis ratio in hanc paginam cum plura uerba inter se significatu similia coniecerit. 3. uo. or. 243. Hetruriam discriminat Calsia. uia scilicet. Cæ. supra dixit discludere. Sall. Paulo etiam supra discernere: nisi sit discriminare rem unam in duas partes diuidere: discernere uero, & discludere inter duas res aliquid intersecare: ut ex superioribus exemplis

exemplis conijci potest.

Discutere conflationem. in fam. 165. Omnem enim conflationem eius discussissem, præsertim adiutore Planco. **Ludos**. Asc. 5. Qui ludi sublatis collegijs discussi sunt: id est, quos ludos committi desitum est. **Aduocationem**. 2. uolum. or. 224. Eorumq; aduocationem manibus, ferro, lapidibus, discussisti: idem est cum disijcere. **Niuem**. Cæs. 79. Tamen discussa niue sex in altitudinem pedum, atque ita uijs patefactis. ut fit in semitis faciendis altiorem per niuem.

Disijcere. Vt discutere est in diuersas partes quatere: ita disijcere in diuersas partes iacere, præsertim de ijs, quæ separari possunt, ut copiæ, fasces, paleæ. **Manum**. Attico. 130. Nos disiecta manu pares aduersarijs esse non possumus. **Aliquid medium**. Sallustius. 25. Quos medios cohors prætoria disiecerat.

Disiungere aliquem ab aliquo. **Se ab aliquo**. in famul. 16.. Nam ab orationibus disiungo me, referoq; ad mansuetiores musas: id est, iam cesso causas agere. Terent. 103.. Atqui ea res multo maxime disiunxit illum ab illa. Vbi non seruatur proprietas, quam uerbo huic dat Don. super illud. 119. Vt hæc nunc Pamphilum uere ab se segregarit. ubi ait, proprie à meretrice segregari dicitur, ab uxore disiungi. nam nunc de meretrice agitur, & disiungere dixit.

Dispalare aliq. in aliquid. Sallust. 89. Hæc igitur multitudo primum malis moribus imbuta, deinde in artes, uitasq; uarias dispalata &c.

Disparare aliquid. Cæs. 85. Vt procul in uia familiaribus suis, principibusq; ciuitatum disparandos, deducendosq; ad suos curaret: id est, separari, ut singuli adducerentur ad suos.

Dispensare. Ego, ut de me dicam, nisi uerbum apud Ci. deprehendissem, quia Italico est quàm similimum, nunquam uti ausus fuissem. **Aerarium**. 3. uolumine orationum. 36. Eripueras se-

natui prouinciæ decernendæ potestatem, imperatoris deligendi iudicium, ærarij dispensationem. Item in orator. libris. 96.. Sed etiam momento quodam, atque iudicio dispensare, atque disponere.

Disperdere aliquid. in fa. 66. Tot ciues Romanos occidit, arripuit, disperdidit, regiones uastauit.

Dispergere aliquid, & aliquid in re, & aliquid re aliqua. **Bellum**. 2. uol. or. 11. Ita tantum bellum tam diuturnum, tam longe, lateq; dispersum &c. **Viam**. Ter. 83. Vt cerebro dispergat uiam. **In uia cerebrum**. Ter. 94.. At tibi mauis cerebrum dispergi hic.

Displicere, præter notam & peruulgatam uerbi significationem, alia, ut non ita frequens, ita longe elegantior uenustiorq; uerbo à latinis attributa est, hæc autem eadem est cum eo, quod molestum, & graue esse dicimus. in familiar. 57. Cum cæteris, ut quidem uideor, tum ipsi mihi displiceo. Item. 3. uolum. orat. 55. Cumq; è uia languerem, & mihimet displicerem, misi pro amicitia, qui hoc diceret.

Disponere, est certo suo loco aliquid collocare. **Custodias**. Cæs. 84.. Quod paulo incautius custodias in muro dispositas uidebat. **Equites**. Cæsar. 189.. Itemq; per equites dispositos aqua prohibere classiarios instituit: id est, in diuersis locis positos. Item. 190. Et nisi eo ipso tempore quidam nuncij de Cæsaris uictoria per dispositos equites essent allati, uulgò, à stafetta per le poste. **In catenis** apud aliq. Asc. 20. Pomp. post triumphum Mithridaticum Tigranis filium in catenis disposuerat apud Flauium senatorem: id est, collocarat. **In quincuncem** aliquid. Cæs. 98.. Ante hos obliquis ordinibus in quincuncem dispositis scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur. **Præsidia**. Cæs. 3. Sall. 17.. cos. Vbi ea parari cognouit, dispositis præsidijs &c.

Disputare, in rem, & in re. **Vt in partem** ullam. 1. uolu. or. 237. Neque ego in ullam partem disputo. **Et in sententiam**. in or. lib. 94. Neq; hæc in eam sententiam disputo, ut homines &c. **In ea re**. Ter. 1. Atque in eo disputant.

Disrumpere in iudicio. in famul. 95. Dirupi penè me in iudicio Galli Caninij familiaris tui. multum in eo iudicio laborasse significat.

Dissentire, est diuersum ab alio sentire. & ab aliquo, & cum aliquo, & inter se aliquos dissentire dicimus. 1. uolum. philosophiæ. 215. Vitiositas autem est habitus, aut affectio in tota uita inconstans, & à seipsa dissentiens. Item Sallustius. 2. Cum ab reliquis malis moribus dissentirem. **Cum aliquo**. ad Herenn. 4. Cum uidetur scriptoris uoluntas cum scripto dissentire. **Inter se**. in oratorijs libris. 148.. Quasi familiæ dissentientes inter se.

Dissimulare, ut simulare est fingere scire, quod nescias: ita dissimulare est fingere nescire, quod scias. Sall. 2.. Cuiuslibet rei simulator, ac dissimulator.

Dissipare. Insipare est inijcere: unde dissipare inquit Sext. Pompeius. **Sermones**. 1. uolum. orat. 79.. Cum iste, atque istius amici homines lauti, & urbani sermones huiuscemodi dissipauissent. Ita **Rumores**. 3. uolum. orat. 26. **Copias**. 2. uolu. oration. 216. Sed etiam depulsis, ac dissipatis tuis copijs à Pop. Rom. uniuerso. **Exercitum**. Cæs. 207.. Quo tamen incommodo Domitius accepto reliquias exercitus dissipati collegit. **Hostes**. in famul. 23.. Interea cum meis copijs omnibus uexaui Amanienses hostes sempiternos, multi occisi, capti, reliqui dissipati. Ita **Homines** in syluis. in or. lib. 88. Quis enim tibi hoc concesserit, aut initio genus hominum in montibus, ac syluis dissipatum, non prudentium consilijs &c. **Statuam**. 3. uolu. orat. 99.. Illi autem statuam istius persimulem, quam stare in celeberrimo loco uoluerat, ne suauissimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant: id est, eius

quoq; fragmenta dilapidant. Nauigium. Att. 243. Prorsus dissolutum offendi nauigium, uel potius dissipatum. ut dissolutũ sit, quod tantum demolitum est. dissipatum, quod partes habet disiectas. Oratorem. in or. lib. 184. Nam cum tardus in cogitando, tum in instruendo dissipatus fuit: id est, qui ordinem non seruaret, qui non suo loco res collocaret. Animum. 1. uolu. philos. 152. Qui discedere animum censent, alij statim dissipari, alij diu permanere, alij semper: id est, euanescere.

Dissociare, est separare, disiungere, dissoluere, ut Amicitias. de off. 110. Quorum dissimilitudo dissociat amicitias. Ita Animos aliquorum. Att. 65. Quin alterutram partem offenderet dissociatis animis ciuium.

Dissoluere. Verbi proprietas est liberare, quod antè aliquo modo obstrictum erat. Vt uero non uno modo dissoluẽdi ratio transferatur, utq; uerbum se per casus uariet construẽdo, exempla ipsa demonstrabunt. Amicitiam. 1. uol. or. 37. Perditissimi est igitur hominis simul & amicitiam dissoluere, & fallere eum, qui læsus non esset, nisi credidisset. Animum. 1. uolu. orat. 23.. Etenim quis tam dissoluto animo est, qui hæc cum uideat, tacere ac negligere possit? id est, tam nullius animi. Contraria. ad Her. 4. Nam, cum adiumenta nostra exposuerimus, contrariaq; dissoluerimus: id est, diluerimus, confutauerimus. Ita Crimen. 2. uol. or. 108. Iam enim faciam criminibus omnibus ferè dissolutis contra, atque in cæteris causis fieri solet. Item Criminationem. 1. uolu. orat. 32. Erucij criminatio tota, ut arbitror, dissoluta est. Ita Crimina. 2. uolum. orat. 18. Quod uos de criminibus sic audire consueuistis, ut eorum omnem dissolutionem ab oratore quæratis. Debitum. 1. uolu. or. 55. Qui Roscio omne quod debuit, dissoluit. Ita Aes alienum. de off. 51. Nunquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec facilius dissolutum est. Item 3. uol. or. 169. Vt æs alienũ filij dissolueret, patri persuasi. Institutum. 2. uol. phil. 175.. Quòd

Quod institutum perite à Numa posteriorum pontificũ negligentia dissolutũ est: id est, desitum est seruari. Iudicia. 2. uol. or. 73. Interea dissoluant iudicia publica, de consilijs abducant quos uelint, singuli de maximis rebus iudicent. Mala omnia mortem. Sall. 18.. Eam cuncta mortalium mala dissoluere: quia dum uiuimus malis omnibus deuincti sumus. Nauigium. Att. 243. Prorsus dissolutum offendi nauigium, uel potius dissipatũ. Pecuniam. 1. uol. or. 246.. Pecuniamq; ex S.C. & ex lege dissoluerant. Periurium. de offic. 75. Fraus enim distringit non dissoluit periurium. Senectutem multos. Sall. 33.. Pluresq; senectus dissoluit: quia animus cum corpore colligatur, quo dissoluto nodo corpus moritur. Seueritatem. 2. uol. or. 139. Misericordia commotus ne sis etiam in dissoluenda seueritate. Se. Terent. 61.. Dissolui me otius, operam ut tibi darem. Societatem. 1. uol. orat. 51. Cur in re tam ueteri, in negotio tam confecto, in societate dissoluta, noua hæc restipulatio interponitur? id est, undique absoluta, confecta.

Dissuadere aliq. & de aliqua re dissuademus. C. Gracchus, ut A. Gellius refert. 155. In ea oratione, qua legem Aufeiam dissuasit. Qui prodeunt dissuasuri, ne hanc legem accipiatis: petunt non honorẽ à uobis, uerum à Nicomede pecuniã. in or. lib. 238. Dissuadentibus autem, aut utilitas labefactanda est, aut efficiendi difficultates efferendæ, neq; alijs ex præceptis, sed ijsdem ex suasionis locis, ut uerum sit quod Lau. Vall. affirmat, dissuadere magis ad suadere, quàm ad persuadere respõdere. dicit enim uides ex ijsdem locis & dissuasionis, & suasionis, non autem persuasionis, rationem peti. De re aliqua. de of. 74. Cum præsertim de captiuis dissuasurus esset.

Dissuere aliquid. ut Amicitiam. de offic. 110.. Tales igitur amicitiæ sunt remissione usus leuandæ. &, ut Catonem dicere audiui, dissuendæ.

Distendere, est ualde tendere. ut uentrem. Pl. 78. Vt ipsæ solæ

uentres distendebant suos. cognoui illas lautas estrices, corbitant ubi comesse possunt.

Distinere, est in diuersas partes tenere, transferturq; maxime ad animum cum diuersis rebus occupatus est, & aliq. aliqua re distinetur. Att. 268. Cum litibus distineretur. **Animo**, opera. Att. 327. Etsi distentus cum opera, tum animo sum multo magis. **Manus**. Cæsar. 91.. Quos Cæsar ab dextera parte alio ascensu manus distinendæ causa miserat.

Distinguere aliq. aliqua re. 1. uol. or. 214. Non pauca etiã pocula ex auro, quæ, ut mos est regius & maxime in Syria, gemmis erant distincta clarissimis. **Cœlum** astris. 2. uol. phil. 45. Tum cœlum totum cernerent astris distinctum, & ornatum.

Distorqueri. Sub re aliq. aliq. in or. lib. 133.. Demonstraui digito pictum gallũ in mariano scuto Cimbrico sub nodis distortum, ciecta lingua, buccis fluentibus.

Distribuere, est in diuersas partes tribuere. **Singulis** binos. Att. 111.. Sanè commode Pompeius distribuit binos singulis patribus familiarum: id est, cuiq; duos attribuit. **In ciuitates**. Cæs. 82. Generatimq; distributi in ciuitates, omnia uada, ac saltus eius paludis certis custodijs obtinebant. **In partes**. 1. uol. philos. 185.. Est enim in partes distributus duas, quarum altera &c. **Fortunas** 3. uol. or. 200.. Et iam ad cuiusq; opinionem distributæ fortunæ. **Ex sententia**. Ter. 85. Id distributum sanè est ex sententia.

Distringere, est ualde stringere. **Periurium**. de offic. 75. Fraus enim distringit, non dissoluit periurium. **Gladium**. de offic. 74.. At ille, ut ingressus est, confestim gladium distrinxit. **Sicam**. Asc. 37.. Duas uno tempore conantur in remp. sicas distringere. utrobiq; pro nudare, educere gladium. **Aliqua re** aliq. in orat. 143. Nam quandiu Crassi fuit ambitionis labore uita districta.

Disturbare, est plerunq; demoliri, diruere: interdum etiam ad quædam

quædam alia transfertur. **Domum**. 3. uol. or. 198. Huc etiam nisi uenirem Cal. Septemb. fabros se missurũ, & domum meam disturbaturum esse dixit. **Aedes**. Att. 35.. Armatis hominibus ante diem tertium Non. Nouemb. expulsi sunt fabri de area nostra, disturbata porticus Catuli, quæ S. C. reficiebatur. **Pontes**. ad Her. 4.. Pontes disturbat, cistas deijcit, impedimento est quo secius feratur lex. Itẽ. 9.. Itẽ **Tectum**. 3. uol. or. 21. Aedes incenderet, tecta disturbaret, templa Deorum immortalium inflammaret. **Vrbem**. de offic. 61. Vt in Corinthi disturbatione nostri. **Iudicium**. 2. uol. or. 169.. Ille ambitus iudicium tollere, ac disturbare primum conflato uoluit gladiatorum, ac fugitiuorum tumultu. **Nuptias**. Terent. 4. Ne esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias. **Pacem**. Sallust. 78. Pax, & concordia disturbantur palàm. quibus postremis in locis impedire significat.

Diuellere, aliquid. ut **Vulnus**. Cæs. 246. Ipse suis manibus uulnus crudelissime diuellit.

Diuersari apud aliqu. Att. 89. Diuersatus est Laodiceæ apud Pompeium.

Diuertere, ad aliquem, siue aliquò. **Ad hospitem**. 1. uolu. philos. 125. Nec ad hospitem ante diuertisse, quàm &c. Itẽ **Ad cauponem**. 2. uol. ph. 92. Alterum ad cauponem diuertisse, ad hospitem alterum. **Ad Albanum**. 3. uol. or. 111. Atq; illo die certe Aricia rediens diuertit Clodius ad Albanum. **Domum**. 3. uol. or. 146.. Cum inquit in Castellum Luceium uenisses, & domum regis hospitis tui diuertisses. **Linguam** ad aliq. Pl. 211. Tum ad horum mores linguam diuertero.

Diuidere, aliquando est rem unam in plures partes dispartire: aliquando est multis distribuere suam partem. Tunc uero dicimus alicui, & in aliquos. totum tamen diuidi solet, non autem pars, ut dixit Plautus: ut suo loco. **Aliquid** aliquibus. Attico. 17. Tribulis enim tuus est, & Sextus pater eius

numos uobis diuidere solet. In uiros aliq. Pl. 34. Nam noster nostræ qui est magister, curiæ, diuidere argenti dixit numos in uiros. Dimidium cum aliquo. Plaut. 18.. Pol me haud pœnitet: scilicet boni dimidium uolui diuidere cum Ioue. Item Pl. 43. Dimidiam tecum potius partem diuidam: id est, partem dimidiam dare. fortasse ita ueteres loquebantur. Cic. & cæteri ex nostro numero non ita. Est item ubi apud Plaut. 36. Obscœnam rem significet. inquit enim: Me quidem Hercle, dicam palam, non diuides. Sententiam. 3. uol. orat. 104. Diuisa sententia est, postulante nescio quo. Item in fam. 3. Postulatum est, ut Bibuli sententia diuideretur. Vt paucis expediã: Cum aliquis in dicenda sententia duas, plures ue res complecteretur, neque eæ omnes probarentur, postulari solebat, ut sententiam diuideret: id est, de singulis rebus separatim, ut referret. Ciuitatem seditione. Ascon. 78. Tum cum Messana ciuitas seditione diuisa. Aliquid temporibus. Terentius. 10.. Non sat commode diuisa sunt temporibus tibi Daue hæc: id est, suis temporibus distributa.

Docere. Vide quæso uerbi peruariam constructionem. dicimus enim aliquid, & aliqua re, & de aliquo, & ad aliquid aliquem docere. Literis aliq. in orator. libr. 179. Doctus etiam græcis T. Albitius, uel potius penè græcus. Item. 186.. C. Censorinus græcis literis satis doctus. Item Sallust. 9. Hæc mulier gratia, atque forma, præterea uiro, ac liberis satis fortunata, literis græcis & latinis docta. Ita Fidibus. in fam. 140.. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen, is Connus uocitatus est. Dere aliquid. 1. uolum. orat. 22.. Vsque adeo autem ille pertinuerat, ut mori mallet, quàm de his rebus Syllam doceri. Item Sallust. 30. At Adherbal, tametsi Romam legatos miserat, qui senatum docerent de cæde fratris, & fortunis suis &c. Ad aliquid. Ter. 104.. In eodem omnes mihi uidentur ludo doctæ ad malitiam. 3. uolum, orat. 103. Ad quam non docti, sed facti, non instituti,

stituti, sed imbuti sumus: id est, secundum quam.

Dolere. Nec minus uaria est huius uerbi constructio, quàm superioris sit, recipit enim has omnes constructiones, ut dolore aliquid alicui, & aliquem aliquid, & de aliqua, & ab aliqua re. Latus alicui. in orat. lib. 143. Nanq; tum latus ei dicenti condoluisse, sudoremq; multum consecutum esse audiebamus. Malas alic. Plaut. 6.. Nam mihi etiam misero nunc malæ dolent. Duas ancillas. Plaut. 280. Quid mihi futurum est, cui duæ ancillæ dolent, quibus te donaui. Cordi aliquid. Pl. 13. Ego illud scio quantum doluerit cordi meo. Aliquid. 1. uol. phil. 207.. Quid ergo? illud quod Alcibiades dolebat, non ex animi malis, uitijsq; constabat? Caput de uento. Pl. 28. Nam mihi de uento misere cõdoluit caput. Abre aliqua. Pl. 82. Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine. Verum cum dolemus, aut nostro, aut alterius incommodo dolemus: posterius ueteres per hanc uocem uicem exprimebant, dicebantq; dolere uicem eius, cuius incommodi causa dolebant. Vt Att. 58. De lentulo scilicet fero, ut debeo, uirum bonum, & magnum hominem, & in summa magnitudine animi multa humanitate temperatum, perdidimus, nosq; malo solatio: sed nonnullo tamen consolamur, quod ipsius uicem munime dolemus, non ut Saufeius, & Vestorius me hercule, quia sic amabat patriam, ut mihi aliquo deorum beneficio uideatur ex eius incendio esse creptus. Igitur quia hoc malo caret, nihil eius uicem doleo. Item. 92.. Huc enim odiosa afferebantur de Curione, de Paulo, non quòd ullum periculum uideam stante Pompeio, uel etiam sedente, ualeat modo, sed me hercule Curionis, & Pauli meorum familiarium uicem doleo: id est, quod ipsi in hoc multum damni facturi sunt. Item. 133. Balbi Cornelij literarum exemplum, quas eodem die accepi, quo tuas, misi ad te, ut meam uicem doleres, cum me derideri uideres. Item. 1. uolu. orat. 99. Nos si alienam uicem pro nostra iniuria doleremus,

uestigium ipsius in foro non esset relictum: id est, damnum alterius quantum nostrum si doleremus &c. in orat. lib. 266.. Scio ab isto initio tractum esse sermonẽ, teq; Aruti dolentem uicem, quasi defleuisse iudiciorum uastitatem, & fori.

Domare *aliquid,* **Gentes.** *3. uol. orat. 132. Domuisti gentes immanitate Barbaras &c. id est, subegisti, superasti, obedientes reddidisti. pugnos in pariete. Plau. 5.. Gestiunt pugni mihi.* **So.** *Si in me exerciturus, quæso in parietem ut prius domes.*

Dominari. *Nollem contra grammaticorum præcepta audacter dicere, moderate tamen dicam: Mihi nondum lectum est dominari aliquem alicui, sed in aliqua re semper. nam illud in off. 28. O' domus antiqua quàm dispari dominaris domino: magis paßiue accipiendum uidetur, quàm actiue.* **In iudicijs.** *1. uol. orat. 38.. Videt enim si à pueris nobilibus, quos adhuc elusit, si à quadruplatoribus, quos non sine causa contempsit semper, ac pro nihilo putauit, accusandi uoluntas ad uiros fortes, spectatosq; homines translata sit, se in iudicijs dominari non posse. Ita* **In concionibus.** *2. uol. orat. 18.. Sic in hoc loco falsa inuidia imbecilla esse debet, domuetur in concionibus, iaceat in iudicijs. Ita* **In capite** *ali. 1. uol. orat. 17.. Non usque eo tamen, ut in capite, fortunisq; hominum honestißimorum dominentur hi, qui &c.* **In fortunis.** *uide in capite.*

Donare, *& aliquid alicui, & aliquem re aliqua donamus. Interdum tamen est pro suo composito cõdono, tum uero utrũq; pro ignosco. Vt* **Ciuitatem.** *Att. 329.. Minuebat uectigalia, donabat ciuitates ex cõmentario.* **Vacatione** *aliq. 2. uol. philosop. 27. Et agro à senatu & uacatione donatus.* **Inimicitias** *suas Reipub. in familiar. 62. Tu tuas inimicitias, ut Reip. donares: id est, Reip. causa eas inimicitias deponeres.*

Dormire *ad horas treis. Att. 167. Puella eius mane primum dormit ad horas treis: id est, diei ad horas treis dormit.* **Crapulam.** *Pl. 128.. Vbi somnum sepelíui, omnemq; obdormui crapulam*

crapulam. Item. 237. Quin abeo hinc in Veneris fanum, ut edormiscam hanc crapulam. Ita tu uinum. **In aurem.** *Ter. 58. Ademptum tibi iam faxo omnem metum in aurem utramuis ut dormias: id est, curis omnibus solutus ut dormias.* **Omnibus.** *in familiar. 106.. Olim non omnibus dormio, sic ego nõ omnibus mi Galle seruio. Et hæc prouerbialis est sententia in eos, qui operam suam omnibus non negant.*

Dormitare *aliquem. Att. 31. Cœnato mihi, etiam dormitanti pridie Cal. Ma. &c.* **Arcte** *& grauiter. 2. uolumi. phil. 93. Magnamq; partem noctis uigilasses: ad lucem deniq; arcte & grauiter dormitare cœpisse.*

Ducere. *Vt totum No. Mar. in hanc partem describam, non id tamen assequar, ut omnes uerbi significationes connumerare posßim, quare hoc magis ad exempla, si cubi id erit opus, reseruandum duxi.* **Ab aliquo** *loco se. in familiar. 164. Duxit se à Gadibus & triduum tempestate retentus &c. Iam nunc est subducere se: id est, clam de loco discedere. ut se foras infra.* **Aerem** *spiritu. 2. uolumi. philosop. 29.. Aliud ab aëre, quem spiritu ducimus.* **Amicam.** *Plaut. 30.. Qui quidem cum filio potet una, atque unà amicam ductet decrepitus senex. Item. 254. Pape ducam hodie amicam, eorum est amantium, qui noctem ab amica exorant, nam, propter plures amatores, cum ea non cubitant. Ita noctem infra. Ita meretricem.* **Animam** *de cœlo. 1. uolumi. orationum. 30. Ita uiuunt, ut ducere animam de cœlo non queant.* **Anhelitum.** *Plaut. 23.. Non uides me ex cursura anhelitum etiam ducere? est cum difficultate spirare.* **Bellum.** *in famil. 97. Suadere instituí, ut bellum duceret. nunc est trahere.* **Altitudinem** *rei. Cæs. 147.. Vbi turris altitudo perducta est ad contabulationem.* **Centesimas.** *Att. 85. Confeceram, ut soluerent centesimis sexennij ductis, cum renouatione singulorum annorum*

norum.nunc est eximere,detrahere. **Coniecturam** aliqu. in fanul. 127. Quanquàm quo me coniectura ducat, habeo. Item in orat.lib.169.. Tantummodo coniectura ducor ad suspi candum:id est,conijcio. **Ad credendum.** 1. uol.phil.184. Ita me ad credendum tua ducit oratio. nunc est persuadere. **Diem** ex die. Cæs. 5.. Diem ex die ducere Hedui. ut tem= pus. **Despicatui** aliq. 2.uol.orat.160. Quod porro in Græ= co sermone tam tritum,atque celebratum est, quàm si quis de= spicatui ducitur,ut Mysorum ultimus esse dicatur. Terent. 33. Dixit habere despicatam adolescentiam. **Deorsum** se. Plaut. 42. Ego me deorsum duco de arbore:id est,descendo,demitto. **Disciplinam** alicuius rei ex aliqua re. 1.uol.philosop.124.. Tanta uis admonitionis inest in locis, ut non sine causa, ex his memoriæ ducta sit disciplina.nunc est deduci. **Et re** aliqua ali= quem duci.ut **Errore** duci. de offic. 30. Nec quenquam hoc errore duci oportet:id est,decipi. **Gaudio** falso. Ter. 4.. Id uoluit nos sic nec opinãtes duci falso gaudio. **Realiqua.** 1.uolu.oration.229. Tamen indicauit non solum artificio, sed etiam pretio,quæstuq; duci:id est,induci. **Ita Spe.** Att. 44.. Meq; temporis non longinqui spe ductum esse, molestè feram. **Exercitum.** 2.uol.orat.128. Qua in legatione duxit exer= citum,signa contulit. **Exordium.** 1. uol. philosop.128. A' qua totius uitæ ducat exordium:id est,trahat,ut initium,princi pium. **Foras** se. Terent.112.. Vxor ubi me ad filiam ire sen sit,se duxit foras,atque eccam uideo:id est,clam foras exiuit, ut se à Gadibus. **Funus** alicui. 1.uo.orat.9. Huic acerbiß. uiuo, uidentiq; funus ducitur. **Fossas.** Cæs. 128. Fossas transuer= sas uijs perducit. **Initium** alicunde. 2.uolu. orat.69.. Tunc quæro quam ob causam initium rerum, ac legum suarum hinc duxerit,ut Pop.Rom.suffragio priuaretur? **In gyrum.** de offic. 118.. Tanquam in gyrum rationis, & doctrinæ duci oporteret. **In matrimonium.** Cæs.3.. Quod ex ea ciui=

tate

tate Orgẽtorigis filiam in matrimonium duxerat, uxorem dixit Terent. **In orbitatem** filios. Plaut.54.. Quasi in orbitatem filios produxerim:id est,ut eis amißis orbus fierem, quia tantum orbi dicuntur,qui liberos amiserunt, non qui,non susceperunt. **In sententiam.** Cæs.78. Hac coacta manu quoscunq; adit, ex ciuitate,in suam sententiam perducit. **Meretricem.** Pl. 138.. Nisi feres argentum,frustra me ductare non potes. **Noctem.** Plaut.273.. Idem si raras noctes ducit,ab animo perit. **Nomen.** 1.uol.phil. 46.. Ex quo etiam nomen hoc duxe= rat:id est,sumpserat. **Ordinem.** Cæs.123.. Qui hunc eun= dem ordinem in exercitu Cn.Pompei antea duxerat. **Post** ali= quid. Sall. 56. Et sua necessaria post illius honorem ducerent: id est,pluris illius honorem,quàm sua necessaria facerẽt. **Prin cipem** octauum. Att.277.. Cretensi bello Metello impera= tore octauum principem duxit, ut exercitum, ordinem. **Per triumphum** aliq.Sall.83. Filium eius Aristonicum,quia pa trium regnum petiuerat,hostium more per triumphum duxe= re:id est,in triumpho. per enim nunc (ut in particulis dicetur) pro in,ponitur. **Pro factis** facta. Sall.2.Supra ea,ueluti ficta pro falsis ducit. **Principium.** 2.uol.philosop.37.Si à prin cipe inuestigandæ ueritatis huius disputationis principium du= xero.ut initium. **Rationem** suam. 1.uol.orat. 102. Debere eum aiebat suam quoq; rationem ducere, multa sibi opus esse, multa &c. 1.uol.orat. 40. Non ullius rationem sui commodi ducit. Idem est cum rationem habere. **Scortum.** Plaut.115. Lubet potare, amare, scorta ducere. ut meretricem, amicam. **Sermonem.** in orat.lib.166. Nempe igitur hinc tum Pom= ponij ductus est sermo:id est,ortus.ut initium,exordiũ. **Simi= litudinem** ex aliq.or.li.197.. Ex quo similitudinẽ duceret. **Sortem.** 1.uol.orat.233. Sors ducitur. est extrahi ex urna sortem. **Spiritum.** 2.uolu. orat. 197. Vti liberum spiritum ducendi nullam habeat potestatem, ut aërem, animam de cœlo.

ita

Ita Auribus. *de re rust. 47. Sed auribus spiritum ducere solere. de capris agit. Item fa. 143.. Vt optandum sit, ut posi-mus ad id tempus Reip. spiritum ducere: id est, ut eo usq; uitam perducere possimus.* Tempus. *1. uol. oration. 82. Deinde ita tempus duceretur.* Vela. *Cæs. 153. Qui non è uestigio ad ca stra Corneliana uela duxisset.* Viam. *Att. 318.. Ea uiæ pars ualde accliuis est, sed intellexi aliter duci non potuisse: id est, fieri.* Vitio *alicui. Ter. 76.. Laudin', an uitio duci factum oporteat: id est, dari, ascribi.* Vxorem. *Ter. 103. Cum pater uxorem ut ducat orare occipit. in matrimonium dixit Cæsar.* Ducere *uero aliquid ante se, ut præ se ferre, neq; legi, neq; dicere*
La. Val. *auderem, & si grauissimus autor Lau. Vall. id usurparit.*

Duplicare *aliq.* Exercitũ. *Att. 78. Quem nos Deiotari aduĕtu cum suis omnibus copijs duplicaturi eramus.* Gloriam. *2. uol. orat. 232. At id nec propositum ullum fuit, & si fuisset, duplicata gloria discessissem.* Curam. *Sall. 19. Præterea senectus per se grauis curam duplicat.*

Durare. *Durare uerbum hoc cum absolute ponitur, significat perseuerare, sed in re semper laboriosa, & difficili. cum uero post se regit, est firmare, ad laborem ferendum assuefacere aliq. Ter. 90. In hisce ædibus durare non possum. Plaut. 12.. Durare nequeo in ædibus. Item. 31. Non queo durare. Item. 140. Cæ. 72. Hos studiose foueis captos interficiunt, hoc se labore durant adolescentes, &c.*

E



Bullire, *est feruescere, inquit No. à bullis, Ci. locum adducens. 1. uolu. phil. 199. Qui si uirtutes ebullire uolent, & sapientias, nihil aliud dicent: id est, si recte animaduertere, & diligenter uirtutis uim scrutari uolent, & eius puritatem, quasi ad ignem purgatam, considerare, haud aliter dicent. Item. 143.. Dixerit hoc quidem Epicurus, semper beatum*

tum esse sapientem, quod quidem solet ebullire nonnunquam. nunc est quasi murmurare, non aperte dicere, sed tamen ut id intelligatur dici.

Edere, *est semper de ipsis rebus, quæ aliquo modo alicũde emittuntur, ut in exemplis.* Annales. *Att. 32. Ita rursus remittit, ut me roget, ut annales suos emendem, & edam: id est, ut in uulgus eos dem, diuulgem.* Vitam. *1. uol. phil. 125. Nec ad hospitem ante diuertisse, quàm Pythagoræ ipsum illum locum, ubi uitam ediderat, sedemq; uiderim.* Clamorem. *2. uolumi. philosop. 119. Clamoremq; maiorem cum admiratione edidisset: id est, ualide inclamasset.* Cruciatus. *uide exemplum.* Exemplum *in aliq. Cæs. 10.. Et in eos omnia exempla, cruciatusq; edere, si qua res non ad nutum, aut ad uoluntatem eius facta sit, quod alios scilicet admoneat. Ter. 48. Vterq; in te exempla edent: id est, alij de te exemplum capient. Cæs. dixit ut cæteris documento sint.* Foras *se. Plaut. 123.. Non bonus est somnus homini de prandio. apage ex ædibus, me clanculum edidi foras.* Fœtum. *in orat. lib. 120.. Quo meliores fœtus posset, & grandiores edere. de ingenio loquitur per translationem ab agro: & est ferre, producere.* Indicium. *2. uolu. orat. 175. Tibi meo familiari, & contubernali prius etiam edituri fuerint indicium scribæ mei si uoluisses, quàm in codicem retulissent: id est, indicare.* In lucem. *1. uolumi. philosop. 190. Nunc autem simulatq; editi in lucem, & suscepti sumus. est autem nasci.* In uulgus. *Att. 270.. Ei rei sunt indicio præter eos libros, in quibus de eo facit mentionĕ, qui in uulgus sunt editi.* Nomen. *2. uol. oration. 216. Sed homo ad cædem imminens meum nomen operarijs ediderat.* Oraculum. *2. uol. philosop. 132.. Vnde anhelitus ille terræ fieret, quo Pythia mente incitata oracula ederet. Item. 1. uol. phil. 68. Sed quod caput est, cur isto modo iam oracula Delphis non eduntur? nunc est respondere.* Pugnam. *Plaut. 52. Atque ut perspicio, profecto iam*

Universidad de Deusto Biblioteca

ctio iam aliquid pugnæ edidit:id est, cõmisit. Item Att. 10.. Dij immortales,quas ego pugnas, & quantas strages edidi : id est, ut pugnaui,ut straui aduersarium. **Rationem.** Plaut. 37.. Postquàm hanc rationẽ cordi,uentriq; edidi, acceßit animus ad meam sententiã:id est,postquàm illis protuli hanc rationẽ. **Rationes.** Att. 112.. Sed ego mihi ab illo non rationes expectabam,quas tibi edidit:id est,attulit. **Risum.** Att.32. Memini enim cum hominem portarem ad Baias, Neapoli Octophoro Anitiano machærophoris centum sequentibus, miros risus nos edere. Ter.34. Dixit emori risu. **Ruinas.** 2.uolu.phil.163.. Nam si inuaserit in hæc,quæ satis scite nobis instructa,& cõposita uidentur,nimias edet ruinas. dabit nunc,ut pugnas, strages, dolos. **Scelus** in aliq.2.uol.orat.257.. Infinita sunt scelera, quæ ab illo in patriã sunt edita:id est,commissa. Ita **Facinus.** 3.uolu.orat. Quod scelus,quod facinus parricida non edidit? **Scriptum.**1.uol.orat.207.. Nec scriptum habeo, nec possum edere,quid futurum igitur : id est,proferre. Item. 1.uolu. orat.207. **Socium** sibi.1.uol. orat.14. Socium tibi in huius bonis edidisti Quintum. Item.6.. Postea sum usus aduersarij testimonio,qui sibi eum nuper edidit socium. **Spiritum.**3.uol. orat.243.. Cuius in complexu libenter extremum uitæ spiritum ediderim. **Testes.**1.uol.orat.81. Testibus editis ita mittam in cõsilium,ut etiam si lex &c. **Verba.**1.uo.or.11. Iudiciũ quin acciperet in ea ipsa uerba,quæ Neuius edebat,nõ recusasse.

Edere, in ea significatione nunc est, qua comedere. **Prandium.** Plaut.137.. An tu næ etiam mecum esses prandium? Item.138. Properato absente me comesse prandium. **Escas.** Plaut.135.. Ad forum est hominum indies, qui singulas escas edunt. **De symbolis.** Ter.36. In hunc diem ut de symbolis essemus. De symbolis uero illud conuiuium appellat, in cuius sumptum singuli suam partem conferunt conuiuæ. **Pecuniam.**1.uol.or.7. Quis tam perditus, ac profusus nepos, non adesa

adesa iam,sed abundanti pecunia sic dissolutus fuisset:id est,male consumpta. **Pugnos.** Plaut.5. Quisquis homo huc uenerit,pugnos edet.

Edicere. Inest in uerbo iusti quædam imperij uis. Do.ait,edicimus,iubemus,edicta enim imperatoris sunt. **Comitia.** Attic. 307. Nam comitia sine mora futura uidẽtur,edicta sunt ad x1. Calen.Febr.id est,in eum diem quasi iussa. Terent.46.. Dico, edico uobis omnibus:interdũ est diuulgare simpliciter. Att.17.. Nam ne absens censeare, curabo edicendum, & proponendum locis omnibus.

Ediscere. Eam uim habet uerbum,quam habet memoriæ mandare.in or.lib.97..Exercenda est memoria,in ediscendis ad uerbũ quàmplurimis ex nostris scriptis,& alienis.

Edormire somnium. Pl.Paulisper mane,dũ edormiscat unum somniũ. **Vinum.** Ter.94.. Quid ego nũc agã?ni dũ hæ filescunt turbæ,interea in angulũ aliquo abeã,atq; edormiscã hoc uini. **Crapulam.**3.or.166..Edormi crapulã inq;,& exhala.

Educere, modo est extrahere,modo nutrire:nã quod nos educare dicimus,ueteres educere dicebant.ut liberos. Terent.55.. Attamen habet bene, ac pudice eductam. Item.77. Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi,eduxi à paruulo. **Gladium.**3. uol.orat.107.Illi,qui erant cum Clodio gladijs eductis partim recurrere ad rhedam:id est,nudatis,districtis. **Se foras.** Ter. 109. Quàm me propter exanimatum citius eduxi foras. **In ius** aliq.1.uol.or.171..Et cũ in ius ipsum eduxi,expreßi,ut confiere tabulas se negaret. Asc.34. Deinde Græci, quos spoliauerat,eduxerunt Antonium in ius ad M.Lucullum prætorem, qui ius inter peregrinos dicebat.

Efferre, proprie est extra ferre.ut uero per translationem multis alijs significationibus se accommodet,exemplis ipsis uidebimus. **Agrum** cum decumo.1.uol.or.172. Cũ ager,id quod perraro euenit,cum decumo extulisset,quæ erat ratio decumat nisidem

ni? idem est cum efficere cum octauo. utrunq; autem significat, reddere agrum decuplum, siue octuplum. uulgò diece per uno, otto per uno. **Vxorem.** Plautus. 91. At pol ego te credidi uxorem, quàm extulisti, pudore te exequi. est nunc ad sepulturam ferre. Ita **Funere** aliq. 2. uol. ora. 221. Qui etiam de me ipso, cum tua rogatione funere elatum repu. dicerent. Att. 238. Cn. Lucullus familiaris noster matrem efferebat. **Argentū.** Teren. 63. Actum est, hic prius se indicarit, quàm ego argentū effero: id est, auferro, & quasi mortuum argentum innuit. **Pedem** porta. Attic. 97. Ego, nisi Bibulus, qui dum unus hostis in Syria fuit, pedem porta non plus extulit quàm domo sua &c. id est, qui domo nunquam exisset. **Verbum.** ad Heren. 27.. Barbarismus est, cum uerbū aliquod uitiosè efferur: id est, profertur. **Difficultates.** in or. lib. 238. Aut efficiendi facultates efferendæ: id est, proferendæ, afferendæ. **Ineptias.** in or. lib. 137. Itaq; à uobis, inquit, ne has meas ineptias efferatis. Ita **Peccatum** foras. Terēt. 144.. Vides peccatum tuum elatum foras: id est, diuulgatum. **Laudibus** aliq. 2. uol. ph. 188.. Põpeiumq; nostrum cæteris rebus omnibus semper amplissimis, summisq; effero laudibus. **In cœlum** ali. Att. 233.. Sepius me iam agitas, quod rem gestam Dolobellæ nimis in cœlum uidear efferre. Item. 1. uol. phil. 81.. Quamuis eam Epicurus, ut facit in cœlum efferat laudibus. quibus in locis est summus laudibus ali. prosequi. **Magnifice.** Terent. 66. Huic equidem consilio palmam do, hic me magnifice effero: id est, extollo. **Lætitia** aliquid aliq. in fa. 23. Atq; sic habeto, nullā me epistolam accepisse tuam post comitia ista præclara, quæ me lætitia extulerūt. Ita in fami. 151. Incredibili gaudio sum elatus. Ita **Studio** rei. Att. 5. Nā in hoc genere studio efferimur. **Animū.** de off. 13. Sed ea animi elatio, quæ cernitur in periculis, & laboribus.

Efferuere aliq. ut gratulationē. in fami. 127.. Censeo latendum tantisper ibidem, dum efferuescit hæc gratulatio: id est, quoad deferbuerit. **Vim, ferocitatem,** pertinaciam. 3. uol. or. 53.. Quære si cui nimium efferbuisse uidetur huius uel in suscipiendis, uel in gerendis inimicitijs uis, ferocitas, pertinacia. nunc auget præpositione e, unde factum est uerbum.

Efficere, proprie rei perfectionē significat **Agrum** cū octauo. 1. uol. orat. 172. Ager efficit cum octauo bene ut agatur: uerum, ut omnes dij adiuuent, cum decimo. Vide efferre. **Aliq.** Teren. 57.. Vis amare, uis potiri, uis quod des illi, efficit: id est, comparari, confici. **Contemptionem.** 1. uo. ph. 57.. Velut ex ea disputatione, quæ mihi nuper habita est in Tusculano, magna uidebatur mortis effecta contemptio: id est, mors adducta esse in summam cõtemptionem. **Cædem** aliq. 3. uol. or. 118.. magistratuum, priuatorumq; cædes effecerat. Nunc pro facere. **Epistolam** ad aliq. Atti. 213. Heri etiam effeci epistolam ad Cæsarem: id est, plenè scripsi ad Cæsarem. **In fœnus.** Att. 85. Ea uix in fœnus Pompeij, quod satis sit, efficiunt. Nunc planè est eam pecuniam, quæ ex tributis Pompeio dabatur, non modo illi non sufficere, sed uix pro fœnore esse posse. **In usuram.** Att. 85. Nec id satis efficitur in usurā menstruam. **Mandatū.** Att. 10. Tu mandata effice, quæ recepisti: id est, exequere, perfice. **Beneuolum** aliq. ad Her. 2. A' rebus ipsis beneuolū efficiemus auditorem. **Officium.** Pla. 108. Vestrum curate officium, ego efficiam meū, pro perficiam. Item. 281. Lepide efficiā mea hera officium, inde intus, modo ut tu tuum item efficias. **Scientiam.** 2. uol. phil. 80. Qua ex natione Caldæi, non ex auis, sed ex gentis uocabulo nominati, diuturna obseruatione syderum, scientiam putantur effecisse. **Voluptatem.** 1. uo. phil. 57.. Istæ enim uestræ eximiæ pulchræq; uirtutes, nisi uoluptatem efficerent: id est, uoluptatem afferrent. **Successionem** rei alic. 1. uol. phil. 56.. Doloris motio successionē efficit uoluptatis: id est, in eius locū uoluptatē succedere facit. **Processus.** in or. li. 190. Itaq; tantos processus efficiebat. **Clamores.**

Attic.39. Clamorem efficiam si eum mecum habuero otiosum, non est alte inclamare, sed aliorum excitare clamorem. Frequentem senatum.in fam.115. Marcellus idem illud de prouincijs urget:sed neq; adhuc frequentem senatum efficere potuit:id est,cogere senatum ad legitimum numerum.

Efflare animam.1.uol.ph.12.nam & agere animam, & efflare dicimus. Item.3.uol.or.19. Quem pridie hora tertia animã efflantem reliquisset. Item C. Gracchus apud Gell.133.

Efflorescere orationem.in ora.lib.86.. Etenim ex rerum cognitione efflorescat, & redundet oportet oratio:id est,abundet. Vtilitatem. de offic.115. Quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia:id est,crescit.

Effluere est elabi,effundi,emanare, ab eo,quod è uase aliquo effundatur per rimas.ut Ter.Plenus rimarũ sum,hac illac perfluo:sed perornate transfertur. Aestatem. Att.201.. Sed ut ad te heri scripsi, considerabis etiam de Tusculano, ne æstas effluat,quod certe non est committendum:id est,elabatur. Ex animo aliquid.in fa.102. Sin nostri oblitus es,dabo operam, ut istuc ueniam,antequam planè ex animo tuo effluo. Mentẽ alicui.in or.li.184.. Huic minime mirum est ex tempore dicenti solitam effluere mentem. Aliquid quasi memoria.1.uol.or.213. Vt hoc modo me commonuit Pisonis annulus,quod totum effluxerat:id est,quod totum mihi exciderat. Vitam.1.nolu.phil.187.. Num tum ingemuisse Epaminundam putas,cum unà cum sanguine uitam effluere sentiret:id est,effundi.

Effœderare solum.1.uol.or.205.. In Mamertinorũ solo effœderato,atq; pacato monumentũ istius crudelitatis constitutum est:id est,fœderato. Non enim nunc admitte,auget potius.

Effœminare Aërem.2.uol.ph.39. Effœminarunt autem eum, Iunoniq; tribuerunt,quod nihil est eo mollius. Animos. Cæ. 1. Minimeq; ad eos sæpe mercatores commeant, atq; ea,quæ ad effœminandos animos pertinent,important.nunc est molles redde

reddere.

Effodere, est modo aliquid extrahere,modo altius uulnus adigere.ut Aulam.Pl.42. Effodio aulam auri plenam. Oculos ali.Cæ.78. Nam maiore commisso delicto,igni atq; omnibus tormentis necat:leuiore de causa auribus desectis,aut singulis effossis oculis domum remittit,ut sint reliquis documento,& magnitudine pœnæ perterreat alios:non ita tamen dentem,non ita linguam dicerem.

Effugere. Et nos effugimus aliquid, & aliquid nos effugit:ut in fugere. Affinitatem alic.Terent.6.. Nullon' ego Chremetis pacto affinitatem effugere potero? est in totum effugere. Do.ait. Nuptias alic.Terent.8.nuptias effugere ego istas malo,quàm tu adipiscier. Animaduersionem.in or.lib.226. Nec enim effugere possemus animaduersionem,si semper ijsdem uteremur:id est, quin damnemur. Crimen.2.uol.or.147.. Et is est reus auaritiæ,qui in uberrima re turpe compendium,in maledicentissima ciuitate,in suspitiosissimo negocio maledictum omne,non modo crimen effugit:id est,uitauit. Maledictum.uide crimen. Offensionem. in fa.49. Sed tamen quoniam effugi eius offensionem. Aliquid aliquem.ad Her.7. Aut cum effugisse alias rationes commodiores propter cupiditatem:idem cum simplici fugere aliquid aliq.

Effundere, ubiq; uerbum rei magnam profusionem significat, sed exempla tamen ipsa,quàm commode fieri poterit,exponemus. Aerarium.1.uolum.phil.201. At laudat, & sæpe,uirtutem: & quidem C.Gracchus, cum largitiones maximas feciſſet, & effudisset ærarium, uerbis tamen defendebat ærarium:id est, euacuasset, exinanisset. Patrimonium.3.uol.orat.184. Patrimoniumq; suum effudit, quanquàm enim non sumus usi eo uerbo, quo decuit, non enim effudit, sed in salutem reipub. collocauit. ut aliquid etiam inanis profusionis habere uideatur. Gratiam alicu. in famul.26..

Aut tam inconstantem, ut collectam gratiam florentißimi hominis effunderem, à meq; ipse deficerem. Copiam *rei alicuius in orat. lib. 167.. Hæc enim ætas effudit hanc copiam: id est, edidit.* Carcerem *in aliq. 3. uolum. orat. 82.. Quod in me carcerem effudistis, quod coniuratos armastis: id est, emisistis.* Furorem. *in famil. 198.. Omnemq; suum uinolentum furorem in me effunderet.* Odium. *in famil. 15. Sed cum incensum illud odium multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabar: id est, nihil reliqui feciſſe.* Honores *in aliq. Attic. 283. Eos per ipsos dies effudi (si ita uis) honores in mortuos Hircium, & Pansam. est largiter aliquem honoribus prosequi.* Memoriam *alic. rei. Asco. 10. Ipse quoq; Scaurus dixit pro se, ac magnopere iudices mouit, & squalore, & lachrymis, & ædilitatis effusa memoria: id est, reuocata in memoriam omni ædilitatis recordatione.* Vocem. *ad Heren. 20. Vt nullo genere uocis effuso.* Se suauiſs. *in aliq. Att. 60. In nos uero suauißime Hercule est effusus.*

Effutire *aliquid, est cum mendacio aliquid dicere: ut* No. Mar. *Terent. 139. Ne uos forte imprudentes foris effutiretis. Item 2. uol. phil. 18. Quàm bellum erat Vellei, confiteri potius nescire, quod nescires, quàm ista effutientem nauseare, atque ipsum tibi displicere: id est, quasi ementientem.*

Egere *& re, & rei colloquio aliq. de offic. 52.. Vt neq; cessaret unquam, & interdum colloquio alterius non egeret.*

Rei. *Salluſt. 19.. Maiores nostri P. C. neque consilij, neque audaciæ unquam eguere. à quo uerbo Plautus 184. impersonale paßiue uocis effecit egetur, ut item à caleo caletur. 45. Quæ tamen fugienda sunt.*

Egerere *aliquid.* Vocem. *in orat. lib. 107. Vocem cubantes sensim excitant, eandemq; cum egerunt, sedentes ab acutiß. sono usq; ad grauiß. sonum recipiunt.* E' mari *lapides. Cæ. 201. Alexandrini eo loco castellum magnis munitionibus multisq;*

tormen-

tormentis confirmauerunt, atq; egestis ex mari lapidibus libere sunt usi postea ad muttenda nauigia.

Egredi *aliquid, & aliqua re. Sallu. 45.. Item in agmine in primis modo, modo in postremis, sæpe in medio esse, ne quisquàm ordine egrederetur.* Officio *suo. Teren. 138. Nos nostro officio nihil egressos esse.* Flumen. *Sall. 73. Ego flumen Mulctam, quod inter me, & Micipsam fiut, non egrediar, neq; intrare Iugurtham sinam.*

Eiſcere *aliquid. Terent. 72. Ita'ne tandem quæso Menedeme ut pater tam in breui spatio omnem de me ciecerit animum patris?* Mollíciem *animi. Terent. 29. Eiciunda hercle hæc mollicies animi, nimis mihi indulgeo.* Linguam. *in orat. lib. 133.. Iecta lingua buccis fluentibus.* Crepitum *ex aliquo. Plaut. 62. Eos ego si offendero, ex unoquoq; eorum eijciam crepitum polentarium: id est, cogam eos eijcere crepitum polentarium.* Ruborem *alicui. ad Herenn. 27. Tum uero iste cœpit uoce clamare ista, quæ facile cuiuis ruborem eijcere possent. uulgò far agriciar.* Ex animo *aliquid. 1. uol. orat. 27. Vt amorem illum penitus insitum eijceret ex animo.* Ex oppído. *Cæs. 91. Sese ex oppido eiecerunt. Ita* E' prædio. *1. uolum. orat. 4. Expulsus atque eiectus è prædio.* Senatu. *Asco. 40.. Vt qui senator esset eijceretur senatu.* Domo *aliqu. 1. uolum. orat. 22. Nudum eiecit domo. in fa. 234. Eijcere nos magnum fuit, excludere facile est.* Aliquo *aliq. Cæs. 167. Quòd eò naues eijcere possent: id est, appellere. ita* In terram. *Cæs. 16. In terram nauem eijcere cogunt.*

Eiurare *inquit Sex. Pompeius, est id, quod desideretur, non posse præstare.* Bonam *copiam. in fam. 136. Tu autem quod mihi bonã copiã eiures, nihil est.* Forum. *1. uol. or. 178.. Negociatores putant esse turpe: id forũ sibi iniquũ eiurare: ubi negocientur. Prætor prouinciam suam totam sibi iniquam eiurat.* Prouínciam. *ut forũ.* Aliquã *iniquũ. 3. uol. or. 242.. Sic*

me iniquum eiurabant, de me querebantur.

Elabi aliquid alicui, aliqua re, & ex aliqua re. Alicui aliquid. Teren. 104. Paulatim elapsus Bacchidi. Suspitione. 1. uol. orat. 97. Et cum extraordinaria pecunia crimen subterfugere uelles, satis te elapsurum omni suspitione arbitrabare. E manibus. 3. uolum. orat. Ne reus elabare è manibus, summum est periculum.

Elaborare, summum studium plerunq; & contentionem eius rei, qua de agitur, habet uerbum. In re aliq. Attic. 72.. Quod supereſt elaboratur in hoc à me, sicut tibi sensi placere. In fa. 45. Hæc mihi ampliora multo sunt, quàm illa ipsa, propter quæ elaborantur. Item in or. lib. 86.. Neq; in uniuerso græciæ singulos elaborasse: id est, contendisse, conatos esse. Item. 167. Et multo ante non inuentas solum, sed etiam perfectas, quàm hæc est à Græcis elaborata dicēdi uis, atq; copia. 86. Quamobrem mirari desinamus, quæ causa sit eloquentium paucitatis, cum ex illis rebus uniuersis eloquentia constet, in quibus singulis elaborare permagnum est. nunc quasi excellere significare uidetur. Cultum aliq. 2. uolum. ora. 79.. Aut quod est tam asperum, saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret: id est, quod non exerceat.

Eleuare suspitionum causas. de offi. 112.. Multæq; causæ suspitionum, offensionumq; dantur, quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre sapientis est: id est, leuiores facere sapientia. Aegritudinem. 1. uol. phil. 198. Nihil est enim quod tam obtundat, eleuetq; ægritudinem. Aduersa. in orat. lib. 130.. Vel quod frangit aduersarium, quod impedit, quod eleuat, quod deterret, quod refutat.

Elicere, est omnino educere, extrahere, sed ineſt nescio quid blandimenti in plerisq;. Ignem. 2. uo. ph. 31. Nam & lapidum cōflictu atq; tritu elici ignem uidemus: id est, excitari. Sangui nem. 2. uol. ph. 174. Vt hostiū sanguis eliciatur. Sonū. 2. uo. ph. 36.

phil. 36.. Ad neruorum eliciendos sonos, ac tibiarum apta manus est ad motionem digitorum. Ferrum. 2. uolum. phi. 36.. Non è terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam. Causam. 2. uol. ph. 83. Quis igitur elicere causas præsentionum potest? Item Att. 6. 26. Epistolam. Att. 135.. Aut alias abs te epistolas eliciam. Querelas. in orat. lib. 190.. Qui etiam ex infantium ingenijs elicere uoces, & querelas solet. Verbum. in orat. lib. 93. Verbum ex eo nunquàm elicere potui de ui, ac de ratione dicendi. Sententiam aliq. Att. 99. Tamen dabunt operam, ut eliciant sententiam meam. In insidias aliq. Cæ. 107.. Eodemq; equites postero die mittunt, qui primum elicere nostros in insidias. Ad pugnam. Cæ. 185. Cæsar nulla ratione ad pugnam elici posse Pompeium existimans.

Elimare, est leuiter de re aliqua aliquid demere. De natura benefica. in fam. 38.. Et si de tua prolixa, beneficaq; natura elimabit aliquid posterior annus. Ad tenue aliq. 1. uol. ph. 17. Sed ad Elicem & clarissimos septentriones: id est, rationes has latiore specie, non ad tenue elimatas.

Elocare fundum. 1. uol. orat. 159. Fundum elocatum esse dicebat: id est, locatum.

Elucere honorem. in fa. 149.. Quare sit modo aliqua Respin qua honos elucere possit, omnibus (mihi crede) honoribus abundabis. Eloquentiam. in orat. lib. 209.. Hoc in genere (nam quasi syluam uides) omnis eluceat oportet eloquentiæ magnitudo.

Eludere, proprie gladiatorum est, cum uicerint, & est finem imponere. 2. uol. orat. 97.. Quandiu nos etiam furor iste tuus eludet? Ter. 26. Illicet perijsti, eludet ubi te uictū sensérit. Item 3. uol. or. 97. In alea aliq. Plaut. 66.. Elusi militem, inquam, in alea. Ad libidinem aliq. 1. uol. orat. 72. Ad nostrum arbitrium libidinemq; eludemus.

Eluere. *Sordes eluuntur maxime, sed apte etiam transfertur.* **Maculam.** *3.uol.orat.17. Quoniam illa in Rep. macula regni publicati maneret, quam nemo posset iam eluere.* **Prædicationem.** *3.uol.orat.242. Num elui prædicatio crudelitatis poterit?* **Sanguinem.** *9.uol.orat.242. Vt Centurionum legionis Martiæ Brunduſij profuſus ſanguis eluatur.*

Emanare, *idem eſt cum exire, diuulgari.* **Aliquid** *per aliq. in orat.lib.185.. Vereri te, inquit, arbitror ne per nos hic ſermo tuus emanet.* **In uulgus.** *1. uol.or.19. Ego etiam ſi omnia, quæ dicenda ſunt, libere dixero, nequaquã tamen ſimiliter oratio mea exire, atq; in uulgus emanare poterit.* **Famam.** *1.uol. orat.76.. Quæ fama non idcirco ſolum emanarat.*

Emancipare. *Mancipare eſt in ſeruitutẽ capere: emancipare eſt in ius ſuum exire. Sex. uero exponit eſſe, aut ex iure patris exire, aut aliorum fieri dominum. 2.uo.or.220.. Nam adoptatum emancipari ſtatim, ne ſit eius filius, qui adoptarit.*

Emandare. *Emãdamus quæ cara ſunt, & cui conſultum uolumus: amandamus, quæ impediunt, quæ odimus. Att.110.. Itaq; de Ciceronibus noſtris dubito quid agam, nam mihi interdum emandandi uidentur in Græciam.*

Emendare, *eſt corrigere, mendum tollere. Att.32. Ita rurſus remittit, ut me roget, ut annales ſuos emendem, & edam.*

Ementiri, *eſt mentiri: transferturq; etiam ad factum. & aliquid, & in aliquid ementimur.* **Autoritatem** *alic.2. uolu. orat.223. Satis ne tibi uidetur à Senatu iudicatum? me non modo ementitum eſſe autoritatem eius ordinis?* **Auſpicia.** *3.uol. orat.185. Quem ipſe ementitis auſpicijs uitioſum fecerat: ut paßiue etiam ſit pronũciatum, & eſt ſcientem contra auſpicia feciſſe.* **Genus** *ſuum.3.uol.orat.55.. Non enim furatus eſt ci uitatem, non genus ſuum ementitus. in orat.lib.234. Alij ementiti ſunt in eos, quos oderunt.*

Emergere. *Difficultati, & rei turpi maxime accõmodatur uerbum*

bum. & dicimus aliqua re, & ex aliqua re emergere aliq. **Att.** *71.. Me & incommoda ualetudine, qua iam emerſeram &c.* **Ex aliquo** *loco. Att.29.. Emerſeram commode ex Antio in Appiam ad treis tabernas.* **Ex malis** *ſeſe. Teren.13.. Dehinc facile ex illis ſeſe emerſurum malis.* **Ex negocio.** *Att.72.. Quod non aliqua ratione ex hoc negocio emerſerim. ita alicunde. Terent.36.. Quid geſtiam, aut quid lætus ſim, quo pergam, unde emergam &c. ubi Do. ait proprie dixit emergam, ut ex luſtris, atq; ex inhoneſtis locis, utpote meretricis domo. Cic. At ne tum quidem emerſiſti lutulente quæſo ex naturæ tuæ ſordibus.* **Amorem** *alic. Att.114.. Nunc emergit amor, nũc deſiderium ferre non poßum, nunc eſt inſurgere.* **Decorum** *quid ſit. de offic.22.. Ex quo magis emergit quale ſit decorum illud: id eſt, apparet.*

Emere. *Et ab, & de aliq. & aliq. de re aliqua emimus.* **Abhaſta.** *Aſcon.9. Vt nihil neq; donari ſibi uoluerit, neq; ab haſta emerit.* **Aliquid.** *3.uol.orat.19.. Ex his princeps emitur ab inimicis meis.* **Bene** *quid. Att.8.. Tantum, quod ea emptione & nos bene emiſſe iudicati ſumus.* **Cæca** *die. Plau.184.. Eme die cæca hercle oliuum, id uendito oculata die. Iocus eſt Plautinus, id fortaſſe ſignificans, quod eſt nocte furari, quod die uendatur, & impuriſſimi lenonis perſonæ optime conuenit.* **De aliquo** *aliquid. Pl.45.. Heri quos emi de præda de quæſtoribus. Item Att.30. De præda. uide ſuprà.* **De lapide.** *3.uolum. orat.87. De lapide emptos Tribunos &c.* **In diem** *aliq. Att. 268. Cum illa fundum ſecunda fortuna emiſſet in diem, uulgò a credenza.* **Sententias.** *2.uol.orat.38.. Oppianicum iudici ad emendas ſententias dediſſe pecuniam, iudicatũ eſt.* **Tempus.** *Aſc.30.. Tempus emiſſe: id eſt, temporis dilationem.*

Emetiri *aliquid. ut uoluntatem alic. in orat.lib.166. Ego autem uoluntatem tibi profẽcto emetiar, ſed rem ipſam nondum poſſe uideor: id eſt, æquabo animum, rem non poßum.*

Eminere. De illis est rebus, quæ aliquam partem habent cæteris altiorem, aut magis expositam. unde eminentia in pictura: cui contrarium est umbra. 1. uolum. orat. 38.. Quò magis opprimitur, eo magis eminet, & apparet. **Foras** aliq. de offic. 131. Idq; otius faciet, si iam tum, cum erit inclusus in corpore, eminebit foras, & ea quæ extra erunt contemplans, quàm maxime se à corpore abstrahet. **Audaciam.** 2. uol. or. 56.. Aut isti, quorum eminet audacia.

Emittere. Emittitur quod aliquo modo cõtinebatur. **Lacum.** Att. 62.. Quod lacus Velinus à M. Curio emissus, qui interciso monte in Nar defluit. **Ex uinculis** aliq. 1. uolum. phil. 164. Et cum illuc ex his uinculis emissi feremur. Att. 38. **Vocem.** ad Her. 40.. Quòd si nunc hæc urbs inuictissima uocem emittat, non hoc pacto loquatur. **Manu.** Plaut. 247.. Adeo me ut hic emittat manu. est libertatem dare. Item. 43..

Emungere, est maximè nares purgare. unde homo emunctus, & emunctæ naris: id est, elegans, facetus. ad Her. 41. Cuius pater cubito se emungere solebat. Item Plau. 95. Homo es, qui me emunxisti mucidum. Item **Auro** aliquem. Pl. 112.. Sic miserũ me auro esse emunctum. Ita **Argento** dixit. Ter. 137. Emũxi argento senem. ubi illud fortasse non fuit omittendum, & emulgeo, & emungo eodem modo, in eadem significatione præteritum edere, emunxi, ut No. Marcellus. 124. 160. Emungi ex manifesta significatione manat. Vt Ter. Phorm. Emunxi argento senem. Item. 1265. 29. Emulgere, sine labore tollere. Ter. Phor. Emunxi argento senem.

Enicare in uinculis. Plaut. 235.. Nempe optimo me iure in uinculis enicet magistratus. **Famem** aliq. Plaut. 222. Emitte sodes, ne enicet fames: quo tamen uerbo cultiores latini sermonis usos non reperio, uerum ex illo tantum participium enectum in usu conseruant. **Prouinciam.** Att. 84. Sic Appius, cum ἐξαφαιρέτως prouinciam curarit, sanguinẽ miserit, quicquid potuit

tuit, detraxerit, mihi tradiderit enectam & πρὸς ἀναιρετικὸν μέτρον.

Eneruari, est uires adimere. in orat. lib. 219.. Eneruatur oratio compositione uerborum: id est, debilis fit. de off. 83.. Eneruauit me, atq; afflixit senectus.

Enitere aliquid in re aliqua. in orat. lib. 184. At Crassi magis enitebat oratio. **In re.** Att. 21.. Quod in eis orationibus, quæ Philippicæ nominãtur, enituerit ille tuus ciuis Demosthenes.

Eniti mulierem filium. Pl. 1. Geminos Alcumena enititur: id est, parit, quia in partu mulieres maxime nituntur.

Enodare, est explicare, euoluere, aperire. **Voluntatem** alicuius. ad Heren. 9. Deinde contrariæ legis enodabimus uoluntatem: id est, ostendemus quæ sit contrariæ legis sententia, & uoluntas.

Enucleari suffragia. 2. uol. orat. 261. Eblandita illa, non enucleata esse suffragia: quid eblandita, quidq; enucleata suffragia sint, declarat statim Cic. eodẽm in loco.

Enunciare, est significare, referre, diuulgare, pronunciare, & aliquid alicui. Att. 19.. Cosinius hic cui dedi literas, ualde mihi bonus homo, & non leuis, & amans tui usus est, & talis, qualem esse eum tuæ mihi literæ enunciarant: id est, significarant. Cæ. 6. Quinetiam quod necessariam rem coactus Cæsari enunciarit, intelligere sese quanto id cum periculo faceret: id est, detulerit. Cæ. 10. Non minus se id contendere, & laborare, ne ea, quæ dixissent, enunciarentur, quàm uti ea, quæ uellent, impetrare. **Consilia sociorum** aduersarijs. 1. uolum. orat. 38. Qui primo sociorum consilia aduersarijs enunciauit: nunc est propalam facere. **Orationem.** ad Heren. 20.. Continuatio est orationis enunciandæ acceleratio clamosa. nunc est proferre, enunciare.

Eradicare, ab arboribus, & cæteris, quæ radicibus nituntur, sumptum est. **Aliquid.** Terent. 63. Dij te eradicent Syre, qui me istinc extrudis. **Aures.** Plaut. 94. Pugnis memorandis nostris

nostris eradicabam hominum aures, quando acceperam: longe plus est quàm obtundere.

Erigere, earum rerum est, quæ aliquo modo iaceant, cum tolluntur: rectéq; ad multa transfertur. **Aures**. 2. uolum. or. 173. Erigite mentes, aures q; uestras, & me de inuidiosis rebus, ut ille putat, dicentem attendite. **Animum**. Att. 12.. Quam obrem P. C. erigite animos, retinete uestram dignitatem. Ita & arrigere: & est suscipere, excitare animos languentes. **Cupiditates**. ad Her. 24. Imò erigit omnium cupiditates, & acuit industriam: id est, excitat. **Capillum**. ad Her. 41. Oculis ardentibus, erecto capillo, contorta toga: id est, sursum spectante, quod furentis est signum, fortasse ab iratis feris sumptum, quæ cum furunt setis horrere solent. **Mentes**. 2. uol. orat. 173. uide aures. **Oculos**. 3. uolum. orat. 18.. Vt erigere oculos, & uiuere uidetur. nunc est tollere, aperire. **Ita se**. Att. 304. Nunc si potes id quod ego, qui fortis tibi semper uidebar non possum, erige te, & confirma. **Ita se**. in orat. lib. 165.. Atq; ut post Cannensem illam calamitatem primum Marcelli ad Nolam prælio Pop. se Rom. erexit: id est, animos sumpsit. 3. uol. orat. 193.. Sic ego uos ardentes, & erectos ad libertatem recuperandam adhortabor. Item Att. 178.. **Abiectum**. 3. uol. orat. 16. Hunc Gn. Pompeius cum in suis castris supplicem, abiectumq; uidisset, erexit atq; &c. **Remp**. Att. 131. Possumus etiam nunc Remp. erigere, si communi consilio rem administrabimus: id est, in pristinum statum restituere.

Eripere, & per uim auferre. Et dicimus aliquid alic. & ab aliquo. **Furorem**. Att. 157.. Si uera sunt, ignosces, si falsa, me libente eripies mihi hunc errorẽ. Item de off. 34. **Animam** alicui. Sallust. 81.. At aliæ leges, item condemnatis ciuibus non animam eripi, sed exilium permutti iubent. **Lucem**. 1. uol. or. 43. Ne lucem quoque hanc, quæ communis est, eripere cupiat. **Oculos**. Plaut. 239.. Quas si attigeris, oculos tibi eripiam: id est,

id est, effodiam. **A lenone** mulierem. Terent. 84. A lenone ipsius eripuit palam. **Voluntatem** mortuis. 1. uol. or. 99.. Eripias tu uoluntatem mortuis, bona uiuis, ius omnibus: id est, eorum testamenta irrita facias?

Erogare, est distribuere. cuius usum alij obseruẽt de rebus alijs, ego tantum in meis ad pecuniam conuenire comperio. **Pecuniam**. Att. 295. Quanta tandem pecunia penderet, si omnium nomine quicunq; Romæ ludos facerent, quod erat iam institutum, erogaretur. Item. 1. uolum. orat. 185. Pecunia publica ex ærario erogata, ex uectigalibus Pop. Rom. ad emendum frumentum attributa, fuerit ne tibi quæstui? **Numum**. Att. 82. Nullus numus me obtinente erogabitur. Item. 84.. Nobis obtinentibus eam, nummum nullum esse erogatum nec priuatim nec publice. **Numum in æs alienum**. Att. 88.. Nec audiretur Romæ nullum in mea prouincia nummum, nisi in æs alienum erogari.

Errare, est falli, decipi. **Tota uia**. Terent. 30. Tota erras uia. **De uerbis** alic. Ter. 56.. Hic de nostris uerbis errat: id est, ex uerbis nostris. **Cum aliquo** alic. in orat. lib. 201.. Me autem, qui Isocratem non diligunt, unà cum Socrate, & Platone errare patiantur.

Erudere, est docere. & aliquid ad aliquid, & aliqua re, & de re aliqua uariando erudimus. **Ad modestiam**. 1. uol. phil. 161.. Hæc nos primum ad illorum cultum, deinde ad ius hominum, quod situm est in generis humani societate, tum ad modestiam, magnitudinemq; animi eruduit. **Ad magnitudinem** animi. uide ad modestiam. **Ad patientiam**. Sall. 131. Partim ad omnem patientiam erudierunt. **Ad assentationem**. Att. 293. Sic uero fallaces sunt permulti, et leues, & diuturna seruitute ad nimiã assentationẽ eruditi. **Re aliqua**. 2. uol. phil. 3.. Complures enim Græcis institutionibus eruditi, ea, quæ didicerant, cum ciuibus suis cõmunicare nõ poterant.

Literis

Literis. Att.66. Ex quibus nullos puto te literis, aut musicis eruditos expectare. Item.125. De re aliqua. in fa.24.. Tamen obuiæ mihi uelim sint literæ tuæ, quæ me erudiant de omni rep. ne hospes planè ueniam.

Laurent. Vall. Eruere, est extrahere. ut uero in malam tantum partem Laur. Vall. dicat usurpari, ex meis exemplis probare nõ possum. nam eruere opinionem de bono est apud Ci. quod adducat eruere oculos, recte id quidem fortasse adductum est, ego id in meis non habeo, cum tamen habeam, exturbare, effodere, eripere, excludere, exculpere oculos. Opinionem. Att.198. Fanum fieri uolo, neque hoc mihi erui potest: id est, hæc opinio.

Exuri dixit. 2. uolum. phil. 61. Mihi quidem ex animo exuri non potest, esse deos. Memoriam ex aliqua re. 2. uol. or. 127.. Itaq; non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium uetustate eruenda est memoria: id est, promẽda. Sententiam ex abdito. in orat. lib. 204. Acutæ crebræq; sententiæ ponentur, & nescio unde ex abdito erutæ.

Erumpere, est impetu facto exire, siue emittere. tam enim trãsitiue q̃ intransitiue ponitur. Bellum in ali. prouinciam. Att. 92.. Cum bellum esse in Syria magnum putetur, id uideatur in hanc prouinciam erupturum. Calorem. Cel. 30. Incipiunt ferè ab horrore, deinde calor erumpit. Furorem. 2. uolum. Orator. 179.. Etsi furorem incredibilem biennio ante conceptum erupisse in meo consulatu scripsi. Malum ad perniciem. 2. uolum. orat. 244. Videbam illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem adolescentis, furentis, nobilis, uulnerati non posse arceri otij finibus, erupturum illud malum aliquando, si impunitum fuisset, ad perniciem ciuitatis. Risum. in orat. lib. 130.. Atque illud primum quid sit ipse risus, quo pacto concitetur, ubi sit, quomodo existat, atq; ita repente erumpat. Sanguinem per nares. Cel. 15.. Circa uigesimum diem, aut sanguis per nares erumpet. Item

19. Ita

19. Ita circa aures erumpit. Vitium aliq. de offic. 110.. Erumpunt sæpe uitia amicorum: id est, improuiso apparent. Vomicam. Cels. 17. Vomica uel ante, uel circa uigesimum diem erumpet. Et bellum in aliquem. uide bellum. Ad perniciem aliquid. uide malum. In nomen alic. Att. 299.. Et sentire potuit sermones iniquorum in suum potissimum nomen erumpere. In actum. 2. uolum. oration. 225. Quæ inueterata compresso odio, atque tacito iam erumpebat in actum: id est, re ipsa patefiebat. In neruum. Terentius. 129.. Verum hoc sæpe Phormio uereor, ne istæc fortitudo in neruum erumpat denique: id est, ne neruo plectaris denique. In consulatum. Sallustius. 91. Sed quid ego plura, quasi de ignotis memorem? M. Bibuli fortitudo, atque animi uis in consulatum erupit, hebes lingua, magis malus, quàm callidus ingenio: id est, quasi uiolenter factus cos. In aliq. Cæs. 60. Et quæ pars hostium confertissima uisa est, in eam erumpit: id est, impetum facit. Quorsum aliquid. Att. 35.. Vt quorsum eruptura sit, horreamus. Ita aliquo. Att. 37.. Ita foras. Cæs. 148.. Portis se foras erumpunt. Gaudium. Ter. 36. Iam ne erumpere hoc mihi licet gaudium? Stomachum in aliq. Att. 252.. Ne in me stomachum erumpant cum sint tibi irati.

ESSE.

Tria in primis sunt uerba (ut quædam alia haud infrequentia cum his nunc non coniungam) quæ ita late per se latinam orationem, & ornant, & amplificant, ut si unum eorum tollatur, illa ualde & inculta, & inops destitui uideatur: ea uero sunt esse, facere, habere, quorum primum quod in manibus est, nemo uel paucarum literarum homo nescit, quàm longe, lateq; in ea dominetur: quippe nullus penè sensus sit, qui uel proprie per hoc uerbum proferri, uel extrinsecus aliquo modo ad hoc ipsum admitti non possit, eoq; mihi magis elaborandum fuit, ut hunc Protheum certo aliquo uinculo tibi comprehensum traderem.

quod tamen partim ex casibus nominum, partim ex particulis, (quãdo horum omnium ui diuersas formæ rationes induere solet) consecutus sum. Habe igitur tibi statim formam eius colligatam per genitiuos, mox datiuos solos, deinde geminatos, tertio in loco ablatiuos: quos deinceps consequentur particularum formulæ, in quibus singulis ordinibus ad primam uocum literam exemplorum ratio semper dirigetur. Sub quo quidẽ uerbo, & multis etiam alijs, (ut me iterum ad locupletiorem latinam copiam excusem) nulla mihi religio erit, quædam etiam adducere, quæ aut communia cum cæteris uerbis sint, aut etiam nominis, aut particulæ ratione magis, quàm uerbi natura in oratione adiungantur. ut exempli gratia esse reum de ui, item esse otium à re sua alic. & à re aliqua aliquem imparatum, & in cæteris penè innumerabilibus: quarum locutionum ornatus nullus à uerbo cognoscitur, sed quia cum hoc uerbo frequenter sunt, omittere nolui. sed iam ad exempla.

ESSE CVM GENITIVO.

Animi mediocris. Cæs. 165.. Difficultates auctionandi proponere etiam mediocris est animi. Artis. in fam. 15. Sed, ut in nauigando tempestati obsequi artis est. Cognationis magnæ. Cæs. 86.. Atq; ipsum hominem summæ potentiæ, & magnæ cognationis. Commorationis locum. in fam. 92.. Nam & uilla, & amœnitas illa commorationis est, non diuersorij. Consilij sui. in famil. 31.. Quid in eo genere efficere possis tui consilij est. Cæsar. 100. Mei consilij est facere, quod nostri maiores &c. Diuersorij locum. uide commorationis. Eius generis aliquid. in fa. 6. Quod nõ eius generis meæ literæ sint &c. Ita eiusmodi, illiusmodi, huiusmodi aliquid. Ter. 59. Frugis aliquem. Pl. 163. Fac sis frugis. Et frugi. Pl. 40. Hoc est serui facinus frugi. Et frugi bonæ. Pl. 209.. Quasi ipse sit frugi bonæ. Id ætatis. Att. 64. Credo Platonem uix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset.

retinuisset. in fam. 93. Hac locutionis formula, si recte obseruo, cum de minoribus, tum de maioribus natu ueteres in primis uti soliti sunt. Impudentiæ insignis. in orat. lib. 99. Insignis est impudentiæ. Cæs. 165.. Cuius impudentiæ est? Iudicij mei, tui, sui, alicuius. Att. 274.. Tu quid de hac re sentias, tui iudicij est, ego sic sentio. Iuris sui aliquem. Att. 119.. Non futurus sit sui iuris: id est, liber. Iuris. 2. uolum. or. 217. Qui negas esse iuris. Laboris summi aliq. Cæs. 37.. Hæc quotidiana exercitatione, summi, ut sint laboris, efficiunt: id est, qui possint summum laborem ferre. Loci alicuius aliquid. Att. 4.. Quæ loci sint eius: id est, quæ ei loco conueniant. Mentis suæ aliq. 3. uol. or. 90. Hic si mentis esset suæ: id est, sanæ mentis. Moris. Asc. 500.. Moris autem fuerat. Neruorum alicuius. Att. 328. Est tuorum nerlorum. Nundinarum multarum. Att. 64. Hæc negotia multarum nundinarum fore. Operæ esse. Pl. 178.. Respondе mihi quæ causa? Eu. operæ non est. Ch. cur? quia non illi commodum est, non esse otium. Operæ pretium. 1. uolu. or. 28. Operæ pretium erat. Opinionis. 3. uol. or. 272. Nunquid hi, quos protulit Scipiones, & Metellos ante fuerint aut opinionis, aut gloriæ &c. Paucorum hominum. Terent. 33. Imò sic homo est perpaucorum hominum: id est, qui cum paucis hominibus cõuersetur. Pluris aliq. alicui. Att. 195.. Mea mihi conscientia pluris est, quàm hominum sermo. Sall. 60.. Potentiæ summæ. Cæs. 86.. Vide cognationis magnæ. Pretij alicuius rem. 1. uol. orat. 201.. Omnes deniq; res, quæ alicuius pretij fuerint, tota ex prouincia coëmisse. Quanti. in fam. 104.. Vide quanti apud me sis: id est, à me fias. in orator. libr. 188.. Sed quanti quisque sit ponderandum est. Terent. 99.. Postremo à me argentum quanti est sumito: id est, quanti ualet. Sententiæ suæ. 1. uolumine orationum. 79. Vide iuris sui. Sermonis multi rem. Attico. 103.. Sed hæc coram, nam ista multi sermonis sunt.

ESSE CVM DATIVO.

In hac quidem parte, ne te in infinitum ducam, quoniam uerbi natura est, ut omnia nomina, quæ aliquo modo substantiam habeant: Item Gerundia in dum absoluta, & unum in do, quod est soluendo, in parem constructionem recipiat, his paucis exemplis contẽtus eris. Ac statim de ijs, quæ natura substantiua sunt, mox de ijs, quæ usu in substantiuorum rationem transeunt, deinceps cum particulis agetur.

ESSE CVM IIS NOMINIBVS QVAE SVNT NATVRA SVBSTANTIVA.

Abortum. Terent. 110. Dicam abortum esse. Autorem alicui. Att. 218. Et si quid autor mihi es. Caput. in famil. 54.. Caput illud est. Causam. in famil. 206. Non erat causa. Cautionem. Ter. 86. Hi mihi ne corrumpantur cautio est: id est, cauendum est mihi. Confidentiam. Plaut. 191. Confidentia est inimicos meos me posse perdere. Consilium. Terentius 172. Non est consilium pater. Item Sallust. 2. Consuetudinem. Att. 195. Si ut consuetudo est, in prima Prouincia circiter Cal. affuturus uidetur. Conuiuia. 1. uolum. orat. 252. Vt muliebria quotidie conuiuia essent: id est, exercentur. Copiã. Terent. 58. Nam apud patrem tua amica tecum sine metu ut sit, copia est. Diem rei. in orat. libr. 172. Et cum cognitionis dies esset. Aes alienum. Sall. 6. Simul quod æs alienum per omnes terras ingens erat. Expectationem. Att. 13. Nunc est expectatio comitiorum. Fidem. Pl. 2. Si illis fides est, alicui apud aliq. Ter. 62.. At mihi fides est apud hunc. Att. 154. Pacis fides nulla est: id est, spes nulla pacis est. Flagitium. Ter. 80. Nam id nobis tam flagitiũ est, quàm &c. Gratiam. Ter. 78.. Et est dis gratia. Item. 78.. Et est dis gratia. utrobiq; pro gratias habere, seu agere. Honorem. 1. uol. ph. 148.. Honorem tamen huic generi non fuisse declarat oratio Catonis. Impunitatem. 2. uolu. orat. 201. Ego autem in qua ciuitate nihil

nihil ualeret senatus, omnis esset impunitas. Intercapedinẽ. 1. uolu. phil. 61.. Quas ob causas in eorum uita nulla est intercapedo molestiæ. in fam. 264. Iter. Att. 125.. Iter autem eius erat ad Lentulum cos. id est, ibat. Iudicium. Teren. 32. Cras est mihi iudicium. Libidinem. Pl. 131. Maior libido est fugere, & facere nequiter. Locum. in famil. 133. Vt mirarer locum fuisse &c. Ludum. 1. uol. phil. 54. Cum præsertim illa perdiscere, ludus esset. Messem nullam. Att. 82. Messis enim nulla fuerat. Negotium. Att. 86.. Correcta uero epistola Memmiana nihil negotij fuit. ita tu nullum negotiũ dices. Nomen. Pl. 48. Nam illi Theodoromedes fuit germano nomine. & nomen Cæsaris. Pl. 1.. Nomen Mercurij est mihi. & Cæsari. Plaut. 130.. Menechmo idem quod alteri nomen fuit. Otium. Ter. 86. Non hercle otium est. de off. 33.. Occasionem. Pl. 207. Agere tuam rem occasio est. Opinionem. 1. uolu. or. 66. De quo nulla unquam opinio fuerit. in fam. 131.. Vt opinio nostra est. de off. 41. Opportunitatem rei. 2. uol. ph. 19.. Ne hoc quidem nos monet considerantes, quæ sit utilitas, quæq; opportunitas in homine membrorũ. Opus re aliqua. Ter. 38. Quid opus est uerbis. Ita Facto. Sallust. Nam priusquam incipias, consulto, & ubi consulueris, mature facto opus est. Consulto. uide facto. etsi hi ablatiui non uerbi ui, sed nominis adiuncti sunt, id quod fiet etiam in usus est, & in multis alijs bona cum eruditorum uenia. Periculum. 3. uol. orat. 14.. Primum non est periculum. Potestatem. in famil. 6. Quoties mihi certorum hominum potestas erit. 1. uolum. orat. 7. Rationem. 3. uol. or. 194. Veruntamen fuit ratio mihi fortasse ad tranquillitatem meorum temporum non inutilis. Religionem. Pl. 63. Vocat ad cœnam, religio fuit, denegare nolui. Rem. Ter. 86. Ista res est. Sententiam. Terent. 53.. Siccine est sententia? Sermonem alic. Pl. 186. Ita nunc per urbem solus sermo est omnibus: id est, de eo omnes loquuntur. 3. uol. orat. 7. Erat hic

omnium sermo: id est, ita omnes loquebantur. Signum. Ter. 11.. Adhuc Archillis quæ assolent, quæq; oportent signa ad salutem esse omnia huic esse uideo. Significationem. de offic. 61.. Nulla fuit timoris significatio, nulla mentio pacis. Simulationem. Ter. 68. Non mea est simulatio. Solitudinẽ. 1. uol. phil. 124.. Solitudo erat, quam uolueramus. Spatium. Att. 75.. Cum autem erit spatium, utrunq; dabo: id est, otium. Suasorẽ. de off. 74. Suasor & autor fuit. Tenebræ. Att. 108.. Quæso quid hoc est? aut quid agitur? mihi enim tenebræ sunt. Vicissitudinem rerum. Ter. 30.. Omnium rerum uicissitudo est. Vocem unam omnium. Att. 34.. Sed est iam una uox omnium magis odio firmata quàm præsidio. ut omnium sermo. Vsum alicui, re aliqua. Pl. 20.. Viginti iam usus est filio argenti minis. Tacito. Pl. 83. Tacere misera nequeo quod tacito usus est. Ita Facto. Ter. 86. Et moneo quid facto usus sit. Item. 52. Et ubique est, usum esse, quod alibi est, opus esse. Et usu aliquid alicui. Plautus. 153.. Quin si inimicis usu est, obsit mihi. Et usui. in oratorijs libris. 166. Sed quid habuit tandem liber iste, quod tibi aut nouum, aut tanto usui posit esse? nunc rei utilitatem significat. Vsum alicui cum aliquo suo loco.

ESSE CVM IIS NOMINIBVS QVAE PER TERtium genus substantiua fiunt. Vt alienũ. in or. lib. 201. Animatum. de off. 100. Capitale. in fam. 102. Treuiros uites censeo, audio capitales esse, & si suum secum substantiuũ nunc habet. in qua uoce Laur. Vall. præcipiebat capitalem hominem esse, eum tantum, cuius caput petitur, non qui alterius caput petat, hic planè contra est. Certum alicui. Att. 38. Vt diceret sibi certum esse. nunc est constituere, deliberare. Commodum. in orat. lib. 166. Quare si tibi est commodum. Att. 10.. Compertum esse. Ego fateor hanc locutionem apud meos me non obseruasse, qui eius loco habere compertum, habere exploratum, &

La. Val.

tum, & pro explorato magis usi sunt: Laur. Val. tamen eius meminit. Commune alicui cum aliquo. in famil. 81.. Deinde quod mihi ad consolationem commune tecum est. & commune omnium. de offic. 2. Hæc quæstio communis est omnium philosophorum. 62. 202. Consonum. Att. 64. Credo Platonem uix putasse satis consonum fore. Consentaneum alicui. Att. 20. Vel quod ita rectum est, uel quod meis rebus maxime consentaneum. de offic. 14. Aequum. in fam. 8. Quàm æquum est. Eximium alicui. 1. uolum. orat. 63. Neque enim esset uerisimile, cum omnibus Siculis faceret iniuriam, te illi unũ eximium, cui consuleret, fuisse. quod Terent. 102. dixit habere in eximium. Exploratum. in famil. 7. Nos hoc sentimus, si tibi exploratum sit. 74. Sallust. 64. Et pro explorato infra. Finitimum. in orat. libr. 201. Graue. in orator. libr. 221. Inane. Attico. 181.. Incommodum. in familiaribus. 28. Integrum. 2. uolumine orationum. 93. Ego autem si mihi esset integrum, & integro. in orat. libr. 144. Sed quoniam hæc iam nequaquam in integro nobis esse possunt &c. Iucundum. de offic. 87.. Lætum. de off. 88. Luxuriosum. in orat. lib. 204. Naturale. Ascon. 3. Nefas. de off. 24. Obscurum. in fam. 41. Neq; id est obscurum cuipiam in prouincia. Omnia ali. in aliquo. in fam. 22.. In eo sunt mihi omnia. Optatum. in fam. 250.. Et in optatis infra. Par. 3. uolu. or. 194. Scelere par est, belli industria inferior. in orator. libr. 197. Procliue. de of. 47. Dictu quidem est procliue. Putidum. Att. 8. Quotidianum. Attico. 316. Hoc est enim eius quotidianum. Ratum. Ter. 113. Neq; quod ego egissem, esset ratum. Reliqum. Terent. 123. Erat ei de ratiuncula iampridem apud me reliquum pausilulum. Att. 95. Dies enim triginta tres erant reliqui. Subitum. in fam. 203. Subitum est ei remigrare Cal. quintilibus. Summum alicui. Ter. 84.. Nam is nostro Simulo fuit summus. Superuacaneum. in fa. 32. Com

memoratio officiorum superuacanea est. Sallust. 18.. Suspensum. in fam. 171.. Omnia enim erant suspensa.

ESSE CVM DVOBVS DATIVIS.

In hac uero dicendi formula illud obseruandum est maxime, hanc tantum, scilicet in nominibus substantiuis admitti, neque adiectiuum recipi unquam, nisi tertio quodam in locum substantiuo suo pro epitheto adhærens, hoc modo: quod mihi argumento fuit, quod mihi magno argumento fuit, nam cum substantiuum fit per tertium genus, iam adiectiuum esse desijt, sed neque hoc in omnibus substantiuis fit, nam mihi memoriæ fuit, nobis omnibus menti est, nisi planè Barbarus dicet. Argumento aliquid alicui. Att. 166.. Tum mihi argumento est, recte esse in Hispanijs. 2. uolum. philos. 2.. 1. uolum. orat. 245. Acerbitati alic. 2. uolum. orat. 150. Quibus odio sunt nostræ secures, nomen acerbitati, scriptura, decumæ, portorium morti. Item. 1. uol. orat. 215.. Bono aliquid alicui. 1. uol. phil. 32.. Cui bono fuisset. Item. 1. uolum. orat. 32.. Cordi aliquid alicui. in orat. libr. 201.. Flumen alijs uerborum, uolubilitas q; cordi est. Terent. Si tibi hæ nuptiæ sunt cordi: id est, placent, delectant. Curæ aliquid alicui. in fam. 80.. Mihi tu, tui, tua omnia maximæ curæ sunt. De aliqua re. in famil. 143.. Itaque mihi maximæ curæ est, non de mea quidem uita &c. Emolumento aliquid alicui. in orator. libris. 87.. Vt & uobis honori, & amicis utilitati, & reipub. emolumento esse posßitis. Honori. uide emolumento. Impedimento. in familiar. 41. Vbi enim ego cuiquam legationi fui impedimento? Indicio. 1. uolumine orationum. 36.. Terentius. 59. Nam quale ingenium haberes, fuit indicio oratio. Laudi. in familiaribus. 21. Sed tibi & gratulor, & ut sempiternæ laudi tibi sit iste tribunatus exopto. Leuationi. in familiaribus. 82. Non enim dubito quin magnæ tibi leuationi sit solitus esse quotidianus congressus, &c. Ostentui. Sallustius. 36.. Sed quoniam eo natus sum, ut

sum, ut Iugurthæ scelerum ostentui sim. Rei alicui aliq. Ter. 85. Qui alicui rei est etiam. Legitur tamen in Palatino codice alicuius rei. est autem de illo nondum desperatum esse. Ridiculo. Ter. 47.. Mihi solæ ridiculo fuit. Saluti aliquid alicui. in orat. lib. 88. Et maxime censor saluti Reip. fuit. Stomacho. Att. 68.. Et multa prætereo, quæ tum mihi maiori stomacho, quàm ipsi Quinto fuerunt. Testimonio alicui. 1. uol. orat. 247.. Nisi nobis testimonio sunt. Vsui. Att. 109.. Magno usui causæ nostræ fuisset. Vtilitati. uide emolumento.

ESSE CVM ABLATIVO.

Vide quàm uarie, quanq; uenuste uerbi natura se circumuestiat, modo enim substantiuis, aut solis, aut cum suis adiectiuis, ut magis libet, cõuestitur: Cum uero duplici ueste, quasi per hyemem, utendum est, si datiui sunt, ex substantiuis tantũ sumenda uestis est: si ablatiui, ex utroq; panno adiectiui, & substantiui, uestis conficitur, neq; secus unquam. Animo alieno. Terent. 84.. Iam primum illum alieno animo à nobis esse res ipsa indicat. Animo abalienato. Att. 2. Sed mirandum in modum est animo abalienato. Animo magno. 3. uol. orat. 111.. Animo illo. in familiar. 160. Animo uacuo. in orat. lib. 166.. In qua locutione, cum & animi magni, & animo magno, ita exigui, & exiguo, & in multis similibus recte dicatur: omnino tamen diuersa est significatio. Nam esse magni, exigui animi, magis pertinere, interesse, conuenire significat. animo uero magno, exiguo esse, est habere animum magnum, exiguum. Neque (fortasse) dicendi figura recte conuerti poterit. ut Cæsar fuit magni animi: neque est magno animo facere, scilicet aliquid: Sed magno animo Cæsar semper fuit, & magni animi est facere, scilicet aliquid. id quod cum multis alijs, ne dicam cum omnibus, huiusmodi fiet: ut ex his exemplis cognosci potest. Commodo suo. Att. 212. Quo minus suo commodo in Tusculano sit. Fama graui. Att. 324. Est omnino tam graui fama

hoc iudicium. Loco bono. Att. 84.. Perbono loco res fuit. Item. 112.. Quo loco sit res. Moribus antiquis. Pl. 46. Ille demum antiquis adolescens est moribus. Nomine hoc aliquem. 1. uol. orat. 23.. Nam ut opinor hoc nomine est: id est, ita appellatur. Perfidia aliqua. in famul. 41. Quod si essem ea perfidia. Pondere aliquo. Att. 154.. Eodem apud me es pondere, quo fuit ille. Timore magno. Att. 75.. Tamen magno timore sum. Voce bona. Plaut. 122. Scio te esse bona uoce, ne clama.

ESSE CVM PRAEPOSITIONIBVS.

Nunquam negarim & in multis ex superioribus præpositionis usum accommodari posse, sed crebrior est eorum usus sine, nunc uero contra, quæ nisi cum præpositione poni consueuerunt, adnotauimus. In quibus, si quædã tamẽ reperies, quibus præpositio adiuncta sit ui magis nominis, quàm uerbi esse, nihil erit, quod aut uitio, aut negligẽtiæ nobis detur, cũ id recte animaduersum sit, in primisq; huic uerbo cõuenire uideãtur.

Esse à re aliqua imparatum. Att. 112. Sumus enim flagitiose imparati cum à militibus tum à pecunia. Nudum. 2. uolu. oration. 201. Ita me nudum à propinquis. Firmum. in fa. 152.. Eoq; magis, quod & Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur. Ita Otium. Terent. 52. Chreme tantum'ne est ab re tua tibi otium? Item de offic. 33. Ita Inopem. Att. 1. Thermus cum Syllano contendere existimatur, qui sic inopes, & ab amicis, & existimatione sunt. Ita Ab aliqua re ægrum. Plaut. 90. A' morbo ualui, ab animo æger fui. Ab aliquo aliquid. Att. Et suspitiones magnas habet non esse ab illo. Terent. 11. Ab Andria ancilla hæc est, possessiue nunc est: id est, Andriæ ancilla est. Item. 2. uolu. philosop. 15.. In orat. lib. 89.. Sed uide ne hoc Scæuola totum sit à me: id est, pro me. Ab re alicuius. Plaut. 22. Si papillam pertractabit, haud est ab re aucupis. Ab aliquo alicui periculum. 1. uol. orat. 259.. A' securi

A' securi negat esse ei periculum. Item Terent. 117.. Ab oppido aliq. Cæs. 124. Qui erat ab oppido millia passuum circiter tria. Dictum est in abesse disiunctum esse nunc uerbum à præpositione: id est, aberat. Absque aliquo. Terent. 126. Nam absq; eo esset: id est, si is non esset.

Ad annum aliquid. Att. 69. Quem ad annum Trib. Pleb. uidebam fore. Ad aliquem. Att. 168.. Cum ad me bene mane Dionysius fuit. Ad rem. in orat. lib. 218. Quoniam nihil ad rem est postrema. Terent. 142.. Ad HS rem. in familiar. 217. Ea est ad XXX. sestertia, de hoc Cæsar uiderit. Ad salutem aliquid. Terent. 11. Adhuc Archillis, quæ adsolent, quæq; oportent signa ad salutem esse, omnia huic esse uideo. Ad urbem. 2. uol. orat. 112.. Ad urbem cum esset, audiuit Dionysius cuidam Siculo permagnam ueniisse hæreditatem. Sal. 10. Hi utriq; ad urbem imperatores erant impediti, ne triumpharent calumnia paucorum. quid uero sit esse ad urbem, planum Asconius facit. 57. 79. Apud se. Terent. 10. Proin' tu face apud te ut sies. Item. 22. Plaut. 17. Vix apud me sum. nunc ad animum pertinet. Apud se. in orat. lib. 103. M. uero Scaurus quem non longe ruri apud se esse audio: id est, in sua uilla. Terent. 53.. Dionysia hic sunt, hodie apud me sis uolo: id est, domi meæ. Apud aliquem quanti. uide quanti. Apud nos recte. in famil. 130. Præterea rectissime sunt apud te omnia. Apud aliq. Reum. Att. 39. Nunc reus erat apud Crassum diuitem Vectius de ui. 3. uo. or. 20. Apud aliq. fidem sibi. Ter. 62.. At mihi fides apud hunc est: id est, mihi fidit. Apud aliq. pondus. Att. 66. Et est pondus apud rusticos in patris memoriam: id est, ualet patris memoria.

Cum aliq. unà. Ter. 105. Vt cum matre una plus esset. nunc commorationem significat. Cum muliere aliq. 3. uolumi. oration. 47.. Cum hac si quis adolescens forte fuerit, utrum hic tibi L. Herenni adulter, an amator, expugnare pudicitiam, an explere

an explere libidinem uideatur. nunc est rem habere cum mulie= re. Cum imperio. Att.102. Nam quod putas utilius esse, uel mihi quod tutius sit, uel etiam ut Reip. prodesse possim, me esse cum imperio, id coram considerabimus quale sit. Item Att. 133. Cum telo. Att. 38. Quod confessus esset, se cum telo fuisse. Cum telis. Sall. 17.

Aliquid alicui cum aliquo. ut Bellum alicui cum ali= quo. de offic. 61. Themistocles post victoriam eius belli, quod cũ Persis fuit, dixit &c. Pl. 2.. Commercium cum aliquo. 1. uo. orat. 231. Cõmercium istarum rerum cum Græcis hominibus nõ fuisse. Commune cũ multis. in fa. 206. Hoc etsi cõmune cũ multis esse uidetur. & multorũ. de off. 2. Atq; hæc quidem quæstio cõmunis est omniũ philosophorũ. Congressum ali. cum aliq. Att. 178. Quare si quis cõgressus fuerit mihi cũ Cæ= sare. Consuetudinem alicui cũ aliquo. in fa. 215. Mihi ue tus cũ eo consuetudo est. Dissensionem cũ aliquo. in or. lib. 181.. In quo nõnunquã fuit populo cũ doctis, intelligentibus dissensio. Hospitium cũ aliquo. 1. uol. or. 21. Nam cũ Me= tellis, Scipionibus erat ei non modo hospitium &c. Nihil cum aliquo. Plaut. 138. Nihil mihi tecum est. Ratio= nem rei alic. cum aliquo. 2. uol. oration. 194. Pacis uero ratio quæ potest esse cum eo. Societatem cum aliquo. in fa. 95. Esse quandã illi belluæ cum genere humano societatẽ. Vsum cum aliquo alicui. in famil. 142. Cum M. Fabio (quod te scire arbitror) summus mihi est usus.

De studio alterius aliq. Pl. 22. Meo de studio studia erant ue= stra omnia. De lucro. Ter. 95. Quicquid huic accesserit, id de lucro putato esse. De nihilo. Ter. 117.. Nõ hoc de nihilo est. De grege illo. Ter. 85. Atq; hercle hic de grege illo est. De ui reum. Att. 39. Nũc reus erat apud Crassum diuitẽ Ve= ctius de ui. Alicuius. 3. uol. or. 108.. Reus enim Milonis le= ge Plotia fuit Clodius, quoad uixit. Apud aliq. uide supra.

De aliq.

De aliq. aliquid. Att. 68. In primis nobis sermo, isq; multus de te fuit. 1. uol. orat. 245. De re silentium. in orat. lib. 165.. Eo inquit animo ad te uenimus, ut de Rep. esset silentium.

E' Rep. in fa. 203. Ea si dicam nõ esse è Rep. diuidi: id est Reip. non esse utile. E' partibus medijs. 1. uol. orat. 200.. Alteri uicti sunt, alteri sunt è medijs C. Cæsaris partibus: id est, quod uulgo, de gli parcialißimi di Cæsare.

Ex aliquo aliq. 3. uo. or. 4. Ex qua hic est puer. Ex senten= tia. Att. 49. Me miserum quàm omnia essent ex sentẽtia, si no bis animus &c. Ex uoluntate aliq. 1. uol. orat. 71.. Duo igi tur cõsules, & quæsitor erũt ex illius uoluntate. Ex Aethio pia usq;. Terent. 35. Ex Aethiopia est usq; hæc. Ex usu. Ter. 49.. Nec magis ex usu tuo. 113. Si ex usu esset nostro hoc matrimonium: id est, si nobis conduceret. Ex municipio. Att. 315. Et quod est ex municipio Attellano. Ex re Spem. Att. 33. His ex rebus non spes, sed dolor est maior.

Extrà noxiam. Ter. 106. Nam (ita me Dij ament) quod me ac= cusas nunc mi uir, sum extra noxiam. Extra urbem. Att. 67. Scripseram ne tibi me esse legatum Pompeio, & extra urbem quidem fore ex Idibus Ianuarijs? Item. 99.

In aliquo quantum. Att. 69. Illud præcipue ne pateretur, quan= tum esset in ipso, prorogari nobis prouinciam. Item. 145. Item 297. Quantum in me erit: id est, quantum potero. In aliquo nobis omnia. in famil. 22. In eo mihi sunt omnia. Ita Att. 37. Sed totum est in eo. In aliquo spem. Att. 20. Vide spem. In aliqua re multum. de offic. 44.. Est enim multus in laudanda magnificentia, & apparatione &c. In amicitiam alic. 1. uol. or. 65. Quæ in amicitiam Pop. Rom. ditionemq; essent. ubi illud animaduertendũ est, ueteres in præpositiuã particulã, siue statũ, siue motũ significaret, suo arbitratu aut in ablatiuo, aut in accusatiuo posuisse. ut Sall. 17.. Qui in custodijs traditi erant. Item in uerbo uenire. In amore. uide in delitijs. In aperto.

Sall.

Sall. 27. Pauca supra repetam, quo ad cognoscendum omnia illustria magis, magisq; in aperto sint. In armis. Att. 17.. Et Heluetij sine dubio sunt in armis. Cæs. 17. In animo. Att. 49.. Mihi autem erat in animo. Sall. 66.. In causa. in famil. 1. In causa hæc sunt. 2. uol. or. 215. Sin in causa fuit annona &c. In culpa. Ter. 117. Nam is in culpa nõ est. In conspectu. 1. uol. phil. 289. Erat enim illis penè in conspectu præstanti sapientia & nobilitate Pythagoras. 2. uol. orat. 233. Domum in conspectu totius urbis. in fa. 7. Cui propè in conspectu Aegyptus est. Cæs. 50. In cœlo. Att. 34. Bibulus in cœlo est, nec quare scio. In crimine. 1. uol. orat. 223. Ne ipse esset in crimine. In cursu. Att. 76. Et eramus in cursu. In curiositate. Att. 39.. Sum in curiositate δύσποιν. In delitijs. 1. uol. orat. 200.. Vnde igitur potius incipiam? quàm ab ea ciuitate, quæ tibi una in amore, atque in delitijs fuit. In desiderio. 3. uol. orat. 227. Erat enim in desiderio ciuitatis: in ore, in sermone omnium, passiue est: id est, omnis cum ciuitas desiderabat. In desiderio. in famil. 24.. Satis gloriose triumpharem, si non essem tam diu quidem in desiderio rerum mihi carissimarum, nunc est actiue: id est, quas ego magnopere desidero. In difficultate rem. Cæs. 163.. Erat res magna in difficultate. In discrimine. in famil. 80.. Nihilo te nunc maiore in discrimine esse, quàm quẽuis, aut eorum &c. In ditionem Pop. Rom. uide in amicitiam. In dubio. Sall. 20. Libertas & anima nostra in dubio est. In ære alieno. 1. uol. orat. 202. At hominem uideo auctionem feciſſe nullam, uendidiſſe præter fructus suos nihil unquam, non modo in ære alieno nullo, sed in suis numis multos esse debere. In ære alicuius. in famil. 25. M. Fabium, quod mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo facio quæstum, multi enim anni sunt, cum ille in ære meo est. 226. In excelso. Sall. 87.. Cuius opes in excelso sunt. In expectatione. in famil. 128. Est igitur aduentus

Cæsaris

Cæsaris in expectatione. in famil. 19. Summa scito in expectatione esse te. 198. In expectatione erant omnia, nondum legati redierant. Item Plaut. 162. Passiue ubiq; : id est, expectabantur. In famulatu. de offi. 109. Vt in fabulis qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerint: id est, seruierint. In fide ali. Att. 305. Et quod est ex municipio Atellano, quod scis esse in fide nostra. In fuga. Att. 116. Desperata res est, in fuga omnes sunt. In gratia cum aliquo. in fa. 10. Me cum Cæsare, & cum Appio esse in gratia. Item. 1. uol. orat. 80. In honore. 1. uol. orat. 31. Apud eum sunt in honore & pretio. in orat. lib. 166. 167. 1. uol. orat. 268. In honorem. Ter. 30. Ille ubi miser famelicus uidet me esse in tantum honorem. Ecce tertio in statu, cum accusatiuo præpositionẽ in, positam. In imperio. Att. 294. Vt ij, qui eorum in imperio erunt, sint quàm beatissimi. 297. Item. 1. uol. orat. 250. In incerto. Sall. 47.. Cum etiam tum euentus in incerto erat. In inficiando. in orat. lib. 239. In coniectura igitur cum est in inficiando reus, accusatori hæc duo prima sunt. In integro. in orat. lib. 144. Sed quoniam hæc iam neq; in integro nobis esse possunt &c. Vt integrum. In intimis alicui. Att. 63.. Itaq; in intimis est meis. In inuidia. Att. 27. Non enim poterimus ulla esse in inuidia spoliati opibus, & senatoria potentia. In laude. 1. uol. orat. 80. Cuius damnatione totus ordo cum Pop. Rom. & in laude, & in gratia posit esse. In legatis. 1. uolu. oration. 22.. Qui in decem legatis erat. In litura. 1. uolu. orat. 146.. Reliquæ omnes essent in litura. 95. In lubrico. 1. uol. phil. 218. Quod cum ipsum perodiosum est, tum eo molestius, quia sunt in lubrico. In maioribus alicui. in famil. 110. Id cum ipsius causa (est enim mihi ut scis in maioribus) tum me Hercule etiam Reip. In manibus aliquid. Att. 323. Expolitiones utriusq; nostrum sunt in manibus, nunc rei absolutionem significat. de offic. 70.. Est in manibus uiri

laudatio

laudatio, quam cum legimus, quem philosophum non contemnimus? nunc est tantum legi, circũferri. Sall. 7. Spesq; magna dominationis frustra in manibus fuisset, nunc est pro potestate. In medio. Ter. 87. Pro certon' tu istæc? HE. Mater uirginis in medio est. 1. uol. oration. 129.. Tabulæ sunt in medio: id est, testantur. In metu. Ter. 54.. Nam in metu esse hunc, illi est utile. In mora. in familiar. 163. Tamen nequaquam tanta in mora est, quanta &c. In more maiorum. 2. uolu. phil. 178. Quæ essent in more maiorum. In moribus. Att. 86. Dionysius mihi quidem in moribus est. In motu. Att. 323. Magna res in motu est. In nouissimis. 1. uol. or. 50. Itaq; perbreui tempore, qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenit comœdos. ut & Ci. uti nouissimo interdum non uitarit. In nominibus pecuniam. 1. uo. orat. 239. Pecuniam sibi esse in nominibus, numeratam in præsentia non habere. In numis. uide in ære alieno. In noxa. Terent. 128. Hic in noxa est, ille ad defendendum causam adest. In oculis. Att. 55.. Et interea me esse in oculis ciuium de me optime meritorum non alienum putaui. nunc est uersari ante oculos aliquorum. Et in oculis alicui. Att. 90.. Itaque publicanis in oculis sumus. 1. uolu. philosop. 188. Nunc uero est summe diligi. In obscœnis. in familiar. 140. At hodie penis est in obscœnis. In odio. Att. 30. Quanto in odio noster amicus magnus est. 36.. Vide quo sit in odio status hic. 35.. In offensa. Att. 135.. Quin magna in offensa sim apud Pompeium. In officio. Att. 8.. Nicanor in officio est, & à me liberaliter tractatur. 307. In operis. in famul. 207. Qui est in operis eius societatis. In optatis. in famul. 25. Cur mihi in optatis non sit, complecti hominem florenti ætate, opibus &c. In ore. Ter. 78. In ore est omni populo. Att. 93.. Tibi autem ualde solet in ore esse. In potentia. 2. uo. or. 129.. Erat in magna potentia. In potestatẽ. 2. uo. or. 10. In prædonũ fuisse potestatem

tem sciatis. In precio. 1. uol. or. 31. Apud eum sunt in honore & precio. In prædijs. Att. 328. Et sum equidem, uti scribis, & Romæ, & in prædijs infrequens. In procliui. Ter. 16. Sed si id non poterit, id faciam, in procliui quod est, per me stetisse &c. id est, quod parũ abest, quin faciam. etsi alij aliter legant. Sall. 90.. Cuius si dolum caueris, alia omnia in procliui erunt: id est, facilia. In procuratione rei. Cæ. 191. Qui propter ætatem eius in procuratione erant regni. In promptu. de off. 49. Iam illud nõ sunt admonẽdi (est enim in promptu) ut animaduertant. In publico. 1. uol. or. 254.. Cleomenes, quanquàm nox erat, tamen in publico esse non audet. In quęstione. Pl. 218.. Caue fuas mihi in quæstione. pasiue: id est, ne mihi quærẽdus sis. In quæstu. Att. 82. Illud autẽ tempus quotannis ante me fuerat in hoc quæstu. In re quomodo. Att. 33.. Neq; tantum est in re, quãtus est sermo. In re aliqua, multum. de off. 44.. Est enim multus in laudanda magnificentia & apparatione popularium munerum: id est, longus. Cæ. 37. Multumq; sunt in uenationibus: id est, assidue, crebro. Att. 17. In re alic. Ter. 13. Si in re est utriq;, ut fiant, accersi iube. In rem. Ter. 105.. Quod si tu idẽ faceres, magis in rem, & nostram, & uestram id esset. 192. Ita Dij, Deæq; faxint, si in rem est Bacchidis. Pl. 34. Quod in rem esse utrunq; arbitramur. Item. 1.. Quæ maxime in rem uestram cõmunem sient. In scripto crebriorem aliq. Att. 17.. Et in scripto essem multo crebrior quàm tu: id est, in scribendo, nisi tamen sit mendum. nõ enim placet, ut latinum. In senioribus. Pl. 68.. Antiquã eius edimus comœdiam, quam uos probastis, qui estis in senioribus, nam iuniorum qui sunt, non norunt scio: id est, qui seniores estis. In sententia. in fam. 49.. Adhuc in hac sum sententia. In sermone rem. 1. uol. or. 115.. Erat in sermone res. In spe. Att. 51. Sed si est aliquid in spe. 175.. Nec ulla sum in spe. 48. An est aliquid in spe: id est, de quo speretur.

In speculis. 1. uol. or. 74.. Nunc autem homines in speculis sunt, obseruant quemadmodum &c. In statione alicubi. Cæs. 45.. Qui pro portis castrorum in statione erant. In timore. in fam. 23. Hæc æstas habuit hunc exitũ satis felicem, ea, quæ sequitur, magno est in timore. paßiue: id est, magno opere timetur. In tranquillo. Ter. 48.. Meo fratri gaudeo amorem esse omnem in tranquillo. In tumore. 1. uol. ph. 194. Nam manus affecta recte est, cum in tumore est. In tutela. 3. uol. or. 76. Quare sit in eius tutela Gallia. In tuto. Ter. 82. In tuto est omnis res. In uadimonium. 1. uolum. or. 4. Itaque ex eo tempore res esse in uadimonium cœpit. In uitio. 1. uol. ph. 131.. Et si hoc quidem est in uitio dissolutionem naturæ tam ualde perhorrescere. de off. 5.. Qui autem non defendit, nec obsistit, si potest iniuriæ, tam est in uitio, quàm si parentes &c. Item. 13. Pugnatq; non pro salute cõmuni, sed pro suis cõmodis, in uitio est. Hoc tamen quidam inusitatum esse audebunt dicere. In uoluntate. in fam. 128. Nam hæc in uoluntate fuerunt.

Infra omnes infimos. Ter. 35. Tace tu, quem ego esse puto infra omnes infimos homines. nunc hominis cõditionem significat. Aliquem. in or. lib. 168. Siquidem non infra superiorẽ Lycurgum fuit. nunc tempus significat, & est pro post.

Inter homines. 1. uol. or. 31. Qui ut tu dicis, nunquam inter homines fuerit. Inter aliquos aliquid. Ter. 13. Iræ sunt inter Clycerium & gnatum. Notitiam inter aliquos. Ter. 51.. Quanquàm hæc inter nos nuper notitia admodum est. Procul inter se. Sall. 48. Ac primo obscura nocte postquàm haud procul inter se erant.

Penes aliquem. in fam. 135.. De illo autem, quem penes est omnis potestas, nihil uideo quod timeã &c. Penes uos. Ter. 85.. Quid? istæc iam penes uos psaltria est? nunc positum esse uidetur pro apud: id est, domi uestræ. ubi illud etiam uides uti modo

modo postponatur, modo præponatur præpositio.

Per Terras omnes aliquid. Sall. 6. Cui æs alienum per omnes terras ingens erat.

Post aliq. Sall. 9. Sed ubi periculum aduenit, inuidia & superbia post fuere: id est, post habitæ sunt. 3. uo. or. 107. Cædere incipiũt eius seruos, qui post erãt: id est, qui eum à tergo sequebantur.

Pro aliq. Att. 25. Quid Cato ille noster, qui mihi unus est, pro centum millibus. item, Hoc erit pro illo tuo, &c.

Sub aliq. Ter. 55.. Sub cuius imperio est. Att. 106. Nisi eos timere putas, ne sub regno sint.

Sub manu aliq. in fam. 157. Voconij ut sub manu essent.

ESSE CVM GERVNDIIS.

Dicendum est. 2. uol. or. 4.. Dicendum est enim de Cn. Pompeij singulari uirtute. Ita in omnibus huius uocis absolute pronuntiatis. ut, prouidendum est, cõsiderandum est, &c. In dotandum unum est, quod est soluendo. Att. 207. Soluendo enim non erat. de off. 49..

ESSE CVM ADVERBIIS.

Fortasse. Ter. 48. Est fortasse quod minitares. Frustra. Pl. 122. Frustra est homo: id est, fallitur, frustra agit. Obuiã alicui. Pl. 209. Cras mane quæso in comitio estote obuiam. Satis rei. ph. 100. Satis historiarum est? Ita Satis uerborum. Pl. 46. Sed satis uerborum est, cura quæ iussi atq; abi. ita Satis orationis. Pl. 100.. Orationis satis est, sequere me, ac tace. Præsto alicui. in fam. 32.. Ibi mihi præstò fuit L. Lucilius cum literis mandatisq; tuis. Item in fam. Stator tuus mihi cum literis præstò fuit. nunc est pro adesse, sed inest in uerbi significatione opportunitas, & celeritas quædam se offerendi. Aliquando est pro fauere. 2. uol. or. 128. Ius ciuile didicit, multum uigilauit, laborauit, præstò multis fuit: id est, multorum causas defendit. quæ locutio planè oratoris est, cũ præsto adesse, poëticũ esse dicat Do. Eò loci. 3. uol. or. 18.

Res erat, & causa nostra eò loci, ut erigere oculos & uiuere uideretur. Eodem loci. Att. 8. Res eodem est loci, quo reliquisti. Quo loci. Att. 124.. Nescire quo loci esset. v. habere in nominibus. Numero parentis. 1. uol. or. 64.. Tamen cum is tibi parentis numero fuisset. Esse qui dicant. Sall. 7. Sunt qui ita dicunt. Quæ tua est humanitas. Att. 105. Atqui certe ille agere debuit, & si esset factum, quæ tua est humanitas, ascripsisses. Ita Prudentia. 3. uol. or. 47. Ita Potestas. Att. 229. Ita in multis alijs, in hac enim dicendi formula maxime freqüés est Ci. Quomodo nunc est. Att. 133. Quomodo nunc est. ut nunc quidem est. Quantum in me, in te, in se, in ipso, est. uide supra in te.

CVM VT.

Si est ut uelit. Ter. 112. Si est ut uelit reducere uxorem, licet. Item. 144. Sin est ut uelis manere illã apud te: id est, sin uelis. Si est ut admiserit. 104. Si est ut posßit fieri. 95. Si ut es. in fam. 196. Quod si, ut es, cessabis, lacessam: id est, ut facis. Vt essem. Ter. 101.. Vetere in noua cœpi uti consuetudine in experiundo ut essem. Item. 60. Non tu ei dixisti ut essem? qualitatem nũc significat particula: id est, qualis essem. Esse ut uolumus. Att. 188. Spero esse, ut uolumus.

CVM CAVSATIVA.

Esse quod. Ter. 106. Nam est quod me forum transire iam oportet. ita cur, quamobrem. Ita nihil quod. in fam. 8. Dignitatem quidem illam consularem fortis, & constantis senatoris nihil est, quod cogitemus. Item. 259. Nihil est quod festines. Pl. 32.. Hanc domum iam multos annos est, cum posßideo, & colo. Et cum futuro, & præterito coniungi solet, uerbum hoc. 3. uol. or. 82. Fueris illo tempore consul futurus. Att. 39. Nunc res erat apud Crassum diuitem. Esto uerbum concedentis est, inquit Donatus. Ter. 62.. At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturum pater. Ch. esto, at certe concedas aliquo:

aliquo: id est, sit, concedo ita esse. 3. uol. or. 166. Esto, sit in tuis uerbis stupor &c.

Euadere. In uerbo finis maxime spectatur, aut loci, aut studij alicuius, de malo plerunq;: sed in plerisq; difficultatẽ aliquã rei præ se fert. Ad coniecturam. Pl. 237.. Nunquam hodie quiui ad coniecturã euadere: id est, cõsequi coniectura. Huc. Ter. 35. Ipsa accumbere mecũ, mihi sese dare, sermonẽ quærere, ubi friget, huc euasit, quãpridẽ pater &c. uulgo, reusci qui. In malum aliquid. Ter. 87.. Profecto euadet in aliquod magnum malũ. Quorsum. Ter. 3.. Quàm timeo quorsum euadas: id est, quorsum exeat. Item. 4.. Et heri semper lenitas uerebar quorsum euaderet. Att. 261.. Pl. 20. Demiror quid sit, & quò euadat sum in metu: id est, quẽ ad finẽ ueniat. Verum. 2. uol. ph. 131. Quid est perspicuũ? multa uera, inquit, euadere &c. id est, euenire. Item. 3. uolum. An uerebare ne non putaremus natũ te potuisse nõ improbũ euadere. nisi &c. id est, fieri. Ex scholis ph. aliq. in or. 205.. Quid multa? è philosophorum scholis tales ferè euadunt: id est, exeunt, fiunt. Ita Alicũde aliq. Asc. 66. Si hinc euaserit Verres: id est, hoc iudicio.

Euellere. Prorsus interitũ rei, de qua agitur, uerbũ significat. Ex memoria. 3. uol. or. 10. Qui nõ modo ex memoria, sed etiã ex factis euellendos nõ putet. Item in fam. 64.. Ea cum fuerint falsa & inania, sint euulsa ex omni memoria, uitáq; nostra. Opiniones. in or. lib. 205.. Inserit nouas opiniones, euellit insitas. Fibras radicum. 1. uo. ph. 193. Sed omneis radicum fibras euellere. Ita Radices, Scrupulum ex animo. 1. uol. or. 19.. Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies noctesq; stimulat ac pungit, ut euellatis, postulat.

Euenire. Proprie de bonis, ideo & bonorum est euentus, inquit Do. nos tamen & de malo reperimus, ut in exẽplis, & dicimus euenire alicui, & in aliquid. Famam alic. Sall. 92.. Nam ubicunq; tibi res prospere cedet, ibi mihi bona fama euenict.

niet. Pacem. Sall. 3. Vbi pax euenerat. Vsu aliquid. de off. 55. Quod autem in poëmatibus, & in picturis usu euenit: id est, accidit. Iter alic. Terent. 123.. Euenit senibus ambobus simul iter: id est, accidit. Aliquid alicui. Pl. 92.. Expectãdo exedor miser, atq; exenteror, quo mihi Epidici blanda dicta eueniant nimis diu maceror. Item. 121. 119.. Discessionem. Ter. 13.. Si eueniat, quod di prohibeant, discessio: id est, contingat. Ita Abitionem. Ter. 54.. Propter eam hæc turba, atque abitio euenit. Præter spem. Ter. 10.. Præter spem euenit. Seruitutem alicu. Pl. 47. Domi fuistis credo liberi: nunc seruitus si euenit, ei uos morigerari mos bonus est. Turbam. Ter. 54.. Propter eam hæc turba, atque abitio euenit. In aliquid. in fa. 23. Ex quo uereor, ne idem eueniat in meas literas.

Euertere, est in contrarium statum id de quo agitur, uertere: à nauigijs, atque ab ijs rebus quæ euerti possunt, sumpta metaphora. & dicimus euertere aliquid, & aliq. aliqua re, uerum is ablatiuus modo medius est, modo de loco significans. Nauem. in or. lib. 99. Citius Hercule is, qui duorum scalmorum nauiculam in portu euerterit: id est, cuius imprudentia nauis perierit. Domum. 3. uol. or. 98. Cuius ipse domum euertisti. Villam. 2. uol. or. 225.. Cum ipsa uilla non prædæ cupiditate, quid enim erat prædæ? sed odio, & crudelitate funditus euerteretur. Vrbem. 2. uolum. or. 244.. Atqui illam à multis imperatoribus obsessam, oppugnatam, labefactatam, penè captam, aliquando quasi fatali euentu solus euertit. Firmamenta. Att. 16.. Sic ille annus duo firmamenta Reip. per me unum constituta euertit. Amicitiam. 1. uol. ph. 81. Ratio ista quam defendis, præcepta, quæ didicisti, quæ probas, funditus euertunt amicitiam. Commendationem rei. in or. lib. 186.. Huius si uita, si mores, si uultus denique non omnem commendationem ingenij euertet,

teret, maius nomen in patronis fuisset. Diffinitionem rei. 1. uolum. phil. 6. Vt retineamus eam diffinitionem, quam Philo uoluit euertere. Virtutem. 1. uolum. ph. 91. Quasi uirtutis lumen extinxeris, & uirtutem penitus euerteris. Ita Partes uirtutis, Iustitiam, Liberalitatem, Prudentiam, Benignitatem, Fortitudinem, Temperantiam. Bonis aliq. 1. uol. or. 95.. Euersum à te puerum patris bonis esse dixerunt: id est, per uim patrijs bonis puerum deturbatum. 103.. Ne per summam iniuriam pupillum Iunium fortunis patris conetur euertere. Aratores. 1. uol. or. 196.. Sed eadem ista æstimatione, alter subleuarat aratores, alter euerterat. Aliqua re aliq. in fam. 61. Nec illi quicquam deliberatius fuit, quàm me quacunq; ratione posset, non iudicio, neque disceptatione, sed ui, atque impressione euertere.

Euigilare, est magnum studium, summamq; diligentiam in re aliqua adhiberi. de off. 118.. Quid enim ego laborani, aut quid egi, aut in quo euigilauerunt curæ, & cogitationes meæ?

Euocare aliq. & ad aliq. Cæs. 320. Misso ad uesperum senatu, omnes qui sunt eius ordinis à Pompeio euocantur. Exercitum. Sall. 42. Milites mẽse Ianuario ex Hybernis in expeditionẽ euocat. Ad bellum. Cæs. 94. Et rei nouitate perterritis oppidanis, quorum magna pars erat ad bellum euocata, sine contentione oppido potitur. Ad pugnam. Cæs. 64. Et magna contumelia uerborum nostros ad pugnam euocant: id est, prouocant. Ad colloquium. Cæs. 164. Eò cũ uenissent, euocantur ad colloquium, prodit Libo. Ad honorem. Cæs. 93.. Tamen propter scientiam singularem rei militaris ad eum est honorem euocatus: id est, ductus.

Euolare, est deuitare, aufugere: idq; tantũ uidetur de malo fieri. nam euolare ex luce, ex libertate quis diceret? ex tenebris, ex seruitute boni omnes: quandoq; etiam solam ipsam rei celeritatem significat, & dicimus euolare aliquid, & ex aliquo.

Pœnam. 3. uol. or. 71.. Quam pœnam si tum aliorum opibus, non suis, inuitissimis uobis euolarunt, at aliam multo maiorem, grauioremq; subierunt. ubi transitiue positũ esse uides. Ex flamma. 1. uol. or. 90. Tamen ex illa flamma, periculoq; euolauit. Item. 93. Cum te ex ferro amicorũ Pop. Ro. eripueris, atq; è flamma sociorum euolaris. Ex seueritate alic. 1. uol. or. 78.. Confringat iste sanè ui sua cõsilia senatoria, quæstiones perrumpat, euolet ex nostra seueritate.

Euoluere. Quoniam quod inuolutum omnino impeditum est, ideo euoluere est liberare, expedire. Turba se aliquid. Ter. 40.. Hac re, & omni te turba euolues. Et ex turba. Ter. 141. Ego nullo possum remedio me euoluere ex his turbis: id est, liberare. Exitum. 3. uol. or. 49.. Cuius ego neq; principium inuenire, neq; euoluere exitum possum. Est aliquando pro inuoluere. Cæs. 145. Facta item ex fortissimis lignis, euoluta omnibus rebus, quibus ignis iactus, & lapides defendi possent: id est, inuoluta, contecta.

Euomere. Et hoc de malo tantum usitatum esse obseruo, & dicimus aliquid in aliq. & apud aliquẽ. Iram in aliq. Ter. 83.. Vt iram hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc est recens. Item. 87.. Apud aliq. aliq. de off. 112.. Tamen is pati non possit, ut non acquirat aliquem, apud quem euomat uirus acerbitatis suæ. Orationem. 3. uol. or. 198. Atq; in me absentem orationem ore impurissimo euomit. Ter. 87. Ibo, ac requiram fratrem, ut in eum hæc euomã. Virus, de off. 112.. Apud quem euomat uirus acerbitatis suæ.

Exaggerare rem familiarem. de off. 19. Delectarentur re sua familiari, non eam quidem omni ratione exaggerantes: id est, undiq; amplificantes. Orationem. in or. lib. 215.. Itaque neq; humilem, neq; abiectam orationem, nec nimis altam, & exaggeratam.

Exagitare. Habet uerbi significatio non solum uehementem, sed &

sed & crebrã rei commotionem. Mœrorem. Att. 41.. Ne & meum mœrorem exagitem, & te in eundem luctum uocem: id est, commoueam. Rem rumoribus. Sall. 10. Rem ad senatũ refert, iam antea uulgi rumoribus exagitatam: id est, de qua iampridẽ rumores increbuerant. Aliq. in or. lib. 199. Reprehẽdit Aeschines quædam, & exagitat: id est, diuexat. Ita in or. lib. 200.. Et quidem omniũ rhetorum exagitator, uexator. Ita Exercitationem dicendi. in or. lib. 148. Hanc dicendi exercitationem exagitarent, atq; cõtemnerent. Item. 198. Sed & huius, & aliorum philosophorum disputationibus, & exagitatus maxime orator est.

Examinare aliquid. ut Pondus aliquod. in or. lib. 199. Ac tamen in hoc ipso diligenter examinantes uerborum omnium pondera &c. recte sanè, & propriè transtulit, ab examine enim factum est uerbum, quæ pars est in libra, qua æquitas constituitur: ideo dixit pondus examinare. Itẽ Paribus ponderibus. 1. uol. ph. 157.. Tanquam paribus examinatus ponderibus trutina. in or. lib. 123. Sed quadam populari trutina examinantur.

Exanclare, est perpeti uel superare, inquit No. Labores omnes. 1. uol. ph. 174.. Quod cũ exanclauisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum. Item. 2. uol. ph. 122. Tot nos ad Troiam belli exanclauimus annos. ex Homero in latinum à Ci. cum multis alijs factum carmen.

Exanimare. Etsi plerunq; exanimatio, ex metu nascitur, sæpius tamen additur etiam metus. Aliq. metu. Ter. 6.. Oratio hæc me miseram exanimauit metu. Item. 135. Et illam miseram, quam ego nunc intus scio esse exanimatam metu. Ibi tum exanimatus Pamphilus bene dissimulatum amorem, & celatum indicat.

Exarare cum est pro scribere, ego uideor recte obseruare, semper esse cum paucis agitur: ut in uerbo insit tacita quædam

dam breuitatis significatio: neque te moueat ad Atticum illud sæpius positum esse in longissimis epistolis. nam si recte considerabis, reperies multas epistolas in unam eius codicis scripturam coniectas fuisse. Epistolam. Att. 238. Mansi igitur eo die in Suessano, atque inde mane postridie Arpinum proficiscens, hanc epistolam exaraui. Exemplum literarum. in fam. 142. Accubueram hora nona, cum ad te harum exemplum in codicillis exaraui. Item. 196. Hæc cum essem in senatu exaraui. hic etiam constat in senatu non commode pluribus uerbis propter temporis angustiam scribere potuisse. Item Attic. 217. Ante lucem cum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exaraui nescio quid ad te, & ante lucem dedi. Hæc epistola satis multis uerbis scripta est, tamen quid si duæ sint? quod multis in locis (ut dicebam) eodem opere facile deprehenditur, huiusq; , quam nos non longam uolumus, initium sit ab ea uoce. Heri dederam ad te literas exiens è Puteolano. nam heri legendum est omnino, non hercle. præsertim cum breuitatem innuat per uocem illam proficiscens. Aliquid. Attic. 236.. Certior à Pylia factus mitti ad te Idibus tabellarios, statim hoc nescio quid exaraui. uides duobus in locis per hæc duo uerba nescio quid, breuitatem significari, & leue quid esse scriptum. Procœmium. Attico. 255.. Itaque statim nouum procœmium exaraui, & tibi misi. fortasse procœmium erat exiguum, aut ad reliquam orationem respexit. Frumentum. 1. uolum. orat. 166.. Non ne plus lucri nomine eripit, quàm quantum frumenti omnino exararent. Item. 159.. Quod ijs plus frumenti impetrabatur, quàm quantum exararant. Item: Quorum patres tantum labore suo frumenti exarabant, ut Pop. Rom. totiq; Italiæ suppeditare possent. Quo etiam in uerbo hoc haud quaquam superiori obseruatione minus adnotatu dignum animaduerto, idem scilicet exarare frumentum esse, &

esse, & percipere. ut sit Verrem plus frumenti singulis aratoribus imperasse, quàm eorum meßis tulisset. Sepulchra. 2. uol. phil. 182. Sed cum multa sepulchra fuissent, exarata sunt: id est, ad frugem exculta.

Exardere aliquid alicui, & aliqua re dicitur. Amorem. de offic. 115. Ex quo eorum exardescit amor, siue amicitia. Amicitia. uide amorem. Beneuolentiam. de off. 101.. Admirabilis quædam exardescit beneuolentiæ magnitudo. Aliquem. in orat. lib. 143. Non tulit ille, sed grauiter exarsit. Dolorem. Att. 308. Exarsit dolor, urgere illi, ut loco nos mouerent. Importunitatem. 2. uolum. orat. 181. Multis ab adolescentia collectis perditorum hominum uitijs repente ista tanta importunitas in auditi sceleris exarsit. Iniuriam. de off. 110. Nisi quædam admodum intolerabilis iniuria exarserit: id est, exorta sit. Aliqua re aliq. Att. 35.. Nũc uero sibilis uulgi, sermonibus honestorum, fremitu Italiæ uereor ne exarserint: id est, iracundiores facti sint.

Exarere, uel exarescere aliquid. Amnes. 3. uol. orat. 97. Perfecit ille si montes recidissent, amnes exaruissent. Fontem. Cæs. 174. Qui tamen fontes à quibusdam præsidijs aberant longius, & celeriter æstibus exarescebant. Lachrymas. Att. 167. Hæc ita multis cum lachrymis loquebatur, ut ego mirarer eas tam diuturna miseria non exaruisse. Vrbanitatem. in fam. 109.. Vides enim exaruisse iam ueterẽ urbanitatem. Rationes. ad Her. 34.. Aliquando Reip. rationes, quæ malitia nocentum exaruerant, uirtute optimatum reuirescunt.

Exaudire. Apud meos autores uerbum hoc in ea significatione, quæ est pro concedere, nunquam fateor me legisse: idq; si negligentia est, fateor id quoq;. uerum semper pro plane, clareq; audire: eorumq; proprium est, qui longe audiunt. nam loco superioris signficationis magis habent quibus utantur, exarari, permittere, dare & concedere ueniam, ut suis locis.

3. uol.

3.uol.or.138.. Quantum potero uoce contendam,ut hoc Pop. Rom.exaudiat. Item Cæſ.56. Et id clariore uoce ut magna pars militum exaudiret.

Excandeſcere aliquid re aliqua. Fortitudinẽ ira.1.uol.phil. 218. Hæc nullã habẽt uim,niſi ira excanduit fortitudo. Quando ira ab eo ſit,quòd corruat:urere uero proprium ſit ignis, recte tranſtulit excandere aliquid ira, quòd fortaſſe non dixiſſet, fortitudinem excandere,abſq; ira,hominẽ ſanè,quia illi ſubiecta eſt ira.

Excedere,eſt exire ubiq;,uerũ diuerſis ex rebus.ideo ui particulæ, ex qua factum eſt, niſi de loco poni & uſus, & ratio ſert. **De medio**. Ter.144. Cum de medio exceſſit:id eſt,moritur. **Domo**. Cæſ.140. Nam cum omnibus ſuis domo exceſſerãt,Rhenũq; tranſierant. ut finibus infra. **E medio**. Ter. 115. Odioſa hæc eſt ætas adoleſcentulis,è medio æquum eſt excedere.nunc non eſt mori.ſed locum dare. **E prælio**. Sall. 4. Quiq; tardius reuocati prælio exceſſerant. Item Cæſ. 26. 40.. **E magiſterio**. Pl.100. Iam exceſſit mihi ætas è magiſterio tuo: id eſt, libera eſt facta. loquitur diſcipulus pædagogo ſuo. **E uita**. in or.lib. 171.. At uero etiam tum Catone uiuo, qui annos quinque & octuaginta natus exceſſit è uita. Et uita. in or.lib. 189. Sed ad eos, ſi placet, qui uita exceſſere reuertamur. **E pueris**. 2. uol. or. 186. Nam ut primum è pueris exceſſit Archias: id eſt, ut deſijt eſſe puer. **Ex ephebis**. Ter. 2. Nam is poſtquàm exceſſit ex ephebis Soſia. **Ex uia**. Cæſ.53.Paululũq; ex uia excedebat. **Vrbe**. Att.281. Vos fortaſſe ſapientius exceſiſtis urbe ea,quam liberaueratis. **Finibus**. Cæ.42.Sicambri ex eo tempore,quo pons inſtitui cœptus eſt,fuga comparata hortantibus ijs,quos ex Tenchtheris,atq; Vſipetibus apud ſe habebant,finibus ſuis exceſſerunt.

Excellere aliquid re aliqua,& aliq.alicuã. **Conſilio** aliq. Att.15.

Att.15. Quin mihi nunc te abſente non ſolum conſilium quo tu excellis &c. **Cæteris**. 2.uol.or.12.. Hic miramur hũc hominem tantum excellere cæteris.

Excerpere. In ijs uerbis,quæ rerum delectum habent in deligendo ratio poſtulare uidetur, ut deligamus quæ, ut bona nobis uolumus,non autem quæ, ut mala reijciamus.quod etiam Don.innuit.uerum in hoc uerbo ſecus factum eſt à Terentio, qui ita ait.137. Tu id, quod boni eſt,excerpis,quod mali eſt, dicis.adoleſcens commemorabat omnia mala, quæ ſibi contingere poterant,quæ bona,excipiebat. ſed per excerpere id dixit.in or.lib.62.. Quod quiſq; commodiſſime præcipere uidebatur,excerpſimus.de off.53. Se excerpere ex ijs ipſis, ſi qd ineſſet boni.nunc recte quod uolumus, ſcilicet non quod contra uos ſit,excerpimus.

Excidere. Quæ, & quomodo excidãt,exemplis uidebis. **Aliquid** alicui.in or.lib.85. Vis enim ut mihi ſæpe dixiſti,quoniam quæ pueris,aut adoleſcentulis nobis ex cõmentariolis noſtris incohata atq; rudia exciderunt &c. **E manibus** aliquid. Att.278.. Deinde ita multa peccata,ut quodãmodo uictoria excideret è manibus. **Ex ore**. 2.uol.or.180. Verbũ,quod unquam ex ore huius excidit, undè quiſquam poſſet offendi? **In uia** aliq. Att.27.. Perterriti uoce & uultu, confeſſi ſunt ſe accepiſſe,ſed excidiſſe in uia,literas ſcilicet. In quibus tribus exemplis uidetur ineſſe aliquid imprudentiæ. **Ab uxore**. Ter.10.. Herus,quãtum audio,ab uxore excidit: id eſt,uxorem amiſit. **Cogitationem**.in fam.69.. Quæ cogitatio cũ mihi nõ omnino excidiſſet,etenim penitus inſederat. **Orationem** alic.1.uol.or.104.. Iſti color immutatus eſt,uultus,oratio,mens deniq; excidit:id eſt,hæc omnia eũ defecerũt. **Vultus**,Oratio,Mens.uide ſupra.

Excipere. Ad ea,quæ de hoc uerbo Adrianus agit,ſæpius eſſe, ſcilicet quod uulgò dicunt excettuar. & præter illud, quod

ad inſi

ad insidias attinet, addimus apte congruere, cum quid aliunde emissum sub ipsius finem excipitur. nec non pro capere, ut in exemplis. Aliquid in re. 3. uol. or. 61.. Quorum in fœderibus exceptum est. Ita legem aliquid. Att. 296. Nominatimq; lex exciperet. Item in fam. 107.. de re rust. In ea re alij plura, alij pauciora excipiunt. in. 1. uol. 12.. Nunc est quod uulgò excettuar. Aliq. 1. uolum. orat. 44. Vos hic tales uiros sedere, qui excipiatis eos, qui de suis manibus effugerunt. Rorem. Cæs. 164. Vt difficilioribus usi tempestatibus expellibus, quibus erant tectæ naues nocturnum excipere rorem cogerentur. Verba dicentis. 2. uolum. phil. 119. Tum illum plura locutum multis audientibus, qui omnia eius uerba exceperint, literisq; mandauerint. Orationem. Asc. 18.. Manet illa quoque excepta oratio: id est, quæ cum diceretur, scripta est. Ita Ex prætereunte aliquid. Att. 29. Nunc nisi si quid ex prætereunte uiatore exceptum est, scire nihil possumus. Clamores. Cæs. 77.. Nam ubi maior atque illustrior incidit res, clamore per agros, regionesq; significant, hinc alij deinceps excipiunt, & proximis tradunt. Ita 185.. Hunc Labienus excepit: id est, statim sub eius sermonem loqui cœpit, quasi orationem eius excipiens. Ex sermone alicuius aliquid. in or. lib. 93. Tamen nos aliquid ex sermone uestro memoria dignum excipere possumus: id est, capere. Laudem. Att. 8.. Crassus posteaquàm uidit illum excepisse laudem: id est, inuenisse, cœpisse. Plagas. 1. uol. ph. 185. Tu ne cum pueros Lacedæmone, adolescentes Olympiæ, barbaros in harena uideris excipientes grauissimas plagas, & ferentes silentio. Ita Tela. 1. uol. or. 144.. Aut hoc contendat nunquam esse factum, aut omnia tela excipiat necesse est. Ita Impetum alic. 2. uol. or. 228.. Iterũ cum tuum multorũq; propter te inflammatum in bonos omnes impetum meo corpore excepi. Labores. in or. lib. 187. Sic ille cum omni iam fortuna

fortuna prospere functus, labores etiam magnos excepisset. Hostes. Cæs. 83.. Quos in pabulatione paucis ante diebus exceperat. Naues. in fam. 190. Onerariæ omnes ad unam à nobis sunt exceptæ: id est, captæ. Item Att. 85. De Pompeio scio nihil, eumq;, nisi in nauim se contulerit, exceptũ iri: id est, intercipi. Voluntatem. in or. lib. Quædam dari ad pertractandos animos hominum, & ad excipiendas eorum uoluntates: id est, captandas, ait No.

Excire aliquid alicui. Lachrymas alic. Pl. 82.. Vt exciuisti mihi lachrymas: id est, commouisti.

Excitare, in plerisq; est commouere, sed etiam aliud significat, tamq; bona, quam mala excitantur, ut in exemplis. Amores. de off. 4. Mirabiles amores (ut ait Plato) excitaret sapientiæ. Item. 1. uol. ph. 75.. Quàm illa ardentes amores excitaret sui si uideretur. de ipsa sapientia hoc etiam in loco. Aliq. 1. uol. ph. 210. Nunquàm profecto scholis essent excitati. Ab inferis. 3. uol. or. 133.. Vt dubitare debeat nemo, quin multos, si fieri posset, C. Cæsar ab inferis excitaret. Admirationem. in or. lib. 196. Summã hominum admirationem excitabat. Amplitudines. 1. uol. ph. 110. Principijs autem à natura datis amplitudines quædam bonorum excitabantur. Bellum. in fam. 187.. Ille enim ex turbulenta Repub. hic ex pace & uictoria bellum excitauit. Item. 3. uol. or, 183. Incendium. 3. uolum. orat. 210. Sed quæ prouincia est? ex qua illa fax excitare non posset incendium. Memoriam. 3. uol. or. 5. Atque ut illius temporis atrocitatem recordari positis, claudite literas, & uestram memoriam ad timoris præteriti cogitationem excitate: id est, uobiscum in memoriã redite. Item ad Her. 22.. Malum. Ter. 73.. Non uides quantum mali ex ea re excites? Item Att. 113.. Plausus. 3. uol. or. 25.. Tantus est ex omnibus spectaculis usque à capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excitatus,

ut num

ut nunquam maior consensio. Item de off. 20. At Atreo dicente plausus excitatur. Risum. in fam. 43.. Me miserum, qui non affuerim: quos ego risus excitassem. Tempestatem. 3. uol. or. 72. Omnem illam tempestatem, cui cesserim, Cæsare impulsore, atq; adiutore esse excitatã. Tragœdias. 3. uol. or. 105. Nunc eiusdem Appiæ nomen quãtas tragœdias excitat? Vocem. in or. 107. Et quotidie antequàm pronuncient, uocem cubantes sensim excitant.

Excludere. uide quædam ad uerbum eijcere. Et dicimus aliquid ab aliquo, & re aliqua. Ab aliquo. Att. 130. Aut me abs te excludere posset: id est, prorsus abducere. Abre frumentaria. Cæ. 93. Aut ab re frumentaria Romanos excludere, aut adductos inopia ex prouincia expellere possent: id est, impedire. Aliq. re aliq. Vt honoribus, præmijs. 3. uol. or. 59.. His præmijs, & his honoribus exclusos esse fidelissimos, & coniunctissimos socios, quæ &c. Oculos. Pl. 57.. Excludito nubi hercle oculum, si dedero. Item Ter. 145. Vel oculum exclude, est ubi uos ulciscar locus. ubi tamen legitur exculpe. sed Plauti lectio facit, ut magis cum codice Plautino sentiam. nũc uero est effodere. Spem. in fam. 93. In quo spe pacis exclusa, ipsa uictoria futura esset acerbissima: id est, desperata, sublata. Item in fam. 234. Eijcere nos magnum fuit, excludere facile est: id est, reditum prohibere.

Excoquere, malum alic. Pl. 218.. Vsq; domi ero, dum excoxero lenoni malum. Cic. dixit concoquere consilium.

Excreare. Pl. 20. Age age usq; excrea. Item. 20.

Excruciare aliquem re aliqua. uerum cum hac uoce animo magis animi, quàm animo dicimus. Vt Pl. 93.. Qui filij causa cœperam me excruciare animi. Ita Ter. 126. Tum Antipho me excruciat animi. Pl. 62. Ita'ne illam animi excrucies. Fame aliquem. Cæs. 83. Quos in pabulatione paucis ante diebus exceperat, & fame, uinculisq; excruciauerat.

Fumo.

Fumo. 1. uol. or. 85. Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, Pop. Rom. socium atque amicum fumo excruciatum semiuiuum reliquit.

Excubare. Cubare, est iacere plerunq; quietis capiendæ causa. Excubare fortasse neq; cubare, certè uigilare significat: unde excubiæ. & animo aliquem excubare dicimus, qui in re aliqua omnia prospicit, animaduertit: ut. 1. uol. phil. 217. Qui semper animo sic excubant, ut ei nihil improuisum accidere possit. Item Att. 147. Et tamen omnis spes salutis in illis est, & ego excubo animo: nec partem ullam capio quietis: id est, & ego aliquid circumspicio. In aliquo loco. 2. uol. ph. 103. Vt urbem, & tecta relinquerent, armatiq; in agro excubarent. In fano. 2. uol. ph. 100. In Pasitheæ fano, quod est in agro propter urbem, somniandi causa excubabant. nunc fortasse pro cubare positum est, sed uidetur tamen de somno illo alto, ex, aliquantum demere, quando ad somnia non cibo & potu repleti accedebant. Ad portam. Cæs. 151.. Quæ missu Bruti consuetudine quotidiana ad portum excubabant.

Excudere aliq. Att. Tibi de gloria excudam aliq. id est, scribam: sed à fabris ferrarijs sumptum est: quando & excudo, & procudo, & incus ipsa à cedendo dicta sunt, autore Sex.

Exculpere aliquid ex aliquo. Verum. Ter. 40.. Possum'ne hodie ex te exculpere uerum? sumptum à cælatoribus, qui ex lapide formam, & effigiem aliquam educunt, extrahunt scalpello. ita ex aliquo nos duro & obstinato dicimus per uim aliquid exculpere.

Excurrere. Verbi proprietas omnino est in celeritate posita: ac, nisi fallor, aliquando hoc uerbo ueteres usi sunt, cum celerem, & maturum reditum significabant, ut in uerbo latenter penè etiam aliquid recursus inesse uideatur. 1. uol. or. 110. Quòd habent propinquam, fidelem, fructuosam'que prouinciam quò facilè excurrant. ut intelligam non solum adeundi facilitatem,

sed etiam redeundi celeritatem quodam modo significari. quid enim esset, quò facilè excurrāt, tantum pro proficisci? aut etiam commodè proficisci? Item in famil. 35.. Incertumq; utra uia, cum essent duæ, altera Varronem tuum familiarissimum, altera q; Leptam præfectum fabrum meum tibi obuiam misi, manda uiq; utrique eorum, ut antè ad me excurrerent, ut tibi obuiam prodire possem. uides excurrere, quasi pro recurrere: unde etiam militum excursiones, quarum est proprium, citus in hostes, incursus & recursus. Item Att. 1.. Excurremus mense Septembri legati ad Pisonem, ut Ianuario reuertamur. & si hic de reditu mentionem facit, quasi se explicans. **Orationem.** in orat. lib. 213.. Quid est cur claudicare, aut insistere orationem maluit, quàm cum sententia pariter excurrere? nunc simplicem habet celeritatem, non enim recurrit oratio.

Excusare aliquid. Cæs. 165.. Nam fortasse inopiam excusare, & calamitatem aut propriam suam, aut temporum queri: est inopiam causari, uel, quasi illa admiserit, potius excusare.

Excutere. Verbi proprietas est extra quatere, sed aptè transfertur ad multa similia. & aliquid alicui, & ex aliquo excutimus. **Lachrymas.** Terent. 53.. Lachrymas excussit miser. Item Plaut. 50. Di uestram fidem hominum ingenium liberale, ut lachrymas excutiunt mihi: id est, subito faciunt, ut excidant. **Cerebrum.** Plaut. 34. Quia mihi misero cerebrum excutiunt tua dicta soror, lapides loqueris: id est, uerberant, concutiunt, feriunt, quatiunt, commouent. **Nauim.** Plaut. 135. Ligneam sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo: id est, percussam. de naui loquitur. **Verbum.** in orat. 241. Non enim argumentando hoc genus tractatur, sed tanquàm explicando, excutiendoq; uerbo: id est, exprimendo. **Aculeos.** 2. uol. orat. 176. Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari: id est, eiectos, euulsos. **Iuuentutem.** 3. uol. orat. Iuuentutem omnem ex tota Italia excussimus: id est, elegimus, ait

ait Non. **Intelligentiam.** de offic. 68.. Explica, atque excute intelligentiam tuam, ut uideas: id est, commoue. **Aliq.** Terent. 10. Quod si fit, ut me excutiat, atque egrediar domo: id est, domo eijciar. Item. 1. uol. orat. 34.. Nihil est Glaucia, quod metuas, non excutio te: id est, non inquiro ea diligentia, qua possem.

Execrari. Sall. 16. Mutata mente Catilinæ consilia execrari: id est, execrationibus insectari. Item in orat. lib. 209.. Vt optet, ut execretur, ut fiat ijs, apud quos dicet, familiaris.

Exedere, maximè ad animum transfertur. 1. uol. phil. 61. Accedunt ægritudines, molestiæ, mœrores, qui animos exedunt. Item. 1. uol. phil. 59.. Eorum animi noctes atq; dies exeduntur. Item. 1. uol. phil. 196. Sed ægritudo maiora quædam: tabem cruciatum, afflictionem, fœditatem lacerat, exest animum, planeq; conficit..

Exædificare. Absolutam ædificationem continet uerbum: neq; tam mirum Adriano uideri debet, quòd ueteres dixerint ædificare naues, cum & Rempub. ædificare dixerit Cic. & Plaut. exædificare ignauiam dicat. **Domum.** Att. 4. Domum Rabirianam Neapoli, quam tu iam dimensam, & exædificatam animo habes, M. Fonteius emit. **Templum.** 1. uol. phil. 173. Quod cum Apollini Delphis templum exædificassent. **Opus.** in orat. lib. 98. Ne grauere exædificare id opus, quod instituisti. **Ignauiam.** Plaut. 260. Qui exædificaret suam inchoatam ignauiam: id est, perficeret, absolueret, planè ignauus efficeretur. **Aliquem** ex ædibus. Pl. 271.. Nam exædificauisset me ex his ædibus, si absq; te foret. Hoc etiam multò magis mirum est, pro extrudere ex ædibus, quàm uel ædificare naues, atque etiam Rempub. uerùm quia de ædibus agebat, translatione ab eis non discessit.

Exequi. In hoc uerbo, & in superiori, Ex, particula, ex qua sunt cõposita, planè rei absolutionẽ significat, ut in exẽplis manifestius

nifestius fiet. **Consilium.** Sall.91. Igitur ubi plebs Senatui sic,ut corpus animo obedit,eiusq; consilia exequitur. Item Terent.87.. Quod mihi de hac re dederit consilium, id exequar. **Mandatum.** Sall.41..Bomilcar maturè regis mandata exequitur. **Imperium.** Pl.142.. Præterea heri imperium exequor bene,& sedulò seruio. Item Ter.64.. **Munus.** 1.uol.ph.193..Sic conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. **Officium.** Sall.25.Strenui militis,& boni imperatoris officia simul exequebatur. **Aerumnam.** Pl.47. Dij immortales id uoluerunt, uos hanc ærumnam exequi:tanquàm deorum mandatum,uel potius iussa ærumna sit. **Mortem.** Pl.194.Nam necesse est hodie Sicyoni me esse, aut cras mortem exequi:id est,mori. **Rationem** ueram. Ter.107.. Haud quidem hercle parum est,si uis uerò ueram rationem exequi,non &c.id est, si rectè considerare uis. **Ius** suum. Cæs.2. Cum ciuitas ob eam rem incitata armis ius suũ exequi conatur.

Exæquare aliquid alic.& cum aliquo. Att.66.Reliqui duo plebi sic exæquantur: id est, ita humiles se gerunt,& plebi obsequuntur. **Ius.** 1.uol.or.133.. Qui omnia iura pretio exæquasset:id est,qui pretio nihilo ius ullum maius habuit. **Aliquem** cum aliquo re aliqua. Cæs.120..Ipse Pompeius ab inimicis Cæsaris incitatus, quod neminem dignitate secum exæquari uolebat,totum se ab eius amicitia auerterat. Item in or.lib.30.

Exercere. Multa de huiusce uerbi significatione agit Non. Mar. quod uerò ad iudicij exercitationem attinet, quorum scilicet iudiciorum, aut cuius magistratus hæc exercitatio fuerit, ex Cicerone cùm alibi,tum ex his locis, hæc conijci possunt. Nam cum iudicia aut publica, aut priuata essent, priuata nisi centumuiris,quæ propterea centumuiralia appellata sunt, iudicabantur:publicis uerò præerant iudices, quos prætor sortiebatur:qui quoniam in sortiendis,subsortiendisq; iudicibus,ijs'que in iudicium cogendis, necnon in reum inquirendo plurimum distine

distinebatur,totiusq; negotij summam unus sustinebat, à labore, qui inest in uerbi natura, iudicium exercere dictum uideri potest. **Iudicia.** 1.uol.or.107..Atque etiam iudicium in prætura publicum exercuit. Item: Is Cato prætor iudicium, quia æstate agebatur, sine tunica exercuit campestre sub toga cinctus. Item.26. Iudicium id exercuit Q. Gallus prætor. Item Att.317. Scauri iudicium statim exercebitur. Ita **Quæstionem.** 1.uol.ph.75.. Qui cum prætor quæstionem inter sicarios exercuisset, ita apertè cepit pecunias ob rem iudicandam. **Ad aliquid** aliq. in or.lib.201. In hac Aristoteles adolescentes, non ad philosophorum mores tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum in utranque partem, ut ornatius & uberius dici posit,exercuit. Ita **Ad uersus.** in or.lib.37.. Si ad eius me uersus exercerem. Sall.79. Neque ingenium ad male faciendum exercui. **Animam.** de off.131. Nam hæc est natura propria animæ, atque uis,quæ si est una ex omnibus, quæ sese moueat,neque nata est certè, & æterna est, hanc tu exerce in optimis moribus:id est, uersa in optimarum rerum disciplinis. **Animum.** Sall.4.Sed primò magis ambitio, quàm auaritia animos hominum exercebat:id est, solicitabat,uexabat. **Aliq.** Terent.89.. I,sanè ego te exercebo hodie,ut dignus es silicernium:id est,defatigabo. Item in fa.185,. Item Att.6. **Bachanal.** Pl.15.Bachanal te exercuisse oportuit senex.est crebrò potare. **Ferrum.** M.Cato apud Gellium.151. Ferrum si exerceas,cõteritur. **Ingenium.** ad Her.22.. Et magis ingenium nostrum exercebimus. **Inimicitias.** 1.uol.or.57. Videto ne nimium familiariter inimicitias exercere uideare. **Iracundiã.** Att.274.Scribis enim acrius prohibenda bella ciuilia esse,quàm in superatos iracundiam exercendam. **Pugnos.** Pl.5.. Gestiunt pugni mihi. so. Si in me exerciturus,quæso in parietem ut primum domes. **Sumptum.** Terent.53..Conrasi omnia, ancillas,seruos,nisi eos,qui opere rustico faciundo facilè sum-

ptum exerceãt ſuum.uulgò che ſe guadagni la ſpeſa. **Stupra.** Aſc.64.. Et in quibus ſtupra exercita legibus uindicantur. **Sealic.** 1.uolumine philoſophiæ.183.. Subduc cibum unum diem athletæ, Iouem Olympium eum ipſum, cui ſe exercebit, implorabit.

Exhalare crapulam.3.uol.or.166. Edormi crapulam inquam, & exhala. Item.1.uol.orat.155. Veniendum erat ad eos contra Apronium, qui nondum etiam Aproniani conuiuij crapulam exhalaſſent. **Vinum.** 3.uol.orat.168.. Tu quidem (ut tui familiariſſimi dictitant) uini exhalandi, non acuendi ingenij causa declamitas.

Exhaurire. Verbi proprietas eſt aliquid uacuum facere, tamq; dicimus quod extrahitur exhauriendo, quàm quod uacuum fit, exhauriri. **Amorem.** Att.36. Tamen tantus fuit amor, ut exhauriri nulla poſſet iniuria: id eſt, deleri. **Domum.** 3.uol.or.163.. Ad eum de Rep. nihil refers, ad eos refers, qui domum ſuam nullam habent, tuam exhauriunt: id eſt, euacuant. **Aerarium.** 3.uol.orat.194. Aerarium ueſtrum exhauſit, ſuum non habet: & ex ærario infrà. **Fontem** de offic.43. Largitio, quæ fit ex re familiari, fontẽ ipſum benignitatis exhaurit. **Laudem** alicuius. Att.233. Quanquàm enim Dolobella (hæc enim iocatus ſum) libentius omnes meas, ſi modò ſunt reliquæ meæ laudes, ad te tranſtulerim, quàm aliquam partem exhauſerim ex tuis. **Sententiam.** Att.18. Et ſententiam urbis exhauriri. **Homines** ſumptu. Att.291. Non itineribus tuis homines perterreri, non ſumptu exhauriri. **Sermonem.** Att.299.. Exhauſtus eſt enim ſermo hominum, & multæ emiſſæ iam eiuſmodi uoces: ἀλλὰ αἰεί πνα φῶτα μίγαν: id eſt, de ea re iam loqui deſitum eſſe. **Pecuniam** ex ærario. 2.uolumine orationum.86. Vt cum omnem pecuniam ex ærario exhauſiſſetis: id eſt, extraxiſſetis ex ærario. **Prædam** ex aliq. 3.uolumine orationum.90. Ecce tibi alter effuſa iam maxima præda, quam

quam ex fortunis publicanorum, ex agris, urbibus'que ſociorum exhauſerat: id eſt, abſtulerat. **Vinum.** 3.uolumine orationum.. Tantum uini exhauſeras. **Terram.** Cæſ.59. Sed nulla ferramentorum copia, quæ eſſet ad hunc uſum idonea gladijs ceſpites circuncidere, manibus, ſagulis'que terram exhauriri cogebantur. **Malum.** Att.16. Multa ſunt enim quæ me ſolicitant, angunt'que, quæ mihi uideor aures nactus tuas, unius ambulationis ſermone exhaurire poſſe: id eſt, deponere. **Mandatum.** Att.66.. Mandata noſtra exhaurias. nunc autem eſt exequi. **Spiritum.** 3.uolumine orationum.20.. Plaga una illi defuit, ſi acceſſiſſet, reliquum ſpiritum exhauſiſſet: id eſt, eum confeciſſet.

Exhæredare. Ad Heren.31.. Sed etiam à neceſſarijs omnibus exhæredatus eſt.

Exhibere, cum hoc nomine negotio, moleſtiam ſignificat: id quod etiam faceſſo facit. quid uerò cum reliquis, in exemplis ipſis uidebitur. **Negotium.** 2.uol.phil.18. Quod beatum & immortale eſt, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium. Ita Plaut.122. Ita & hinc, & illinc mihi exhibent negotium. Item Plaut.13. Atque illi dudum meus negotium inſonti exhibuit. Item de offic.74.. Quod audiſſet adoleſcens filius negotium exhiberi patri, accurriſſe Romam, & prima luce Pomponij domum ueniſſe dicitur. nunc plus eſt etiam, quàm moleſtiam afferre. **Moleſtiam.** Plaut.55. Vt ſciat alieno naſo quam exhibeat moleſtiam. Item Att.21. Iam exhibere mihi moleſtiam. Item in fam.201. Aut ſi ne tu quidem uacas, noli impudens eſſe, nec mihi moleſtiam exhibere. **Argutias.** Pl.114. Quid mihi inter patinas exhibes argutias: id eſt, odioſè argutias fundis. **Horam.** 3.uol.or.207. Horam exhibere nullam in tali ciue liberando ſine ſcelere non poßumus: id eſt, ne hora quidem differre. nunc ex, eſt extra: ut ſit extrahere, eximere.

Exibilare aliq. in orat.lib. Hiſtrio ſi parum ſe moueat extra

numerum, aut si uersus pronuntiatus est, una syllaba breuior, aut longior exibilatur, aut exploditur.

Exhilarare seruitutem. in fa. 142. Miraris tam exhilaratam esse seruitutem nostram. **Athenas**. in or. lib. Quo uno tuæ Athenæ maximè exhilaratæ sunt.

Exigere. Eleganter ad tres significationes uerbum quantũ exemplis ipse deprehendere potui, se accommodat: ut & absolutionem, & reiectionem, siue exclusionem rei alicuius, & debiti receptionem significet: cum etiam non ignoremus apud poëtas in alias quoque significationes usurpari, quas apud oratores non ita crebro poni reperies. **Aetatem**. Pl. 33.. Atque ut te dignum mala malam ætatem exigas. **Vitam**. Ter. 57. Hinc sciri potuit, aut nusquam alibi Clinia quo studio uitam suam te absente exegerit. Item. 105. An quia ruri esse crebrò soleo, nescire arbitramini quo quisque pacto hic uitam uestrorum exigat? id est, ducat, peragat. Ita **Aestatem**. Cæs. 36. Eodem fere tempore Cæsar etsi propè exacta iam æstas erat: tamen &c. **Tempus**. 1. uol. orat. 85.. Latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad pariendum uicinam temporibus exactis fugisse Delum. unde menses exacti propriè dicuntur, qui sub ipsum partum sunt. **Vxorem**. Ter. 105.. Vbi duxere impulsu uestro, uestro etiam impulsu easdem exigunt: id est, repudiant. Ita **Lassitudinem**. Pl. 57.. Vbi labore lassitudo est omnis exigunda: id est, eijciunda. Ita Teren. 1.. Post quas faciet de integro comœdias, spectandæ an exigendæ sint uobis prius: id est, explodendæ. **Maculas** mœroris. Pl. 55.. Iam ego ex corpore exigam omnes maculas mœrorum tibi. Ita **Ex loco** aliquid aliquo exigere, ut domo, ex domo, ex agro, domum. C. Gracchus apud Aul. Gell. 133. Quæstori Sidicino à M. Mario datum est negotium, uti balneis exigerentur, qui lauabantur. **Nomina**. 1. uol. orat. 81. Cum per eos ipsos dies, per quos causa Dio diceret, reperitur pecunias sumpsisse mutuas, nomina sua exegisse, prædia uendidisse. **Pensionem**. in famil. 9. Teneor tamen dum à Dolobellæ procuratoribus exigam primam pensionem. **Mercedem**. 1. uolum. orat. 100. Exegerat enim iam mercedem. Item. 1. uol. phil. 80. Omnibus'que ex rebus uoluptatem, quasi mercedem exigit. **Vectigalia**. Att. 296.. Non esse autem leniores in exigendis uectigalibus. **Tributa**. in fa. 35. Et simul peracutè quærebare, quòd eos tributa exigere uetarim prius, quàm ego re cognita permisissem. **Numos**. 1. uolumine orationum. 163.. Numi præterea exigentur? **Pecuniam**. Cæs. 169.. Sed in singulos conuentus, singulas'que ciuitates pecuniæ imperabantur, mutuasq; illas ex Senatusconsulto exigi dictitabant. **Columnas**. 1. uolum. orat. 103.. Hominem modestum, & minimè pertinacem facilè coherceret, columnas ita se exacturum esse confirmat. **Numerum militum**. Cæs. 128. In Lucanis, Brutijs'que per legatos suos ciuium Romanorum delectus habebatur: equitum peditumq; certum numerum à ciuitatibus Siciliæ exigebat. **Gratiam**. de offic. 102. Vt enim benefici, liberalesq; simus, non ut exigamus gratiam, neq; enim beneficium fœneramur. **Voluptatem**. 1. uol. ph. 8. uide, mercedẽ. **Aerumnam**. Pl. 57.. Et tu cuius causa hanc ærumnam exigo: id est, ago, patior.

Eximere aliquid alicui. Att. 312. Cato concionatus est comitia haberi non siturum, si sibi cum populo dies agendi essent exempti: id est adempti. **Diem** dicendo. 306.. Tum Clodius rogatus, diem dicendo eximere cœpit. Capito Atteius apud Gell. 69.. Eximebatq; diem dicendo. erat cum quis uel extra causam (quod licebat) in sententia dicenda nihil aliud agebat, quàm ne deficiente tempore, decerni posset. **Lassitudinem**. Plaut. 166.. Nunquàm ædepol omnes balneæ mihi hanc lassitudinem eximent: id est, dement, adiment. **Nomen** alic. de tabulis. 1. uolumine orationum. 22.. Cum ille confirmaret sese nomen Sex. Roscij de tabulis exempturum. Ita **Ex reo**. 1. uolumine

Universidad de Deusto Biblioteca

orationum.128.. Quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis ob eam causam ne tu eximerere ex reo, si ego non affuissem ad diem. Et de reis. *1.uolumine orationum.209. Condemnare Diodorum non audet, absentem de reis eximit.* Ita E' proscriptis. *Att.268.. Scium, & Gellium Canium de proscriptorum numero eximisse. Item Asc. 25.* Ita Ex aerarijs. *in oratorijs libris.133. Is enim qui te ex aerarijs eximit, lustrum condidit. Sanè quod ad aerarios, proscriptos, ac reos attinet, is mos fuisse uidetur, ut reorum nomina in tabulis publicis scriberentur, quod deferre nomen dicebatur: delationem uerò nominis aut accusatio sequebatur, aut accusator tacebat: uerùm ne eorum nomina in tabulis perpetuò habitarent, ea delebantur. quod Cicero modò nomen de tabulis, modò ex reo aliquem eximere, dicere consueuit: id quod etiam in tabulis aerariorum, ac proscriptorum factum esse, conijci potest: cum scilicet se aerario, ac proscriptione liberassent.* Alicunde. *Ter.5. Ea lege atque omine, ut si te inde eximerim, ego pro te molam.*

Exinanire. *Cum exhaurire sit & fontem, & aquam, exinanire tantum uidetur esse de ea re, quæ uacua fit. ut* Domum. *1.uolumine orationum.56.. Siciliam prouinciam C. Verres per triennium depopulatus esse, Siculorum ciuitates uastasse, domos exinanisse, fana spoliasse dicitur.* Naues. *1.uol.orat. 257. Qui solus habuerit constratam nauem, & minus exinanitam.* Gentes. *2.uol.orat.80.. Vectigalibus abalienatis, socijs uexatis, regibus, atque hominibus exinanitis, illi pecunias habebunt, uos agros non habebitis. semper de eo, quod inane redditur.*

Exire. *Verbi natura modò unde discedit, modò quò proficiscitur, respicit, id quod fieri etiam uidebamus in deducere: ideo cum ijs, quæ de loco, & ad locum sunt, uerbo rectè utemur, & modò cum præpositione, modò sine.* In medium. *Plaut.*

4. Deinde

4. Deinde utrique imperatores in medium exeunt, extra turbam ordinum colloquuntur simul. In colonias. *de offic.11.. Qui cum una domo iam capi non possint, in alias domos tamquàm in colonias exeunt.* In solitudinem. *de offic.24. Exisse in solitudinem, atque ibi sedentem diu secum, multumq; dubitasse.* In uulgus. *1.uolumine orationum.19. Nequaquàm tamen similiter oratio mea exire, atque in uulgus emanare poterit.* Ab aliquo. *Terent.61. A' me nescio quis exit. Item 140. Sed meum uirum abs te exire uideo: id est, domo mea, domo tua exire.* Aliquid *ab aliquo. 1.uolum.orat.121. Cum omnes perspicerent ad istum, non modò illos numos, qui per simulationem ab isto exierant, reuertisse.* A' patria. *3.uol. or.86.. Vtrum bono uiro & sapienti optabilius putas, sic exire à patria, ut omnes sui ciues salutem &c.* E' finibus. *Cæs. 2. Post eius mortem nihilominus Heluetij id, quod constituerant, facere conantur, ut è finibus suis exeant.* De finibus. *Cæs.1.. Et ciuitati persuasit, ut de finibus suis cum omnibus copijs exirent.* E' uita. *1.uol.phil. Vt si tolerabiles theatro sint, feramus: sin minus, æquo animo è uita, cum ea non placeat, tanquàm è theatro exeamus.* Et de uita. *de offic.98.. Quem fuit æquius ut prius introieram in uitam, sic prius exire de uita.* E' patricijs. *2.uolumine orationum.220.. Sed ut è patricijs exeat, ut Trib.Pl. fieri possit. nam ex patricia gẽte Trib. plebis non accipiebatur, nisi prius translatus fuisset ad plebem.* Aere *alieno.3.uolumine orationum.233.. O' hominem ridiculum, qui se exire ære alieno putaret posse, cum uenderet aliena: id est, debitis liberari.* Annum. *2.uol.phil.91.. Quinto autem anno exeunte cum esset spes ex illo somnio: id est, uerente anno.* Sortem *alic. Att.17.. Atq; hoc loco illud non queo præterire, quod cum de consularibus mea prima sors exisset. Item.1.uolum.orat.73..* Ita Nomen *ali.1.uolum.orat.134. Cuius nomen exisset.*

Existere plerunque de ijs rebus est, quæ occultæ erant, cum emergunt, prodeunt, exurgunt & oriuntur. interdum etiam pro esse significat, idque cum ponitur cum, in, præpositione. **Aliq.** 2. uol. phil. 92. Atque delapsus in flumen nusquam apparuisses, me contremuisse timore perterritum, tum repente læ tum extitisse. Item. 95. Summersus equus uoraginibus non extitit. Item. 96. In capite corona statim extitit ex asperis herbis, & agrestibus. **Ab inferis.** 1. uolumine orationum. 15. Hic ego si Crassi omnes cum Antonij existant, si tu L. Philippe, qui inter illos florebas: id est, si ab inferis excitentur. Item. 95. Quid expectas? an dum ab inferis ille malleolus existat, atque abs te officia tutelæ, sodalitatis, familiaritatisq; flagitet? **Occultum** aliquid. 1. uolumine orationum. 84. Hoc uerò occultum, intestinum, ac domesticum malum non modò non existit, uerumetiam opprimit antequam perspicere, atque explorare potueris: id est, apparet, exoritur. **Spelunca.** 1. uolum. orat. 225. Etenim propter est spelunca quædam conuersa ad Aquilonem infinita altitudine, qua Ditem patrem ferunt repente cum curru extitisse. **Lacum.** 1. uol. orat. 225. Lacumq; in eo loco repente extitisse: id est, apparuisse. **Fidem** in aliquo. 3. uol. orat. 222. Si extitisset in rege fides.

Existimare. Existimare, & æstimare ita diuersa sunt, ut æstimare sit pretialium rerum: id est, quanti res quæque ualeat, considerare. Existimare uerò iudicare, neque enim dicas: æstimabam Cæsarem uenturum, sed existimabam: neque contrà, existimare prædia alic. quanti ualeant, sed æstimare. qui uerò ita exponunt: æstimare, est considerare: existimare, iudicare, non satis differentiam explicare uidentur. **De aliquo.** in famil. 7. Sed hæc sententia sic etiam illi & nobis probabatur, ut ex euentu homines de tuo consilio existimaturos uideremus: id est, iudicaturos ex eo quod successisset. Item in famil. 38. Simulq; non de me is peius quàm de te existimet. Item. 27. De nobis id existimari

mari posse non arbitror.

Exoluere propriè est expedire, liberare, & tam exoluimus quod impedit, quàm quod impeditur. ut **Aerumnas.** Pl. 7. Vno ut labore exolueret ærumnas duas. quia uterum gerentes ad munera sua obeunda maximè impeditæ sunt. **Nomina.** Att. 255. Nomina mea per deos expedi, exolue, bella reliqui: sed opus est diligentia, cohæredibus pro Cluuiano Cal. Sex. persolutum ut sit: id est, quod ego debeo, dissolue. nam debitoris nomen quandiu in tabulis est, tandiu obligatum uidetur. **Promissum.** de off. 53. De tertio autem genere deinceps se scripsit dicturum, nunc exoluit, quod promiserat. quia fides obligata est quandiu non præstetur. **Aliq.** re aliqua, ut suspicione. Ter. 114. Et me hac suspicione exoluam, & illis morem gessero. Ita **Errore.** Terent. 119. Nam illas errore, & te simul suspicione exolues.

Exonerare, est onere aliquid leuare, tamq; onus, quàm quod onus fert, exonerare dicimus. constructio uerò est, & re, & ex re aliquid exonerari. **Metu** aliq. Ter. 142. Nosq; eius amicos exoneraßis metu, quia metus hominem maximè opprimit. **Ex aliqua re** aliquid. Plaut. 94. Atque ita profectò, ut eam ex hoc exoneres agro: id est, ut eam hinc abducas, quæ erat agro oneri.

Exorare, est orando aliquid impetrare: ex enim in hoc uerbo rei absolutionem continet, id quod in multis alijs facit, ut in exædificare, exanclare, expugnare, exequi. id quod efficit per, in persuadeo. **Aliquid** aliquem. Terent. 75. Da ueniam Chreme, sinè te exorem: id est, hoc abs te ut impetrem. **De aliquo.** Plaut. 97. De præfacili exoras Epidice: id est, libenter tibi gratiam facio.

Exorbere aliquid, ut sanguinem alic. in orat. lib. 104. Ne iudicio iniquo exorbeatur sanguis tuus. ita de multis, quæ ad exorbendum apta sunt, ut liquida omnia.

Exordiri *aliquid à re aliqua. ad Her. 19.. Et exordiri causam à narratione, aut ab aliqua firma argumẽtatione.* **Consilium** *suum. Plaut. 20. Atq; ibi consilia exordiar: id est, capiam.*

Exoriri, *est surgere, autore Sex. ut* **Rationem**. *de offic. 62. Exoritur Antipatri ratio ex altera parte.* **Thucydides**. *in orat. lib. 244. Sed exorietur Thucydides.* **Promulgationem**. *in famil. 4.. Subito exorta nefaria Catonis promulgatio, quæ nostra studia impediret.* **Nunc**. *Att. 117. Venit idem usu mihi, quod tu tibi scribis, quoties exorior: ego enim nunc paulùm exorior, & maximè quidem his literis: id est, respiro, & quasi suscitor.* **Bellum**. *in famil. 195.. Istic enim bellum est exortum, hic pax consecuta: id est, repente natum.* **Aliquid** *ab aliquo. Ter. 115.. A' Myrrhina hæc sunt mea uxore exorta omnia: id est, omnia profecta sunt.*

Exornare, *modò ornare, modò fœdare significat, ut ait Non.* **Triclinium**. *1. uol. orat. 214. Ornat amplè, magnificeq; triclinium. uide, exponere. Ter. 40. Ita uisus est dudum, quia uaria ueste exornatus fuit.* **Nuptias**. *Pl. 43. Repudium rebus paratis, atq; exornatis nuptijs: id est, ornatis, Non. inquit.* **Aliquid**. *Ter. Ego'ne si uiuam adeò depexum, adeò exornatum reddam, ut dum uiuat, meminerit mei. augent sæpius de, & ex, in compositione, nunc contrarium utraq; significat: & Non. pro fœdare exponit.* **Aciem**. *Sall. 48. Quietus uti res postulabat, aciem exornat. nunc est pro instruere.*

Expectare. *Propria huiusce uerbi significatio in mora est: tamen etiam significat obseruare, & sperare.* **Aliq**. *Att. 35.. Si homines transitum tempestatis expectare potuissent: id est, si differre transitum ad placidam nauigationem potuissent.* **Cursum**. *Att. 71. Sed cursum expectabamus.* **Diem** *ex die. Att. 117. Quòd diem ex die expectabam, ut statuerem.* **Aliq**. *Terentius 125. Ita expectarem, ut par fuit.* **Aliquem** *ex re aliqua. Att. 2.. Nos hinc te ad mensem Ianuarium*

expectamus ex quodam rumore, aut ex literis tuis ad alios missis. **Ad aliquod** *tempus. uide suprà. Ita* **Quoad**. *Terentius 125. Quid? senem quoad expectatis uestrum: id est, quando? ad quem diem? Ita cum* **Dum**, *quæ particula, ut longè plura in particulis reseruem, maximè cum uerbis moram significantibus congruit. Attico 1. De Ausidio, & Pelicano non puto te expectare, dum scribam.* **Quid** *quis uelit. Terentius 1. Expecto quid uelis: id est, obseruo, ut Nonius exponit.* **Omnia** *ab aliquo. in familiaribus 40.. Omnia uolo à me, & postules, & expectes: id est, speres.* **Parentem**, *seu parentis mortem, utroque enim modo dicitur, est cum filij parentum mortem exoptant, quorum ipsa mors illis bono futura sit. Terentius 78..* **Et tu** *illum tuum si esses homo, sineres nunc facere, dum per ætatem licet, potius quàm ubi expectatum eiecisset foras. Item 96.. Illum ut uiuat, exoptant: meam autem mortem exoptant scilicet.*

Expedire. *Vt impedire, est aliquid (si licet sequi uerbi etymologiam) in pedes ire: ita expedire, est extra pedes ire, quod impedimento erat: uerùm ad multarum rerum expeditionem transferri in exemplis uidebis. dicimus autem & re, & ex re aliquid expedire.* **Cura sese**. *Terent. 141. Cura sese expediuit. Ita* **Molestia**. *Att. 59.. Aut expedies nos omni molestia.* **Ex crimine**. *Terent. 118.. Te'que hoc crimine expedi.* **Verbo aliquem**. *Terent. 126.. Atque id (si potes) uerbo expedi. ita paucis, ita breui: sed hi ablatiui, ut uides, à superioribus diuersi sunt.* **Ex re aliqua**. *Plautus 50. Expediui ex seruitute filium.* **Aditum**. *Cæs. 102.. Aggere & cratibus aditus expediunt: id est, uiam muniunt.* **Iras**. *Terentius 107.. Rem cognosces, iras expedies, rursum in gratiam restitues: id est, sedabis.* **Animum suum**. *Terentius 107. Vix me illinc abstraxi,*

atq;

atque impeditum in ea expediui animum meum. **Salutem.** 3. uol. or. 103. Vt si uita nostra in aliquas insidias, si in uim, in tela, aut latronum, aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis. **Aliquid** dilucidè. Ter. 130. Dilucidè expediui quod me oportuit iudicibus: id est, ostendi, demonstraui, declaraui. S. C. Att. 70. Sed non dubito quin S. C. expeditum sit: id est, absolutum, & confectum. **Nomina.** Att. 255. Nomina mea per deos expedi, exolue, bella reliqui. **Pecuniam.** in famil. 179. Pecunia expeditissima quæ erat, tibi decreta est: id est, quæ ferè erat in manu. **Arma.** Cæs. 82. Cæsar celeriter sarcinas conferri, arma expediri iussit. nunc est parari. **Classem.** Cæs. 202. Quod ubi Cæsari nuntiatum est, classem iubet expediri, atque instrui. **Virgas.** 1. uolum. orat. Hominem proripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, & uirgas expediri iubet: id est, proferre. **Nodum.** Att. 81. Dum hic nodus expediatur. **Expedire** uerò aliquid alicui, aliud est à superiori: significat enim utile esse. Terent. 59. Nam expedit bonas esse nobis.

Expellere aliquid. Cæs. 61. Tum fumus incendiorum procul uidebatur, quæ res omnem dubitationem aduentus legionum expulit. **Memoriam.** Cæs. 130. Quos ab urbe discedens Pompeium erat adhortatus, ne noua Cæsaris officia ueterum suorum beneficiorum in eos memoriam expellerent: id est, ex animo delerent.

Expendere, est ponderare. Plaut. 23. At pol ego, qui te expendi, scio: id est, humeris sustinui. aliquando quasi contrà pendere. Pl. 106. Hunc hominem decet auro expendi, huic decet statuam statui ex auro: id est, ei expendi tantum auri, quantum est eius corporis pondus. aliquando habet diligentem considerationem. 1. uol. or. 40. Nam quæ iste in Apollonio fecit, ea primum breuiter cognoscite quot & quanta sunt: deinde hæc expendite, atque æstimate pecunia.

Exper

Expergefacere aliquid. in orat. lib. 34.. Hic Italiam tumultus expergefecit terrore subito: id est, quasi dormientẽ excitauit.

Experiri. Cum ijs omnibus, quæ sunt in periculo faciendo apte congruit uerbi significatio, idq; tam de malo, quàm de bono: quoniam uero iudicia maxime res decidunt, ideo sæpius modo in uoce iudicij, modo absq;, idem tamen significans, reperies, ut Ascon. 10. Cum enumeraret, quæ pater Scaurus expertus esset: id est, quæ subijsset Scaurus pater: sine iudicij uoce. 1. uolum. orat. 12.. Mihi autem ad uincendum satis est, fuisse procuratorem, qui cum experiri posset. Terent. 84.. Postremo quando ego conscia mihi sum, à me culpam esse hanc procul, neq; pretium, neq; rem ullam interceßisse, illam, aut me indignam Geta experiar. Item. 87.. Quapropter nitar, faciam, experiar. utrobiq; uidetur qui loquitur iudicium minitari. **Iracundiam** alic. Att. 35.. Nam iracundiam, atq; intemperantiam illorum sumus experti. **Vim** ali. 2. uolum. philosoph. 92. Iterum esse idem iußum & monitum ne uim suam experiri uellet. **Opes** suas. 1. uolum. orat. 2. Næuij studio & cupiditati morem gerunt, & in eiusmodi rebus opes suas experiuntur: id est, periculum faciunt quantum ualeant potentia, & opibus. **Fidem** ali. Plaut. 49. Huius ego experiar fidem, fretus ingenio eius, quod me esse scit erga se beneuolum. **De se.** 3. uolum. orat. 240.. Ad eum ire te legatum quis non miraretur? de me experior: id est, conijcio de me.

Expetere. Proprie est cupere, desiderare, & expetuntur honesta, planéq; bona, contra tamen nonnunquàm, ut in exemplis. Ter. 106. Abs te hæc bona expeto. Item. 59. Minimeq; ita me Dij ament, miror, si te sibi quisq; expetit. **Vitam.** Ter. 126.. Quòd si eò meæ fortunæ redeunt, Phanium abs te ut distrahar, nulla est mihi uita expetenda. Ita **Amicitiam.** Ter. 131. Egon' tuam expetam amicitiam? Spem, Salutem, Auxilium, Consilium. Ter. 8. O salue Pamphile, ad te uenio, spem, salutẽ,

auxilium, consilium expetens. Pœnas ab aliquo. 3. uol. orat. 82.. A' me quidem etiam pœnas expetisti. Multa iniqua. Pl. 3.. Ergo in seruitute multa expetunt iniqua. nunc est pro accidere, ut ait No. Vitam ali. 3. uolu. orat. 149.. Non expetere uitam, non capitis arcessere.

Expiare, est aliquid admissum aliquo modo purgare. Religionem. 1. uol. orat. 177. Sed & religiones deorum immortalium expiandæ. Item. 3. uol. orat. 115.. Cuius supplicio Senatus, religiones expiandas sæpe censuit, quas contaminarat Clodius. Sanguinem sanguine. Sall. 89.. Neq; barbaro ritu cæde cædem, & sanguine sanguinem expiandum. Cædem cæde. uide suprà. Egestatem. 3. uolum. orat. 260. Quid tandem huius censetis urbis? quam ille ad expiandas egestates latrocinij sui cõcupiuit: quasi egestas Antonij scelus fuerit. Scelera in aliquo. 3. uolum. orat. 98. Tua scelera dij immortales in nostros milites expiauerunt.

Expirare. Dictum est, uel à spiritu effuso, uel respiraminibus, inquit No. Animam. Cæ. 246. Qui dum anima nondũ expirata concidisset, impetu facto in cubiculum &c.

Expiscari. 3. uol. orat. Nihil expiscatus est. Ter. 130. Proinde expiscare, quasi non nosses.

Explanare aliquid. Ter. 130.. Quem animum tuum ais fuisse, istum explana mihi: id est, dic, narra.

Explere. Inter hoc uerbum explere, & satiare hanc differentiã facit No. Mar. ut sit expleri aliquid plenum reddi: satiari, supra modum & abundantiam: alterum tamen pro altero sæpius poni uideo. Voluptatem suam. Teren. 102. Nam nemo illorum quisquam scito ad te uenit, quin ita paret sese abs te, ut blanditijs suis quàm minimo pretio suam uoluptatem expleat.

Expectationem. in orat. lib. 102. Ea si paulo latius dixeris, expleris omnem expectationem diuturni desiderij nostri. Sententias. in orat. lib. 219. Nihilo tamen aptius explet: concluditq;

ditq; sententias. Aliq. scribendo. in fam. 18. Non enim uereor ne non scribendo te expleam. Animum gaudio. Terent. 8.. Vt metum, in quo nunc est, adimam, atq; expleam animum gaudio. Item. 4.. Dum tempus ad eam rem tulit, sui animum ut expleret suum. Item. 118. Legiones numero. Sallust. 23. Ac breui spatio legiones numero hominum explerat: id est, compleuerat, confecerat. Muneribus aliq. Sall. 31. Quis præcipit uti primum ueteres amicos magnis muneribus expleant. Diuitijs aliq. Sallust. 19.. Neque prius finis iugulandi fuit, quàm Sylla omnes suos diuitijs expleuit. Famem. 2. uolum. orat. 225.. Neq; porrò illa manus, copiæq; Catilinæ cementis ac tegulis meorum tectorum se famem suam expleturas putauerunt: id est, saturare. ut sitim. Locum. Cæ. 133. Ac tantum in latitudinem patebat, ut tres instructæ cohortes eum locum explerent: id est, occuparent, implerent. Muri altitudinem. Cæ. 83.. Sic deinceps omne opus contexitur, dum iusta muri altitudo expleatur: id est, iusta murus altitudine ducatur. Libidinem. 3. uol. orat. 47.. Cũ hac si quis adolescens forte fuerit, utrũ hic tibi L. Herenni adulter, an amator? expugnare pudicitiam, an explere libidinem uoluisse uideatur? id est, satiare. Sitim. de off. 82. Quas quidẽ sic auide arripui, quasi diuturnã sitim explere cupiens, ut famem. Inimicitias. ad Her. 34.. Nullius mœror, & calamitas istius explere inimicitias, & nefariam saturare crudelitatem potuit. Item. 40.. Rimas. in orat. lib. 220. Neq; inferciens uerba, quasi rimas expleat. Ne hiet oratio prouidere debet orator, nõ tamen in rimis orationis explendis uerba ea interponi debent, quæ tantum rimas explere uideantur, id quod dixit infercire.

Explicare. Proprie de ijs rebus, quæ plicis inuolutæ sunt, dictum est, sed perapte ad quicquid obscurum, ac difficile est, transfertur. Vestem. in orat. lib. 98. Tanquam in aliquam locupletem ac refertam domum uenerim non explicata ueste, neq;

Universidad de Deusto Biblioteca

proposito argento, neq; tabulis, neq; signis propalam collocatis. **Volumen.** 1.uol.orat.35. Audiet, ueniat modo, explicet suum uolumen illud, quod ei planum facere possum Erutium cõscripsisse. **Mandatum.** Att.212. Mea mandata (ut scribis) explica: id est, expedi, exequere. **Nomen.** Att.214.. Si Faberius nomen illud explicat: id est, si dissoluit quod debet: debebat enim Faberius, quod ipse Cicero paulò infra etiam dicit: si Faberium explicas, emamus uel magno. **Solutionem.** At.247. Tamen nisi explicata solutione non sum discessurus. **Negocium.** Att.71. Sed antequàm proficiscare utiq; explicatum sit illud. Item.74. Nostra autem negocia (quoniam Romæ commoraris) amabo te, explica, cui rei fugerat me rescribere. Itẽ in fa.114. Nunc est absoluere. **Rem.** Att.37. Illud tibi persuadeas uelim, omnia mihi fore explicata, si te uidero: id est, expedita, plana. **Rem frumentariam.** Cæ.105.. Legiones quartamdecimam & sextã ex hybernis ab Arare educit, quas ibi collocatas explicandæ rei frumentariæ causa superiore cõmentario demonstratum est: id est, ut per eas faciliorem haberent rem frumentariã. **Causam.** 1.uol.or.24. Totam causam Iud. explicemus, atq; ante oculos expositam consideremus. **Vitam** ali.1.uol.or.59. In mentem tibi non uenit, quid negocij sit causam publicam sustinere, uitam alterius totam explicare. **Aliquid.** Att.30.. Illud tamen explicare non possum, quidnam inueniri possit nullo recusante ad facultatem Agrariam: id est, elicere non possum. **Rationem.** de off.4. Quiq; etiã acutissime & celerrime potest & uidere & explicare rationem, is prudentissimus & sapientissimus haberi solet. **Philosophiam.** Att.219.. Quòd me hortaris, ut eos dies consumam in philosophia explicanda: id est, in scribendo aliquid planius de philosophia. **Monimentum.** Att.66.. Monimentũ illud quod tu tollere laudibus solebas, ut eos laxaremus, & usque ad atrium libertatis explicarenus, contempsimus sexagies HS. &c. est amplius aliquid reddere

reddere. **Vrbem.** 2.uolum. orat. 85.. Præsua Capua planissimo in loco explicata, ac præ illis semitis irridebunt: id est, disposita, descripta.

Explodere, est cum plausu aliquid eijcere, quod in fabulis maxime fiebat: & explodi, siue eijci dicebatur fabula, cum nõ placebat: cum uero placuisset, stare dicebatur. ut in orat.lib.108. At Esopum si paulum irraucuerit, explodi. **Sententiam.** 1.uol.phil.129.. Iam explosæ, eiectæq; sententiæ. Item de off.2.

Explorare, est diligenter inquirere: quoniam uero quæ diligẽter nobis obseruata sunt, certa & plana esse solent, ideo fit, ut exploratũ pro certo passim ponatur. **Africam.** 2.uo.or.10.. Qui Siciliam adijt, Africam explorauit. Item Sall.63.. Sed Mauris impigere, prudenterq; suorum & hostium pariter attendere, cognoscere, quid boni utrisq;, aut contra esset: explorare itinera regum, consilia & insidias eorum anteuenire. **Victoriam.** Cæ.92. Cum sine duce, & sine equitatu deprehensis hostibus exploratam uictoriam dimisisset, ne paruum modo detrimentum in contentione propter iniquitatem loci acciperet. Ter.38. Ego limis aspecto sic per flabellum clanculum, & simul alia circumspecto satis ne explorata sint: id est, tuta. Ita in habere exploratum.

Expoliare aliquem re aliqua. **Selectione** aliq.1.uol.ph.73.. Vt eam rerum selectione expoliarent.

Exponere. Nullum me Hercule uerbum est, quod tam apte ad diuersa transferatur, quàm hoc uerbum exponere. nam quoquo hoc torqueas, ita proprie te sequitur, ut nusquàm transferri, sed semper in sua proprietate permanere uideatur: ut, quemadmodum multa soleo Proteos appellare, hoc cameleontem possim recte nominare. **Argentum.** 1.uolum.orat.207. Cum essent Triclinia strata, argentumq; expositũ. Item.214. Exornat ample magnificeq; triclinium, exponit ea, quibus abundabat, plurima ac pulcherrima uasa argentea. nunc est proponere ad uidendum

dendum ornatus causa. Causam. uide ante oculos. Item in fam.205. Ante oculos aliq.1.uolum.orat.24. Totam causam Iud.explicemus, atq; ante oculos expositam cõsideremus. Ita In oculis. 1. uolum. orat.59. In mentem tibi non uenit quid negocij sit,causam publicam sustinere? uitam alterius totam explicare?atque eam non modo in animis,sed etiam in oculis,conspectuq; omnium exponere? In conspectu.uide in oculis. In animis. uide in oculis. Consilium suum. 1.uolum.orat.153.Exponam uobis breuiter consilium,& professionis,& reuersionis meæ: id est, aperiam. Ex memoria aliquid. 2.uolum.orat.13.. Et quoniam nondum est scriptum Senatus Consultum, ex memoria uobis Quirites, quid Senatus censuerit exponam. huius contrarium est de scripto dicere. Mandatum. in fam.170. Tuaq; mihi mandata libentissime exposuit,& literas dedit. In terram aliq. Cæs. 129. Hic uenientem Vticam cum nauibus Tuberonem portu, atque oppido prohibet, neq; affectum ualetudine filium exponere in terram patitur,sed sublatis anchoris excedere eo loco cogit. 166.. Noctu militibus & sagittarijs in terram expositis præsidium equitum deiecit. Ita Ad locum aliq. Atti. 2. Signa,quæ nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita: nos ea non uidimus. Gnatum. Terent.64.. Is, qui cum exposita est gnata. Item Terent.64.. Minime, sed hic erat anus Corinthia haud impura,ei dedi exponendam. Vt si quid explices uidendum,aut mandatum,aut causam exponas, aut de naui efferas aliquid, aut liberos etiam in uijs abijcias, per hoc uerbum proprie dici uideas. No.uero etiam pro ostentare exempla boni Cic.testimonio poni,comprobat,qui ita ait.1.uol.phil. Frangere auaritiam, scelera ponere, uitam suam exponere ad imitandum iuuentuti.

Exporgere,est porrò agere,exporrigere. Frontem. Ter. 95. Mitte iam istæc, date hodie mihi, exporge frontem. nunc signum

signum est lætitiæ,contra uero est contrahere, quod tamen magis signum est admirationis.ut suo loco.

Expostulare. Vt diu quæras, bonorumq; omnium uolumina diligenter uerses, nunquàm uerbi huius usum, nisi cum apud eum,qui nos iniuria affecerit cõquerimur,inuenies: neq; enim unquam boni de ea iniuria,quàm à me accepissent,tecum expostularent.ut non parum uirer Laur. Vall.uerbi proprietatẽ nõ animaduertisse,præsertim cũ & Do.id admonuerit: in qua expositione illud etiam addit. Postulare uero esse de altero apud alterum. Ego fateor obseruasse postulare de aliquo,uerum de re sæpius,& rem semper esse ad Iudices,ut in postulare potest uideri.nam dicere Cæsar de tua iniuria mecum postulauit, fortasse recte,quia Don.ait:Ego magis per quæri illud idem dicerem.dicimus uero aliquid,& de aliqua re, cum aliquo, & alicui expostulare. Laurent. Vall.

Vt iniuriam. Ter.15.. Adeam'ne ad eum, ut cũ eo iniuriam hãc expostulem? Item in fa.28.Sed locus uidetur esse tecum expostulandi. De re.in fa.41. De qua alienũ tempus est mihi tecum expostulandi. Item.61. Qui nihil tecum de ijs ipsis rebus expostulem.Pl.154.Tum obstetrix expostulauit mihi,parum missum sibi.uides etiam mihi non mecum.

Exprimere, modo est aliquid premendo extrahere, modo habet rei planã ac certam significationẽ:à uini factoribus uerbum factum uideri potest, quod premendis scilicet uuis extrahitur. Aliquid ab aliquo.1.uolum.orat.177.. Et cum in ius ipsum eduxi,expressi,ut conficere tabulas se negaret. Pecuniam. 1.uolum. orat. 142.. Nullam pecuniam statuarum nomine nisi ui expressam.etiam ui additum est. Ita Att.19. Tu si tuis blanditijs tamen à Sicyonijs numulorum aliquid expresseris.3. uolum.orat.70. Quo ille postquàm nihil exprimere ab egentibus potuit. Verbum de uerbo.1.uolum.philosoph.9.Quod, ut dixi, uerbum de uerbo exprimentes, compressionem dicemus. Socratem.1.uolum. philosoph.145.Vt cum Socratem

expreſsiſſet, adiungeret Pythagoram. **Vitam** alic. 1. uolu. or. 48. In huius moribus natura, uitaq; eſt expreſſa. **Vim.** 1. uolu. ph. 41. Qui nõ uerba, ſed uim Græcorũ expreſſerunt poëtarũ. **Vultus** ali. in fam. 201. Vultus me hercle tuos mihi expreſsit omnes, nõ ſolũ animũ, ac uerba protulit. **Animos.** in or. lib. 20.. Vt omnium perſonarũ ſenſus, atq; animos uoce exprimamus. **Senſus** uide animos. **Liberalitatẽ** uultu. in fa. 205.. Id facie, ſi omne genus liberalitatis, qd' & ab humanitate et poteſtate tua proficiſci poterit non modo re, ſed etiã uerbis, uultu deniq; expreſſeris. **Turres.** Cæ. 83.. Quantũ has quotidianus ager expreſserat, cõmiſsis ſuarũ turriũ malis adæquabant. nunc eſt tollere, altius aliquid efficere: quaſi terra educere.

Exprobrare. In eo tantum uſus eſt uerbi, cum alicui beneficia à nobis in eum collata, quaſi eorũ immemori commemoramus. Ter. 2. Nam iſthæc commemoratio quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij. **Officia.** de off. 109.. Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium.

Expromere, eſt quod maxime reconditum ſit proferre. **Aliquid.** Pl. 107. Nequius nihil eſt q̃ egens cõſilij ſeruus, niſi habet pectus multipotẽs, ubicũq; uſus ſit, pectore expromat. **Memoriam.** Ter. 17. Myſis nunc opus eſt, tua mihi ad hãc rem expromptã memoria, atq; aſtutia. **Aſtutiam.** uide memoriã. **Odium.** Att. 29.. Deinde ſuum Memmij, Metelli, nepotis expromptſit odium. **Aliquid.** in or. lib. 167. Hic ego laudari igitur eloquentiam, & quanta uis ſit eius expromere.

Expuere. Expuere, inquit, Donatus, eſt pus extra mittere, ſuper illud. Ter. 32.. Quaſi ubi illam expuerit miſeriam.

Expugnare. Vt oppugnare, eſt ui omni anniti, ut uincamus, ita expugnare eſt pugãdo uincere, rectéq; ab oppidis ad quædam alia transfertur. **Legationem.** 1. uolum. orat. 85. O Dij immortales quanta iſte cupiditate, quibus allegationibus illam ſibi legationem expugnauit. **Pudicitiam.** 3. uolum. orat.

orat. 47.. Cum hac ſiquis adoleſcens forte fuerit, utrum hic tibi L. Herenni adulter, an amator? expugnare pudicitiam, an explere libidinem uoluiſſe uideatur.

Expungere aliquid. **Nomen.** Plaut. 83. Nunc quod reliquum reſtat uolo perſoluere, ut expungatur nomẽ, nequid debeam: id eſt, deleri, tolli, abſtergi. A' ſpongia factum eſt uerbũ, qua literæ, & pictura deleri ſolent.

Expurgare aliquid. in orat. lib. 188. Quo magis expurgandus eſt ſermo. Se. Ter. Sine me expurgem. Sall. 11. Poſtremo diſſimulandi cauſa, & quaſi ſui expurgandi, & c.

Exputare aliquid. in famil. 159. Et ad cogitationem conſulatus bimeſtris ſummo cum terrore hominum, & inſulſa cum efflagitatione tranſtulerint, exputare non poſſum: id eſt, conijcere, iudicare, exprimere non poſſum.

Exquirere. Vt excogitare eſt cogitando aliquid inuenire, ita exquirere eſt quærendo aliquid inueſtigare. Vtrunq; uero rei diligentem habet inquiſitionem. **Supplicium.** de offic. 72. Neq; uero ignorabat ſe ad crudeliſsimum ſupplicium hoſtem, & ad exquiſita ſupplicia proficiſci. **Honores** alicui. 3. uolu. orat. 192. Iis ſenatus arbitratur ſingulares exquirendos honores. **Aliquid** ad rationem alicuius rei. 1. uol. orat. 202. Dicet aliquis, noli iſto modo agere cum Verre, noli facta ad antiquæ religionis rationem exquirere.

Exſcribere, eſt idem, quod deſcribere. 1. uol. ora. Quaſi exſcribendi poteſtatem non habent. Item adhibebantur exſcribendo uiri primarij. Itẽ in fa. 265.. Multum enim mihi eripitur operæ in exſcribendis hypomnematis.

Exſecare. Quaſi iure quodã ſuo uerbũ hoc illud ſibi ſumpſit, ut de uirilib. tantum dicatur. Cæſ. 216.. Nam neq; interfectis amiſſam uitam, neq; exectis uirilitatem reſtituere poſſe.

Exſiccare lagœnas. in fami. 266.. Planè te rogo, ſicut olim matrem noſtram facere memini, quæ lagœnas etiam inanes obſi-

gnabat,ne dicerentur aliquæ inanes fuisse, quæ fortim essent exsiccatæ.

Exsuscitare aliquid aliqua re. ad Herenn.20.Cum sermone animum eius retinet,ac exsuscitat clamore. **Memoriam**.ad Heren.22.. Si naturalem memoriam excitauerimus hac notatione. **Naturam**.ad Her.23.Docet ergo,se natura uulgari & usitata re non exsuscitari:nouitate uero,& insigni quodam negocio commoueri.

Extare,est quasi extra stare,si compositionem dissoluas,ut capita trabium in ædibus, quæ extra parietes se protendunt,sed ad ea transfertur maxime,quæ conseruata sunt, cum aut amitti potuissent,aut etiam pars eorum amissa sint,ut Catonis adhuc extat oratio, est cum cæteræ,scilicet Catonis orationes perierint,non autem nunc extat:id est,emanet. **Opus**. Att.25.Sed tamen,ut iubes curabo, ut huius peregrinationis tibi opus extet:id est,appareat.Item.26.

Extendere aliquid:uti **Aetatem**. Plau.104.Ibi suam ætatem extendebant,non in latebricosis locis:id est,quàm longa erat,ducebant.

Extentare aliquid.ut **Vires**.Pl.106.Quid istuc est, quænam istæc est pultatio,quæ te mala crux exagitat, qui ad istum modum alieno uires tuas extentes ostio?

Extenuare aliquid.ut **Errorem**.1.uolum.phil.217.. Qui si error stultis extenuetur die.Ita dolorem.202.Sensim enim,& pedetentim progrediens extenuatur dolor. Ita **Spem**.Attic.44.. Quod ad te scripseram me in Epiro futurum postea quàm extenuari spem nostram,& euanescere uidi &c.**Molestias**.1.uolum.phil.198. Quæ cogitatio una maxime molestias omnes extenuat, & diluit. **Sumptum**.2.uolum.phil.182.Extenuato igitur sumptu,tribus ricinijs, & uinculis purpuræ,&c.**Suspitionem**. ad Heren.8.Deinde unamquãq; suspitionem extenuabimus.

Extermi

Exterminare aliq.re,& de aliq.re.de offic.61. Eosq; exterminant. **Remp**.2.uol.orat.201.Itaq; neq; Repub.extermina tamihi locum in hac urbe esse duxi. Item.211. **Vrbem**.3. uol.orat.4..Exterminandum cũ illa urbe curauit. **Aliquem** aliquo loco.2.uol.phil.14..Athenienſium iussu urbe,atq; agro est exterminatus,libriq; eius in concione combusti. **De ciuitate**.3.uol.orat.65..Atq; utinam qui ubiq; sunt propugnatores huius imperij,possent in hanc ciuitatem uenire, & contra oppugnatores Reipub.de ciuitate exterminari. **Autoritatem**.3. uolum.orat.69.. Vt non ante attigerint, quàm hunc ordinem condemnarint, quàm autoritatem uestram è ciuitate exterminarint.

Extexere est detexere,contra enim significat ex,nunc in compositione,ut etiam in exornare interdum. **Aliquid**. Pl.101. Extexam ego illum pulchre.

Extillare,est guttatim aliq.fluere: extillant uero oculi alicui, & extillat lachrymis aliquis, non autem lachrymas,transitiue fortasse recte. **Aliquid**. Terent.145. Hisce ego dictis illam ita tibi incensam dabo,ut ne restinguas, lachrymis si extillaueris:id est,si totus in lachrymas eas.**Oculos** alicui.Plau.191.. Oculi ut extillent,facit.

Extinguere,ea proprie extingui solent,quæ incẽsa sunt,tum etiam,quæ aliquid luminis habent. uti in singulis exemplis demonstrabitur.**Ignem**.de off.92.Senum autem sicut sua sponte nulla adhibita ui cõsumptus ignis extinguitur. **Incendium**. in fa.56..Quibus nos olim adiutoribus illud incendiũ extinximus. **Lumen**.in fa.47..Sed tamen & Cæsar ipse ita de te iudicat,& omnes ciues sic existimãt,quasi lumen aliquod extinctis cæteris elucere sanctitatẽ,& prudentiã, & dignitatẽ tuã. **Amicitiam**.de off.110..Vt extinctæ potius amicitiæ,quàm oppressæ uideantur:quia ab amãdo,amor enim ardor est,unde etiam ardere aliquem. **Consuetudinem**.3.uol.orat.50..

Sinautem

Si autem iam suberat simultas, extincta erat consuetudo, dissidium extiterat. Ita **Familiaritatem**. de offic. 103. Non modo familiaritates extingui solere. **Animam**. Terent. 83.. Seni animam primum extinguerem ipsi, quia lumen præstat corpori, quandiu in eo habitat. Vel quia illi uis ignea est. **Bellum**. in famil. 159. uide reliq. belli. Quia armis omnia feruent, ideo & exardere bello. **Censuram**. 2. uol. ora. 257.. Sustulit duas leges Heliam & Fusiam maxime Reipu. salutares, censuram extinxit, intercessionem remouit, quia est dignitas. **Crímen**. 1. uolum. orat. 258.. Non posse Verrem testes interficiendo crimina sua extinguere, quia ad famam pertinet crimen, fama autem nihil clarius, unde etiam sons, quòd eius fama sonet. **Dissensionem**. in famil. 179.. Neque bellum unquàm ciuile, aut etiam causam dissensionis probaui, quam etiam nascentem extingui summe studui: quia partem habet belli, affertq; incendium. **Formam**. Terent. 124.. Vt ni uis boni in ipsa inesset forma, hæc formam extinguerent: quia inde nascitur amor, qui exurit amantium corda. Vel quia per se splendorem habet pulchritudo. ad Heren. 32.. Dixit forme dignitatem extinguere. **Dignitatem**. in orat. 32.. Vide defloreſcere dignitatem: quia elucere honorem dicitur. **Furorem**. 3. uolu. orat. 208.. Vnum sentitis omnes, unum studetis M. Antonij conatus auertere à Repub. furorem extinguere, opprimere audaciam: quia ex ira nascitur furor, & ex furore incendium pugnæ. **Gratiam**. in famil. 2.. Gratiam autem nostram extinguit hominum suspitio: quia qui gratiosi sunt, quàm maxime in ea re noti sunt. **Hominem**. 3. uolum. orat. 54.. Nolite iud. aut hunc natura ipsa occidentem uelle maturius extingui uulnere uestro, & cetera. quia tota uita est calor, lumen. Ita **Puerum**. Terent. 118. **Infamiam**. 1. uolum. orat. 143. Cum eorum nominibus in statuarum inscriptione positis, omnem te sperabas inuidiam, atque infamiam tuam extinguere posse.

posse. **Inimicitias**. 3. uolum. orat. 73.. Quæ fuerunt inimicitiæ grauiores in ciuitate, quàm Lucullorũ, atq; Seruiliorum? quas in uiris fortissimis non solum extinxit Reipub. dignitas & ipsorum, sed etiam ad amicitiam, consuetudinem introduxit: quia exercent animum inimicitiæ, & omnia agitata calorem concipiunt, uel quia discordia est. ut bellum, simultas. **Ius**. 3. uolum. orat. 22.. Extingui ius necesse est: quia in eo quid rectum, quid honestum sit, elucet. **Memoriam** alic. re. 3. uol. orat. 115.. Qui ædem Nympharum incendit, ut memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam extingueret. quia nobis ad præterita quasi cæreum præfert. **Animum**, Mentem. de offic. 84. Nec uero corpori solum subueniendum est, sed etiam menti, atq; animo multo magis, nanq; hæc quoq; nisi tanquam lumini oleum instilles extinguuntur senectute: quia maxime hæc in homine lucent. **Nomen** Pop. Rom. 2. uolu. orat. 119.. Qui delere imperium, qui Pop. Rom. nomen extinguere: quia ad famam pertinet. **Odium**. Attic. 135. Et odia improborum rursus in nos, quæ iam extincta erant incendamus: quia inde inimicitiæ exoriuntur. **Scripta**. 1. uolum. orat. 143.. Vt si posset, quæ antea scripserat, ea planè extinguere: quia scripta rei lumen afferunt. **Religionem**. 1. uol. or. 85.. Fuit illa cupiditas tanta, quæ tantam extingueret religionem: quia animorum hominum de deorum opinione quasi testimonium præbet, uel quia in ea hominum animus feruet. **Rumorem**. Attic. 38. De regina rumor extinguetur: quia famæ est similis. **Salutem**. 3. uolum. orat. 102.. Nunquam existimaui spem ullam esse habituros Milonis inimicos ad eius nõ salutem modo extinguendam, sed etiam gloriam per tales uiros infringendam. ut uita, quæ ferè idem sunt. **Senatum**. de offic. 32.. Extincto enim senatu, deletisq; iudicijs, quid est quod dignum nobis aut in curia, aut in foro agere possimus: quia supre-

prema est dignitas. uide dignitatem. Reliquias belli. in fam. 159.. Si interest id quod homines arbitrantur Reipub. te ut instituisti, atq; feceris nauare operã, rebusq; maximis, quæ ad extinguendas reliquias belli pertinent, interesse, nihil uideris melius neq; honestius facere posse.

Extollere lumbos. Plaut. 99. Plaudite, ualete, lumbos extollite, atq; exurgite. ut facere solent, qui diutius sederint, cũ surgunt, manus distendunt, & totum corpus distorquent.

Extorquere, est ui aliquid ab aliquo auferre. 3. uolum. orat. 139. Suam citius abijciet humanitatem, quàm extorquebit tuam: id est, is potius inhumanus fiet, quàm abs te tuam auferat humanitatem. Veritatem. in orat. lib. 212. Cum mihi extorta ueritas esset. Errorem. de offic. 95. Neq; mihi hunc errorem, quo ego delector, dum uiuo, extorqueri uolo. Sententias. in orat. lib. 115.. Qui antequam sententias de manibus iudicum ui quadam extorsimus, &c.

Extrahere, & in longum aliquid extrahitur, & ex aliqua re. Rem. in famil. 4. Res ab aduersarijs nostris extracta est uarijs calumnijs: id est, in longum ducta est. Diem. Cæs. Catonem uero acerrime repugnantem ex pristina consuetudine dicendi mora dies extrahentem, ut &c. Se alicunde. Terent. 103. Quæ neq; unde uitem scio, neque quomodo me exinde extraham. Aquam, situlam, & simule quid, è puteo. Plautus 235.. Nimio minus altus puteus uisus est, quàm prius. Vt sine labore extraxi hanc præfestine satis. Vrbem ex periculo. 3. uolum. orat. 5. Vrbem senatus atque omnes boni, deprehensis, atq; oppressis domesticis hostibus, me duce ex periculis maximis extraxissent.

Extrudere aliq. aliquo & alicunde. Ter. 56.. Nec quicquam magis metuo, quàm ne denuo miser aliquo extrudar hinc. Item Ter. 104. Eo amantem inuitum Pamphilum extrudit pater.

Extruc

Extruere aliquid. in hoc uerbo, ex, eam rei absolutionem seruat, quam in exædifico. Vt in exemplis. Aggerem in altitudinem. Cæs. 145. Quibus comparatis rebus aggerem in altitudinem pedum octoginta extruit. Item turres. Cæ. 175.. Pompeius noctu magnis additis munitionibus, reliquis diebus turres extruxit in altitudinem pedum xv. Aedificium. 3. uolu. orat. 115.. Domino trans ripam inspectante non dubitauit ædificium extruere in alieno: id est, ædificationem etiam absoluere. Mensam. Plau. 191. Cereales cœnas dat, ita mensas extruit. de offi. 86. id est, instituit. Altitudinem. 1. uolum. phil. 141.. Age nunc Luci noster, extrue animo altitudinẽ, excellentiamq; uirtutum: id est, cum oculis intueri non possis, animo concipias uirtutum altitudinem.

Exturbare. Deturbare est deorsum cum uiolentia aliq. deijcere, exturbare est è loco eum in modum deijcere, disturbare dissipando, diruendoq; disijcere: & rem & ex re aliquid exturbamus. Tabernam. Asc. 14. Etiam si subeunda esset pœna, exturbari tabernam iussit. Re sua aliq. 1. uolum. orat. 17. Miserum est exturbari fortunis omnibus, miserius est iniuria.

E possessione aliq. 2. uo. or. 180.. Quem exturbare homines è possessionibus, cædẽ facere uicinorum, spoliare phana sociorum. Ex agris. 2. uol. ora. 82.. Sic enim dico, si campanus ager diuidatur, exturbari & expelli plebẽ ex agris. Oculos alic. Pl. 203. Non ego homo trioboli sum, nisi ego illi mastigiæ exturbo oculos, atq; dentes. Dentes. uide oculos.

Exuere aliquem aliqua re. Classe. Sallust. 83.. Mari exui classe pulcherrima. Imperio, Gloria, Iure. Sall. 75.. Pop. Ro. paulo ante gentium moderator, exutus imperio, gloria, iure.

Exulare Aliquem & absolute & aliquo loco, nusquam ego adhuc legi aliquem à Cæsare exulare. de offic. 121.. Vt si in opertum bonæ deæ accessisses, exulares. Domo. Terent. 38. Perij, nam domo exulo. Ita Patria. Sallust. 32. Hunc uero

exul

uero exul domo, patria.

Exulcerare, factum uidetur ab ulcere, ut sit exulcerare, exacerbare. transferturq; recte ad quædam similia. Animum. 3. uol. ora. 145. Vt in exulcerato animo facile fictum crimen insideret. Gratiam alic. in ora. lib. 178.. Vti ea non modo non exulcerare uestram gratiã, sed etiã conciliare uideatur Aliq. in fa. 2.. Vt in rebus multo antequã profectus es, ab ipso rege, & ab intimis, ac domesticis Pompeij clam exulceratis.

Exultare. In re aliq. 1. uol. ph. 189. At Cymbri, & Celtiberi in prælijs exultant.

Exurere aliquid ex aliqua re. Ex animo aliq. 2. uol. ph. 61. Mihi quidem ex animo exuri non potest esse deos: id est prorsus eximi.

Exurgere aliquid. in fa. 181.. Tamen autoritate uestra Respu. exurget: id est, merget ex his malis.

Exuperare aliquem re aliqua. ut Anima aliquem. 2. uolum. orat. 203. Quapropter memoriam uestri beneficij, beneuolentia sempiterna, nõ solum dum anima exuperabo mea, sed etiam cum mortuo monumenta uestri in me beneficij permanebunt: id est, dum uiuam.

F

FAbricare. Ego in hoc uerbo eam cum uocis, tum etiam significationis uarietatem animaduerto, quam adhuc in nullo alio attendi: ut & fabricare, & fabricari, in morem actiuorum: item fabricari more deponentis, boni autores arbitratu suo protulerint. ut Signa. de offic. 30. Vt enim pictores & ij, qui signa fabricant, &c. Item. 1. uol. ph. 5.. Propterea quod nihil esset clarius ἐνάργεια: id est, ut græci, perspicuitatem, aut euidentiam nos si placet nominemus, fabricemusq; si opus erit, uerba. Vbi etiam uides uerba fabricare. Sed iam ad passiuum. Mundum. 2. uolumi. phil. 398. Et globosus

globosus est fabricatus. longe à superiori pendet, & passiue positum esse nemo negabit. in deponenti uero tertia illa significatione idem Cic. 2. uolu. philos. 3.. Vt ea ipsa dij immortales ad usum hominum fabricati penè uideantur. Item. 1. uolu. philos. 9. Quanto quasi artificio natura fabricata esset primum animal omne &c.

Fabulare, aliq. alic. Pl. 184. Mortuo uerba fabulare nunc.

FACERE.

Ex ijs, quæ tria uerba esse dicebam in latino sermone maxime dominari, iam ad alterum uentum est, quod est facere, de quo quidem uerbo (quando in agere, quid hæc duo uerba inter se differrent dictum est) nihil est, quod aliud agam, quàm ut per eius latas regiones te statim ducam, atque uniuersum eius imperium tibi uel regionatim ex ordine commonstrem, id quod nunc exequar. ac ut in tanta exemplorum cõpia in quærendo laborem tibi non leuem adimam, literarum ordinem sequar, quem paulo etiam ante in uerbo esse seruaui.

Facere abortum, est partum edere mortuum. Don. super illud Ter. 110. Dicam abortum esse. inquit non est latinum aborsum est, sed abortum facit. Abscessum. Cels. 17. Sed tum in superioribus partibus fit abscessus. Accessionem. Cæ. 210. Magnas odij sui fecerat acceßiones. 1. uol. ph. 59. in fam. 149. Item 154.. Actionem. Ascon. 26. Quanquàm neque accusauerit, neque fecerit actionem. Ad exemplum aliq. Plaut. 155. Fit pol illud ad illud exemplum. 2. uol. phil. 197. Ad libidinem alicuius aliq. fieri. 1. uolum. orat. 88.. Homo factus ad istius libidines. Ad uoluntatem: ad nutum alicuius aliquid fieri. Cæs. 11. Si qua res non ad nutum, aut ad uoluntatem eius facta sit. Aditum ad aliquid. in orat. libr. 201.. Vestibula nimirum honesta, aditusq; ad causam faciet illustres. Admirabilitatem. de offic. 40.. Ergo & hæc animi despicientia admirabilitatem facit. Admissuram. de re rust. 46. Quandiu admissura fit.

ſura fit. Item. 48. Admiſſuram cum faciunt, eſt operam dare ſo-
boli, in brutis maxime. **Admirationem.** *1. uolu. orat. 257.*
Fit clamor, & admiratio populi. **Admurmurationem.**
1. uolum. orat. 74.. Factus eſt in eo ſtrepitus, & grata concionis
admurmuratio. **Adoptionem.** *2. uolum. orat. 220.. Nego*
iſtam adoptionem Pontificio iure factam. **Aduocationes**
aliquo. 1. uolu. orat. 102.. Quo ſæpenumero ſenatus conuoca-
tur, quo maximarum rerum frequentiſſime quotidie aduoca-
tiones fiunt. **Aequi** *boniq; Terent. 68. Cæterum equidem*
iſtuc Chreme æqui boniq; facio. ex uerbis Terentij dicendi figu-
ra illud ſignificare uidetur, quod uulgò dicunt, à buona fine.
uerum apud Plautum. 59. eſt quod æquum bonumq; ſit. nam
aliud uerbum adiunctum habent duo illa uerba. ſic enim inquit:
Neque quicquam queo æqui boniq; ab eo impetrare. **Aequi-**
tatem, *ſcilicet uerba hæc coniuncta ſignificant. Salluſt. 41. Fit*
reus magis ex æquo & bono, quàm ex iure gentium Bomilcar
comes eius, qui Romam fide publica uenerat. **Aegre** *alicui.*
Terent. 38.. Voluit facere contra huic ægre: id eſt, quod ei mo-
leſtum eſſet. **Aerarium** *aliq. Aſcon. 49. Qui plebeius in ce-*
ritum tabulas referretur, & ærarius fieret. Erat autem ærariũ
fieri, ut ex Aſconio eodem in loco, atque ex Gellio libr. 4. cap.
20. conijci poteſt, cum quis ob uitæ uitium cenſore, cuius hoc
munus proprium fuit, notabatur, qui poſtea cum mulctam diſ-
ſoluiſſet, aut aliquo modo ſe purgaſſet, tunc ex ærario eximi
dicebatur. **Aes alienum.** *Attico. 220. Ex quibus mihi etiam*
æs alienum faciundum puto. **Aeſtimationem.** *Cæſ. 144..*
Militibus æqua facta æſtimatione pecuniam pro his rebus ſol-
uit. **Alienationem.** *in orat. libr. 210. An quibus uerbis ſa-*
crorum alienatio fiat. **Alienum re aliqua.** *in fam. 91.. Fa-*
ciſq; nihil alienum neceſſitudine noſtra, iudicijſq; patris tui de
me ſummi uiri. **Alicui quid.** *1. uol. orat. 116.. Quid huic ho-*
mini facias? 256.. Quid Cleomeni fiet? Att. 101.. Quid enim tibi
faciam

faciam qui illos libros deuoraui ſti. Hucuſque per datiuum, iam
per ablatiuũ. Ter. 17. Quid me fiet? 220. Quid illo ſit factum.
54.. Quin enim incertum eſt quid ſe faciat. in famil. 233. Quid
puero miſero fiet? **Altercationes.** *Att. 61.. Abfuiſſe me in*
altercationibus, quas in ſenatu factas audio, fero non moleſte.
Anhelitum. *2. uol. phil. 132.. Vnde anhelitus ille terræ fie-*
ret, quo Pythia mente incitata oracula ederet. **Argenta-**
riam. *1. uol. orat. 287. Et Romæ Argentariam non ignobilem*
fecit. Item de off. 63.. Argentum. Ter. 135.. Venio ad homi-
nem, ut dicerem opus eſſe argento, & id quo pacto fieret:
id eſt, inueniretur. **Artem** *ludicram. Pla. 41. Continuo meum*
cor cœpit artem facere ludicram. **Aruſpicinam.** *in famil.*
91.. Cum qui hodie aruſpicinam facerent, in ſenatu Romæ le-
gerentur. **Audientiam.** *in or. lib. 41. Illi præco faciebat au-*
dientiam. 1. uolum. orat. 61. Quantam denique audientiam ora-
tioni meæ improbitas illius factura ſit. Item de offic. 81.. Au-
ctionem. *1. uol. orat. 3. Auctionem in Gallia P. hic Quintius*
Narbone ſe facturum eſſe proſcribit. Item. 202. Num auctio-
nem fecerit? Plaut. 144.. uulgò, uendere allo incanto. **Aucu-**
pium *auribus tranſtulit. Plaut. more ſuo peruenuſte. 158.. Vi-*
den' tu illam oculis mature facere, atque aucupiũ auribus? id eſt,
ſubauſcultare, auribus arrectis aſtare. **Auditum** *populum.*
Plaut. 19. Face iam nunc præco omnem auritum populum. **Au-**
torem *aliq. in orat. lib. 169.. Patres ante autores fieri coëge-*
rit. **Autoritatem.** *2. uolu. orat. 12. De quo homine uos id,*
quod maxime facit autoritatem, tanta, & tam præclara iudicia
fecistis. **Aliquid** *ex aliquo, ut carcerem ex templo. 3. uolum.*
orat. 198. Ex templo carcerem fieri. ita ex timido ſortem, ex ara-
tore oratorem.

B

Bellum *patriæ. Salluſt. 21.. Ignoſcite Cethegi adoleſcentiæ, niſi*
iterum iam patriæ bellum fecit. 3. uolumine orationum. 113..

Item.1.uolu.orat.238.Et *cum aliquo populo, & aduersus aliquem.* Beneficium. *Tiro Ci.lib.apud A. Gellium.111.. Nam beneficia promissa opperiri oportet: neque ante remunerari quàm facta sint.* Beneuolum *auditorem. in orat. lib.2. Beneuolos auditores facere quatuor modis possumus. non ita beneuolentiam dicerem.* Boni *æquiq;. uide æqui boniq; supra.* Boni *aliquid alicui. Ter.68. Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens.* Breue *aliquid. Att.175. Quid scribam? aut quid uelim? breue faciam.*

C

Capital. *Plaut.131. Nunquam ædepol fugiet, tametsi capital fecerit. arbitror esse, id aliquem committere, quod morte multandum sit.* Castra. *Cæsar.17. Et millibus passuum duobus ultra eum castra facit. Ita* Statiua *castra. 1.uolu.orat.241.. Statiua sibi castra faciebat. idem est cum castrametari. uulgò, por campo.* Causam. *in orat.libr.118.. Vt uerbum illud quod causam facit lucide, breuiter uterque diffiniat. est id in quo tota causa nititur.* Causa *alterius. Att.93. Bruti tui causa, ut sæpe ad te scripsi, feci omnia.* Cædem. *in ora.lib.172. Nam cum in sylua sua cædes facta esset. uulgò, far lhomicidio. Item. 2.uolu. orat. 162.. Qui uillicus cædem fecerat: id est, hominem interfecerat. Item.2.uolu.orat.312.. Cædemq; infinitam ciuium feciſſet.3.uolu.orat.103.. Item Cæſ. 89..* Certiorem *aliquem de aliqua re, & alicuius rei. Att.135.. Qui enim amisso Corfinio denique certiorem me sui consilij fecit: is queritur me Brundusium non uenisse.* Certum. *Plautus.133. Ergo istuc quæro certum qui me faciat. Item.195. Epistola atque imago me certum facit. de quo ait Laur. Vall. facio te certiorem, non certum, nam Virg. Anchisen facio certum, ideo dixit quia syllaba breuis inter longas non potest collocari in uersu, quæ & si honesta est ratio, Plautus tamen dixit in uersu. Eo magis asbitror bonos dicendi autores locutionem uitasse propter uetustatem. semel enim Virgil. boni*

gil. boni cæteri Plauto recentiores, præsertim oratores, quod uiderim, nusquam. Ciuem. *Rom.1.uolu.orat.112.. Hic est iudices nunc beneficio Q. Metelli ciuis Rom. factus. 208. Attico 265..* Circuitum. *in orat.lib.217. Dicendumq; quantos circuitus facere deceat.* Clamores. *in orat.lib.195.. Itaq; Hortensius utroque genere florens, clamores faciebat adolescens: id est, ita hominum animos commouebat dicendo, ut clamores tollerent. Item.1.uolum.orat.118. Fit maximus clamor omnium: id est, omnes clamant. Item Pl.109.. Vt ne clamorem hic facias, nec conuitium. Item.1. uol.orat.89.. Clamor interea fit tota domo inter seruos Rabirij, atque hospitis. Att.10.. Sic acriter & uehementer præliatus sum, ut clamor, concursusq; maxima cum mea laude fierent. Item.1.uolu.orat.257.* Coemptionem. *2.uol.orat.130. Putauit omnes mulieres quæ coemptionem facerent, Caias uocari. Item paulo supra.* Cognitorem *fieri pro aliq.1.uolum.orat.130. Inuenire neminem Siculum potuit, qui pro se cognitor fieret .item sæpius paulo infra. est autem aliquem affirmare se eum noscere eum esse, quem se ipse profitetur, cuius est dare cognitorem, ut in dare dictum est.* Colorem. *Cel. 100.. Idem corporis colorem bonum facit.* Collationem *rerum. Plaut. 157.. Vbi facta erit collatio nostrarum malitiarum.* Comitia. *1.uolu.oratio.69.. Comitijs consularibus factis.* Comparationem. *de officijs.12. Si contentio quædam & comparatio fiat.* Compendium *dictis. Plaut.57. Sed fieri dictis compendiũ uolo.* Compendium *pultandi. Plautus.188.. Quisquis es, compendium ego te facere pultandi uolo.* Compendium *errationis. Plautus.232. Si ad saxum, quod capescit, ea dorsum cadit, errationis fecerit compendium. uulgò, ascortera la uia.* Compendij *curam. Plautus. 203. Si sapias, curam hanc facere compendij potes.* Compendij *paululum. 1.uolumine orationum.53. Vt paulum compendij facias, paratum fore scito. nunc est paululum mo*

rari. Compendio *uerba multa. Plautus. 100.. Compendio uerba multa iam faciam tibi. ubique rei breuitatem significat.* Compotem *alicuius rei. Att. 46. Ego, si me aliquando uestri, & patriæ compotem fortuna fecerit, certe efficiam &c.* Item Plaut. 52.. Compositio *aliquid aliquos. Terent. 139. Compositio factum est. uulgò dacordo.* Compromissum. *1. uol. orat. 46.. De his ipsis* HS. LIIII. *De tuarum tabularum fide compromissum feceris, arbitrum sumpseris.* Computationem. *Ascon. 4.. Sed non subtilis computatio annorum facta est.* Commutationem *alicuius rei. Cæs. 126.. Aut falsis nuncijs commutatio fieret uoluntatis.* Ita Loci. Ita Dominorum. *Att. 198.* Concordiam. *uide conspirationem.* Cum *contumelia alic. Att. 93. Multa & dixit, & fecit cum quadam mea contumelia.* Concursus. *2. uolu. philosop. 119. Concursum esse factum: id est, plures in unum locum concurrere. in orat. libr. 192.* Coniecturam *de se. Plaut. 71. Ego hanc de me coniecturam domi facio. Item. 1. uol. orat. 101.. Verum ut ex uno, de cæteris coniecturam facere possitis.* Coniurationem *contra aliquem. 2. uol. orat. 105. Vt uos omnes factam esse aperte coniurationem contra remp. uideretis. Item Cæs. 145. &c.* Coniurationem *nobilitatis. Cæs. 1. Regni cupiditate inductus coniurationem nobilitatis fecit.* Conquisitores. *Plaut. 2. Vt conquisitores fierent histrionibus.* Consensionem. *1. uol. orat. 137. Quid igitur? nulli'ne motus in Sicilia seruorum Verre prætore? nullæ'ne consensiones factæ esse dicuntur? in malam nunc partem consensio est.* Consensu *alicuius aliquid fieri. Ascon. 38. Cicero* COS. *omnium consensu factus est.* Consilio *aliquid. 3. uol. ora. 142.. Quid si id consilio feciſſet? id est, de industria, uolens.* Conspirationem. *in famul. 192.. Vt hanc concordiam, & conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propense non crederēt esse factam. uide, conspirare.* Consurrectionem.

Att. 11.

Att. 11. Quæ consurrectio iudicum facta sit, ut me circumstetērint, &c. Contra *ali. aliquid. 1. uolum. orat. 1. Hæ contra nos ambæ faciunt. Cæs. 235. Contraq; regem facere non dubitant.* Contractionem *animi. 1. uol. phil. 224. Illud iam supra diximus, fieri contractionem animi recte nunquam posse, elationem posse.* Contentionem *cum aliquo. in famul. 12.. Quæ mihi uidebatur contentionem, præsertim maximis rebus à Cæsare gestis, cum illis uiris nolle fieri, & ne fieret uehemēter recusare. Item de offic. 6.* Contumeliam. *Ter. 111.. Ego scio me cauisse, ne ulla merito contumelia fieri à uobis posset. Item 144. Quin nouo modo ei faceres contumelias. Pl. 25.. Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur? Sed hæc dicendi figura Ciceronis ab usque ætate uetustate usurpari desita est. is enim Antonium reprehendit, quod ea usus sit: quis enim, inquit, sic loquitur?* Conuersionem *rei. 2. uol. philosop. 36. Cum solis, & lunæ, & quinque errantium ad eandem inter se comparationem confectis omnium spatijs est facta conuersio.* Conuitium *alicui. Attico. 9.. Hic tibi rostra Cato aduolat, conuitium Pisoni* COS. *mirificum facit. Plaut. 122.. Si & præsenti tibi facit conuitium. Item Terent. 80.* Copiam *alicui ad aliquid. Plaut. 155.. Atque uti huic amanti ad Philocomasium hanc efficiamus copiam, & aliquid faciendi. Terent. 511. Qui spectandi faciunt copiam.* Corruptelas. *Plaut. 209.. Quid illic hominum corruptelæ fiunt?* Crimen *sibi. 2. uolum. oratio. 153. Qui igitur probari potest, in ea pecunia non referenda, crimen sibi ipsum facere, in qua crimen esset nullum, si referretur.* Culpam. *ad Herenn. 10. Num culpam ueniendi necessitudo fecerit.* Cursus *incredibiles ad aliquid. 1. uolum. philosoph. 209. Incredibilisq; cursus ad omnem excellentiam factus est.* Curam *compendi. uide compendi curam. Plaut. 203.* Cum *aliquo aliquid. 1. uol. ora. 300. Nam uerba ipsa sponsionis facerent mecum. Item. 2. uolu. phil. 98. Si ratio mecum facit.*

Item.1.uol.orat.97.. Faciebant omnia cum pupilla.2.uol.orat. 174.id est, pro pupilla erant. Quid quod & unà facere dixit pro mecum. 2.uol.orat.174. Non respondit tamen unà facere Syllam: id est,secum sentire.

D

Damnum,est iacturam facere.in orat.lib.175.. Damnum enim illius immaturo interitu res Romanæ, Latinæq; literæ fecerunt. Item in fam.110..Damni nihil facis.in aliqua re. Item in famul. 161..Magnum damnum factum est in Seruio. Dapem.de re rust.16..Decisionem.1.uolu.orat.53. Dicat decisionem factam: id est, decisum esse. Decessionem. est detrahere aliquid.2.uol.phil.198.Neque ulla decessio fieri poterat,neq; decessio.& de re aliqua. Vt de summa. 3.uol.or.127.. Vtrũ accessionem decumæ,ut nostri facere coactores solent,centima, an decessionem de summa fecerit. Decretum de aliquo.3.uo lu.ora.109.Qui cum de me decretum Capuæ fecisset.Item Sal. 33.Decretum fit. Deditionem.Sallu.37. Deditionem facit. Cæs.28.31..Deductionem ex aliqua re. Est modo dispendium deductio inquit Asc.aliâs idem cum decessione facere.1.uo lu.orat.60. Tamen ne qua deductio fieret magna ex parte tua potestas erat.Deductionem aquarum,est deriuare aquam. 2.uolu.philos.101. Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanæ aquæ facta deductio est. Deductionem moribus.1.uol.or. 290. Ibi tum Cecinam postulasse, ut moribus deductio fieret. Item.291.Ius ac deductio moribus fieret. Deiectionem.1. uolu.oratio.296. Qui illam uim,deiectionemq; tuo rogatu,aut tuo nomine fecerit.Delitias aliq.Plaut.134.. Eia delitias facis mi Menechme. puto esse uoluptuose aliquem ludere. Dementem aliq.Plaut.201.. Quæ meum herum dementem facit. Detractionem rei. Attico.197.. Et maxime cuius loci detractionem fieri uelit. Detrimentum, est idem cum facere damnum.1.uolumine orationum.204. Respub. detrimentum fecit.

tum fecit. Deum aliquem. Ter.88.. Laudari te audit libenter,facio te apud illum deum. Deo alicui. ut Iunoni. 2.uolu. orat.145..Cui omnes coss.facere necesse est:id est,sacrificare. De compacto rem. Plaut. 187.. Aut de compacto faciunt consutis dolis. De alio alium. in orat. lib. 187. Qui se ipse adoptauerat,& de Staieno Aelium fecerat.De consilio alic.Ter.132..De eius consilio uelle sese facere, quod ad hanc rem attinet. De industria aliquid. Ter.18.. Paulum interesse censes,ex animo omnia,ut fert natura,facias, an de industria? De sententia alicuius aliquid.Att.71..Id ego ita fieri uolui de C. Duronij sententia. Plaut. 302. Feciſſe dicas de mea sententia. Diminutionem de re. in famul.50..De imperio præterea tanta dimunutio facta est.de offic.48.. Dissensionem. 2.uolu.orat. 69. Non potestatum dissimilitudo, sed animorum disiunctio dissensionem facit: id est,ut aliqui inter se dissentiant. Discessionem. in famil. 3.Contendere cœpit, ante se oportere discessionem facere. Item.4. Nemo est enim qui nesciat,quo minus discessio fieret, per aduersarios tuos esse factum.uulgo apud nos est ballotare, quod etiam multis alijs locis comprobatur.ut.3.uolu. oration. 206. Itaq; hæc sententia sic per triduum ualuit,quãquàm discessio facta non esset. Tantum enim proposita fuerat sententia. Item.3.uol. oration.262. In has sententias meas si coss. designati discessionem facere uoluissent. Item.1.uolumi.oration.233.. Et.S.C.per discessionem.3.uolumi.orat.188. Effugere festinans senatus consultum de supplicatione per discessionem fecit, cum id factum esset antea nunquam. Discessum. 1.uolumi.philosop.152. Sunt qui nullum censeant fieri discessum,sed unà animum & corpus occidere. Disiunctionem. de offic. 110.. Disiunctioq; facienda sit. Dissidium. de offic. 110.. Ne qui amicorum dissidia fiant. Diuiduum. Terent. 81.. Diuiduum face : id est,dimidium. Diuortium. in orat.lib.149. Hæc autem ut

ex Apennino fluminum, sic ex communi sapientium ludo sunt doctrinarum facta diuortia. Diuortium: id est, uxori repudium remittere. Att. 16.. Menelaus ægre id passus, diuortium fecit. Item in famil. 116. Paula Valeria soror Triarij diuortium sine causa, quo die uir ex prouincia uenturus erat, fecit. ut mulieris etiam sit facere diuortium. Dolorem alicui. Att. 175.. Sed augeo commemorando dolorem, & facio etiam tibi. Dubium aliquid alicui. 2. uol. philosop. 61.. Remq; mea sententia minime dubiam, argumentando dubiam facis. Ita Animũ dubium. 2. uol. oration. 9.

E

Ebrium aliquem. 3. uol. oration. 114. Emptionem. 1. uolu. orat. 288. Hac emptione facta, pecunia soluitur. Eruptionem. Cæs. 29.. Eruptione facta. 28. Omnibus copijs repente eruptionem fecerunt. Esse. 1. uol. orat. 137. Fac ita esse. 184. Fac enim fuisse. E' gemmis. 1. uol. orat. 215. Candelabrũ factum è gemmis. E' marmore aliquid. 1. uol. orat. 222. In eo Chryse est simulacrũ præclare factum è marmore. E' Regione aliquid fieri. 2. uolu. philosop. 112. Quando illa è regione solis facta incurrit in umbram terræ. E' Rep. Att. 273.. Facis ex tua dignitate, & è Repub. Ex animo. 2. uolu. phil. 59.. Siue ex animo id fit, siue simulate. Ex commodo aliquid. Sall. 59.. Quoniam is nouus hostis accesserat, ex commodo pugnam facere. Ex dignitate sua. Att. 273. Facis ex tua dignitate. Ex facili aliquid. Cel. 8. Qui uomere post cibum uolet, si ex facili facit, aquam tantum tepidam ante debet assumere. Ex ebore, ex auro. 1. uolu. oration. 200. Aut quicquam ex auro, aut ebore factum. Ex re sua. Plaut. 48. Hæc tu eodem si confiteri uis, ex tua re feceris. Item. 130.. Ex uoluntate. in familiar. 173.. Tu quæ istic opus erunt administrari, prospicies, ut ex tua uoluntate, Reiq; Pub. commodo fiant. Exceptionem. Ad Her. 4.. Quod in priuata actione prætoriæ

prætoriæ exceptiones fiunt. Excidionem rei alic. Plaut. 65.. Non ego nunc mediocri incedo iratus iracundia: sed eapse illa, qua excidionem facere condidici oppidis. Excursiones. Att. 17.. Et Heluetij sine dubio sunt in armis, excursionesq; in prouinciam faciunt. Item Cæs. 27. Exercitum. 3. uol. orat. 199. Paucis diebus exercitum fecit. Exemplum in aliquem. Ter. 46.. In quem exempla fient: id est, qui alijs exemplũ præbebit. Expectationem alic. rei. 1. uolumi. philosop. 3. Vt etiam maiorem expectationem mei faciam. Item Att. 46. Varronis sermo facit expectationem Cæsaris: id est, ut Cæsar expectetur, uel Cæsarem uenturum. Expostulationem. 2. uolu. orat. 52. Cum esset expostulatio facta.

F

Facinus. 1. uol. phil. 84.. Si enim ita est uide ne facinus facias, cum mori suadeas potius. Plaut. 35. Hei Megadore haud decorum facinus tuis factis facis. Fallaciam. Ter. 5.. Me infensus seruat, ne quam faciam in nuptijs fallaciam. Famem. Cel. 24. Farinam. de re rust. 18. Fœdus. 3. uol. oration. 196.. Fœdera interea facta. de offic. 74. Plaut. 6. Fidem. in orat. lib. 181. Credit ijs, quæ dicuntur, qui audit oratorem uera putat, assentitur, probat, fidem facit oratio: id est, oratione ad id credendũ, qui audit, impellitur. Item de offic. 39.. 3. uol. or. 114. Finem rei. Ter. 51.. Nisi finem maledictis facit. Item. 1. uolu. orat. 202. Difficile est enim finem facere precio. Flagitium. Pl. 139. Quàm istæc flagitia tua, pati, quæ tu facis. Item. 186.. Ter. 33. Ah flagitium facimus. Fletum. 1. uol. oration. 22. Vt urbe tota fletus, gemitusq; fieret. 226. 232.. Fundum populum. uide populum. Formam alicuius. in orat. lib. 197.. Nec uero ille artifex cum faceret Iouis formam, aut Mineruæ contemplabatur aliquem. Formidinem alicui, & apud aliquem. Sall. 48.. Ac primo obscura nocte, postquàm haud procul inter se erant, strepitu uelut hostes aduentare alteri

apud

apud alteros formidinem simul, & tumultum facere. Fraudem alicui rei. Plaut. 147.. Atque adeo ut ne legi fraudem faciam talariæ. Item Att. 61. Facio fraudem S. consulto: id est, contra legem. Et S. consultum facio. Frugem. Plaut. 210. Herus si tuus uolet facere frugem, meum herum perdet. Fucum alicui. Ter. 37.. Atque per alienas tegulas uenisse clanculum per impluuium fucum factum mulieri. 2. uol. phil. 210. Fucum, ut dicitur, facere uelle: id est, decipere, fallere. Fugam. Ter. 43. Vt tu illos procul ex occulto hinc cæderes, faceret fugam. Item. 2. uol. orat. 226.. Quas iste tum cædes, quas lapidationes, quas fugas fecerit. Item Plaut. 17. Vt si nostri fugam facerent, illuc me tutò reciperem. Item Cæs. 188.. Ab ijsdem acies Pompeiana à sinistra parte erat circũuenta, atq; initiũ fugæ factum. Item Att. 308. Exarsit dolor, urgere illi, ut loco nos mouerent, factus est à nostris impetus, fuga operarum, eiectus de rostris Clodius. ubiq; eorum est, qui fugiunt, non autem, qui in fugam alios conijciunt. Funus. Plaut. 27. Acerbum funus filiæ faciet. 136. Item in famil. 56. Funus ei satis amplum faciendum curaui. Furtum. Ter. 25.. Non qui furtum facere studuerit. 1. uol. orat. 49. Cuius rei furtum factum erat. Item Terent. 21. Plaut. 242. 2. uolu. oration. 56..

G

Gemitum. 1. uol. oration. 22. Vide fletum. 226. 228. 232. Gradum. in orat. lib. 131. Quin prodis mi Spuri, ut quotiescunq; gradum facias, toties &c. Nunc est prodire. 1. uolu. orat. 109.. Itaque maioribus in Africam ex hac prouincia gradus imperij factus est. nunc est uiam aperire. Gratulationem. Att. 54.. Mihi facta statim est gratulatio: id est, mihi gratulati sunt amici. 1. uol. orat. 70. Gratiam alicui de re. Pl. 128.. Dij te amẽt, de cœna facio gratiã. Item Pl. 129. Fac istã cunctã gratiã. Alicuius Rei. Pl. 198. Nõ audes quæso aliquã partem mihi gratiã facere hic argẽti? Gratiam delicti. Sall. 20. Qui mihi atque

atque animo meo nullius unquam delicti gratiã feciſſem. Itẽ. 71. Quoniam pœnitet, delicti gratiam facit. nunc est erratũ condonare. Gratiæ causa aliquid. in or. lib. 199.. Itaq; efficis, ut cum gratiæ causa nihil facias, omnia tamẽ sint grata, quæ facis. est in gratiã alic. aliq. facere. Gratis. 1. uol. or. 133. Gratis factus senator. Gratum. Att. 24.. Feciſti mihi pergratũ. Grauidã mulierem. Pl. 2.. Grauidã Alcumenã uxorẽ fecit suã. Itẽ. 18.. Ex cõcubitu grauidã feci filio: ita compressu suo. Grauitatem. Cel. 8. Niſi hæc mora grauitatẽ pectori faciet. Gregem. Sall. 17. Vt grege facto cum telis ad seſe irrumperent. est manum homunum cogere.

H

Hæredem aliq. in orat. lib. 99. Et quem ei uisum esset, feciſſet hæredẽ. Item. 3. uo. or. 168. Ex parte. ad Her. 12. Ex libella. Att. 100.. Hiſtrioniam. Pl. 2.. Iouem facere hiſtrioniã. est se in fabulis actitandis exercere. Hoſpitium alicui. 1. uo. 233.. Primum ut L. fratri hoſpitium publicũ fieret. Hoſtilia. Sal. 72. Quoniã hoſtilia faceret: id est, ea quæ ab hoſtibus cõmitti solẽt, faceret. Huius aliquid. Ter. 79. Tu quod te posterius purges, hanc iniuriam mihi nolle factam esse, huius non facio: id est, nihil curo: sed digiti, aut unguis, ad dentes crepitu, aut quid simili locutio adiuuanda est.

I

Iacturam eodem modo dicimus, quẽ admodũ facere dãnum. 23. Fuit tamen retinendi ordinis causa facienda iactura. Et de aliqua re. Sall. 91. De illis potiſsimũ iactura fit. & in aliqua re. in fa. 50.. In unius mulierculæ animula iactura facta est. Et alicuius rei. 1. uo. or. 82.. Patiatur eius uita reliqua me hãc tantã iacturã criminũ facere. Idoneum aliq. 1. uo. or. 133. Si is precio apud istũ fieret idoneus. Ignem. Pl. 55.. Quid iubeã? Er. ignẽ ingẽtẽ fieri. Sal. 71.. Ignesq; quàm creberrimos fieri. Imperata. Cæs. 19. Obsides dare, & imperata facere: hoc cũ sociorũ est, cũ aliquod

aliquod tributum impendunt, tum eorũ etiã, qui sese dedunt. ut hoc in loco. Impetum in aliquem. 3.uol.orat. 106.. Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetũ: est aliq. cum telis adoriri. Item de offic.5.. Infortunas ali. 1.uol.orat. 22. In reliquas omnes fortunas iste Titus Roscius nomine Chrysogoni, quemadmodum ipse dicit, impetum facit, nunc est in eius bona inuadere. Impressionem in hostes. Cæs.242. Cæsar equitum turmas suorũ iubet in hostiũ equitatum, qui ad oppidũ in statione erat, facere impressionem. Idem est facere impetum. Imprudentem se aliquid. 1.uol.or.129. Imprudentem aliquid se facere. 1.uol.orat.129. Se imprudentem fecisse, ut inscientem. Ita Imprudenter & inscienter. Inanem aliq. rei alicuius. Plaut.255. Atque inanem fecit ægritudinem. Incertum rei alicuius. Ter. 135. Quod quidem me factum consilij incertum facit. Indicium. Ter.90.. Id anus mihi indicium fecit. Item Plaut.124. Ne indicium hero facias meo. 41. Indicium de aliqua re. Plaut.35. Anus hercle hoc indicium fecit de auro. Ita eius rei. Inducias. Plaut. 6. Imo induciæ parumper fiant. Cæs.214.. Non tantum inducijs factis. Infamem. Ter.74.. Ea causa magis patiar Clitipho flagitijs tuis me infamem fieri. Item.1.uolu. oration. 204. Quo in oppido multas familias in perpetuum infames tuis stupris, flagitijsq; feci sti. Initium alicuius rei. ut prehensandi. Att.1. Nos autem initium prehensandi facere cogitaramus, eo ipso die. Belli. Cæs. 77. Omnibus pollicitationibus ac præmijs deposcunt, qui belli initium faciant. Cædis ab aliquo. Item.3.uolu.oration. 198. Cædis initium fecisset à me. Iniuriam alicui. Att.58.. Rursus stulte iniuriam illi faciam illustrem. Item.3.uolu. oration.81. Facio iniuriam fortissimo uiro mortuo. In aliquo, pro alicui. Plaut. 143. Neu sinas in me insignite fieri tantam iniuriam. Inscientem. Terent. 64.. Inscius feci; id est, cum nescirem me facere. Ita ut imprudentem

tem supra. Inscienter. 1.uolu.philosop. 5.. Inscienter facere dicebant: id est, imprudenter. Insidias alicui. 2.uolu.orat. 28. Scamandro factas insidias esse per Diogenem. 1.uol. or.67. Cum multæ mihi à C. Verre insidiæ terra, mariq; factæ sint. Inuestigationem. 1.uol.philosop. 126.. Qua ex cognitione facilior facta est inuestigatio rerum occultissimarum. de offic.19. Inuidiam alicui. Asc.14.. Qui competitoribus Milonis studebant, inuidiã Miloni fecerũt: id est, in inuidiã Milonem adduxerunt. M. Cato apud Gel.69.. Hac, inquit, inuidia facta, Cæsar destitit, & mitti Catonem iussit In sententiam alic. aliquid. in familiar.11. Nam hoc. S.C. in meam sententiam facto. Item.134.. Att. 312. In Afranij sententiam factum est. Intercapedinem scribendi. in familiar. 264. Itaq; me iam nõ pœnitebat intercapedinem scribendi fecisse. Intermissionem. de offic.5. A' qua tamen sæpe fit intermissio. Item.97. Nec ullo casu arbitror hoc constanti homini posse contingere, ut ulla intermissio fiat officij. Inuitationem. 1.uolu.orat. 89.. Fit sermo inter eos, & inuitatio, ut Græco more biberetur. Intimum se alic. & apud aliq. Plaut. 147. Itaque intimum ibi se mules apud lenam facit. Iratum aliquid alic. in orat. lib. 103.. Cum iratum aduersario iudicem facere uellet. Irritum aliquid. 3.uolumi. oration. 181. Testamentum irritum facit. Item. 1.uolumi. oration. 121.. Quas modo posset rescinderet, & irritas faceret. Irruptionem. 2.uolu. oration. 6.. Etiã si irruptio facta nulla sit. Iter. Att. 76. Iter Laodicea faciebam ad. 111. No. Sex. 2.uol. philosop. 92. Cum duo quidam Arcades familiares iter una facerent. Est iam esse in itinere, qui iter facit: non autem ut Laurent. Vall. ingredi tum iter. nam Ingredi iter, itineris ipsius initium significat, ut ex eo ipso loco, quem ipse ex senectute citat. Massinissam cum pedibus iter ingressus est, in equum non ascendere: id est, cum semel pedibus aliquo proficisci cœpisset, pedibus iter totum conficiebat

La. Val.

bat. Itinera iusta. Attico. 69. Deinde cogitabam sine ulla mora iusta itinera facere: id est, ad rationem diei, locorumq; progredi. Iter aliquò. in familiaribus. 61.. ⌒62. Iter pedibus. Att. 72. Actio maluimus iter facere pedibus. Iudicatum. est quod in re controuersa per iudices constitutum est, exequi. 2. uolu. orat. 156.. Cum iudicatum non faceret. Iudicio suo aliq. Att. 232.. Quibus ego, quãquàm ueriβime poβim respondere te, quæ facias, tuo iudicio, & tua sponte facere, nec cuiusquam egere consilio. Iudicium. 1. uolu. orat. 7.. Si ueretur ut res iudicio facto parata sit, iudicatum solui satis accipiat. Iudicia Romæ. 1. uolu. orat. 7. At & in prouincia ius dicebatur, & Romæ iudicia fiebant. ut idem sit, dicere ius, & fieri iudicia. niβi quod quoties de iudicijs, quæ in prouincijs fiebant, agit, magis usurpat ius dici. contra uero quæ Romæ, iudicia fieri ut dicat. Iudicium uirtutis alic. in orat. lib. 165. In quo iuratus iudicium dignitatis meæ fecerat. Facti alic. ex aliquo. in familiar. 7. ⌒ 7.. Totius facti tui iudicium non tam ex consilio, quàm ex euentu esse facturos. De aliquo. Cæsar. 14.. Quod de se optimum iudicium feciβet. Att. 11.. 2. uolu. oration. Iudicium tacitum. 64. Senatus decreuit, ut tacitum iudicium ante comitia fieret. Iudicium alicuius. Terent. 51. Vestrum iudicium fecit, me actorem dedit. Iure aliquid. Att. 56. Iusta alic. Plaut. 83.. Postquàm ille uxori iusta fecit. 2. uolu. oration. 164. Sall. 29.

L

Labem. 2. uol. phil. 96.. Vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terræq; deβederint. Labes nunc pro uiolenti quadam ui uel aquarum, uel tempestatis, uel terræmotuum, & cæterorum eiusmodi, quo summo incommodo mortales afficiuntur, poni nemo non uidet. Item de offic. 104. Videtis in tabella iam ante quanta sit facta labes: id est, quid perpeβi simus. Lamenta. Ex Asc. 44. Et lamenta faciebat miser. Lapidationes

dationes saxis. 2. uolu. orat. 215. Inde saxis facta lapidatio est. 226.. Quas iste tum cædes, quas lapidationes, quas fugas fecerit. Item. 1. uol. orat. 222. Lachrymas. M. Ca. apud A. Gellium. Sed quantum luctum, quantumq; gemitũ, quid lachrymarum, quantumq; fletuum factum audiri? Largitionem. 2. uol. phil. 201. Et quidem C. Gracchus cum largitiones maximas feciβet. Item. 2. uol. orat. 125. Etenim si largitionem factam esse confiterer, idq; recte factum esse defenderem, facerem improbe. & largiri, & largitionem facere profusam cum rei donationem, tum plerunq; donatorum corruptionem significare comperio. Latrocinium. Cæs. 71. Latrocinia nullam habent infamiam, quæ extra fines ciuiusq; ciuitatis fiunt. Laudationem. 1. uol. orat. 133. Atq; etiam hoc me doceat eiusmodi S. consulto sese feciβe laudationes. Lessum. Plaut. 281. Thetis quoq; lamentando lessum fecit filio. Lætitiam aliquid. 1. uol. phil. 54. Recta & honesta, quæ sint, ea facere ipsa per se lætitiam: id est, afferre. Licitationem. 1. uolum. orat. 135. Exquisitis palàm precijs, & licitationibus factis describebat cẽsores binos in singulas ciuitates Timarchides. Literas. Pl. 29.. Ne ulla sit cæra, ubi facere poβit literas. item literam longam. 33.. Literas. 1. uol. orat. 207.. Etenim hic propter magnitudinem, ut opinor, literæ factæ & scriptæ. Longius. 2. uolum. phil. 160.. Non faciam longius. 1. uolum. phil. 128. Nihil opus est exemplis hoc facere longius: Nunc est pluribus uerbis aliquid prosequi. Item in famil. 97.. Hæc tecum coram malueram, sed quia longius fiebat, uolui per literas. Nunc tantum temporis longinquitatẽ respicit. Lucrum. Asc. 24. Turpiaq;, & famosa ex eo lucra fierent. Ludos alicui. Plaut. 167.. Miris modis Dij ludos faciunt hominibus: id est, homines deludunt. Ludos aliquem. Plaut. 35. Quem senecta ætate ludos facias haud merito meo. Item. 112. Me hoc ætatis ludificari, immo ædepol sic ludos factum, &c. Ludos

operã.& retia.Pl.241.Iam nũc & operã ludos fecit,& retia. est frustra agere. Ludos. 2. uol.orat.133.. Quòd si ego,qui trinos ludos ædilis feceram,tamen Antonij ludis commouebar, tibi,qui casu nullos feceras,nihil huius istam ipsam quam irrides argenteam scænam aduersatam putas? Item.1.uolum. orat.72. In fam.104.Vbiq; pro edere ludos. Lustrum.de re rust.18. Lustriq; faciendi.Lutum.de re rust.4..Vnde lutum fiat.

M

Magistros.Attic.87..De possessionibus hæreditatum, de magistris faciundis,de possidendis bonis,uendendisq;,quæ ex edicto &c. Manubias.1.uolum.orat.107..Qui manubias sibi tantas ex L.Metelli manubijs fecerit. Manum.1. uolum. orat.291.Cum manum fecerit,copias parauit,multitudinem hominum coëgerit. Maritum nouum. Terent. 98.. Ego nouus maritus anno demum quinto, & sexagesimo fiam? atq; anum decrepitam ducam? &c.Maxumi aliquid. Plaut.68.. Fidem qui facitis maxumi. Mecum aliquid.1. uolum.orat. 300..Nam uerba ipsa sponsionis facerent mecum. Medicinam.1.uolu.orat.2.Medicinæ faciendæ locus non erit.Plaut. 131.Ita morbo.Plaut.82.Qui huic morbo medicinam facere potest:id est,mederi.Me ut sciam. Terent.25.. Fac me ut sciam. Me quid faciam.Terent.90.. Vt neq; quid me faciam,neq; quid agam certum siet.54..Incertum est,quid se faciat. Mel. Plaut.71. Sed quod est amarum,id mel faciet.Mentionem alicuius rei. Attic.63.. Non mentio potuit fieri cuiusquam,ab ijs,qui disputant.1.uolum.orat.60. in orat. lib.190.. De aliquo.Plau.35.Credo hercle ubi mentionem ego fecero de filia.Item in famul.134.. Mercaturam.1.uolum.orat.250. Alios,qui à prædonibus erant capti cum mercaturas facerent. Meretricem aliquam. Plaut.59.Odiosus es,eam uolo meretricem facere, ea me deperit. Messem. de re rust. 35.. Quarto interuallo inter solstitium,& caniculam pleriq; messem

sem faciunt.Cæs.224.. Meßem non esse factam.Plautus 239.. Iam hercle tibi meßis in ore fiet mergis pugnis probe. & idem est,quod alibi dixit facere sementem in ore. Metum alic.Sallust.75.. Habendus metus est,aut faciendus. Meum 1.uolumine orat.199. Quod meum factum sit. Milites.Cæ. 224..Quod stipendiarij aratores milites essent facti.Minoris aliq.1.uolum.orat.25.. Quid tandem tibi uidetur (ut ad fabulas ueniamus) senex ille Cæcilianus minoris facere Euticum filium rusticum, quàm illum alterum Chrestratum?Pla. 129. Mirationem alicui.2.uolum.phil. 118.. Causarum enim ignoratio in re noua mirationem facit. Missum aliquid.de offic.74.. Nisi iusiurandum sibi dedisset se patrem missum esse facturum:id est, dimissurum.Ita iram missam. Terent.119. Missam iram faciet.1.uolu. orat.31. 248.Missum aliquid ad aliq. Attic.130. Vt cohortes, quæ ex Piceno,& Camerino uenerunt, quæ fortunas suas reliquerunt, ad me missum facias:id est,ad me mittas. Missum facere amorem.Terent.110. Quem ego tum consilio missum feci. Modum alicuius rei.in famul.72.. Quæ non aliquando lugendi modum fecerit.Sallust.9. Neq; luxuriæ modum fecerat. Modice, & intra modum. in famul. 49. Modice hoc faciam,aut etiam intra modum. Modos. Terent.1. Modos fecit Flaccus Cla. fi. tibijs paribus dextris & sinistris.In fabulis tibicines adhibebantur, qui actori præsertim præcinerent, quam scilicet uocem sequi deberet in agendo, aut iratam, aut remissam, aut humilem, aut elatam: etsi Plautus etiam ad delectationem adhibitos esse testari uidetur significare:qui scilicet spectatores delectarent quandiu actores ab agendo cessarent, quod apud nos increbuit ut inter actus adhiberentur. Ita enim inquit. 188. Dum concenturio in corde syrophantias,tibicen uos interea hic delectauerit.More,& modo.2.uolum.orat.141. Ab eius autem amicis more, & modo

factum est. Motum animorum. in famil. 11. Magnus animorum motus est factus: id est, ualde commoti sunt eorum animi. Motum. 2. uolu. orat. 200. Nullus in eorum reditu motus municipiorum, & coloniarum factus est. in bonam partem. 1. uol. orat. 237.. Vide consensionem. Mundicias. de re rust. 1. Ex piscina immundicias efferi, mundicias fieri. Munitionem. Cæs. 3. Ob eas causas ei munitioni, quam fecerat, L. Labienum legatum præfecit. Mutationem rei. 3. uolum. orat. 8. Hac mutatione facta uestis. Ita Morum institutorum. de offic. 24. Mutuum cum aliquo. Tribus in locis apud Plau. est, quod recentiores dicunt, redamare. 59. Ea me deperit, ego autem cum illa facere nolo mutuum: id est, eam contra amare nolo. 162. Vt quæso amore perdita est misera. Py. Mutuum fit. 363.. Bene uult tibi. Le. ædepol mutuum mecum facit. Cicero dixit mutuò facere. in famil. 149. Te, ut diligas me, si mutuò me factum scis, rogo.

N

Naufragium. in famil. 259.. Qui cupide profecti sunt, multi naufragia fecerunt. Nauicularíam. 1. uolum. orat. 245. Nauicularia te, cum Romam uenisses esse facturum. Est nauicularium exercere. Nequam. Plaut. 201. Locum sibi uelle liberum præberier, ubi nequam faciat clàm, ne quis sit arbiter. Nomina. de offic. 63.. Emit instructos, nomina facit, negocium conficit. Attic. 205. Igitur consideremus, etsi nonuna iam facta sunt, uel induci, uel mutari possunt. Item in fa. 105. In quibus hoc erat tamen liberalissimum nomina se facturum cum uenisset, qua ego uellem die: fortasse illud erat, quod nostrates uulgò dicunt, far lo instrumento della cosa. Nomen alicui. Cæsari. Plaut. 110.. Ei profecto nomen facio ego ilio. 131. Iuuentus nomen facit peniculo mihi: id est, indere nomen alicui. Peniculum. Cæsarem. Notum aliquid alicui. 3. uolumine orat. 75.. Quas regiones quasq; gentes nullæ nobis antea

antea literæ, nulla uox, nulla fama, notas fecerat. Nouum aliquid. Plaut. 138. Et spinter, ut ad aurificem ferres, ut fieret nouum. Nouam columnam. 1. uolum. orat. 106. Vtrum, existimatis minus operis esse, unam columnam efficere ab integro nouam nullo lapide rediuiuo? an quatuor illas reponere? nemo dubitabit, quin multo maius sit nouam facere. Nuptias. Terent. 12.. Tu tamen idem has nuptias perge facere, ut facis. 97. Occidunt me quidem, dum nimis sanctas nuptias studeant facere. Plaut. 37.

O

Obnoxium sibi aliq. Sall. 5.. Dum illos obnoxios fidosq; sibi faceret: id est, sibi eos aliquo modo obligatos redderet. Obrem. Sallust. 38.. Verum id frustra, an ob rem faciam, in uestra manu situm est: id est, quod conducat, & melius sit. ut contra, abs te facere. Obsequelam. Plaut. 20.. Qui mihi ausultabunt, facient obsequelam. Obsidium alicui urbi. Plaut. 110.. Cuius causa nunc facio obsidium Ilio. Obsonium. Pl. 99.. Tu facito opulentum obsonium. Obuiam. 1. uolum. orat. 69. Sit obuiam casu ei multitudini C. Curio. Ocium sibi. Plaut. 158. Mihi dum fieret ocium. Occisionem. 1. uol. or. 293. Si cædes & occisio facta non erit: Oculo aliquid. Plaut. 162.. Quid oculo factum est tuo? Offensionem. in famil. 202.. Velim si qua offensiuncula facta est animi tui peruersitate aliquorum, (noui enim gentem illam) des te ad lenitatem, uel propter summam humanitatem tuam, uel etiam honoris mei causa: id est, si quid te offendit. Officium suum. Terent. 41. Neque pes, neque mens satis suum officium facit. Plau. 10.. Si hic suum officium facit. Officium. Attic. 139. Gratiasq; agerem, & si hoc officium sæpe, & sæpius mihi facturus uideor: id est, gratias acturus. Operam compendij. Plaut. 115.. Orationis operam compendi facito. 195.. Quisquis es adolescens operã fac compendi quærere. Opera

Universidad de Deusto Biblioteca

alicuius. Attic.55. Si qua ei esset facta uis, senatum æstimaturum eius opera facta esse, qui S.C. interceßisset: id est, causa. Opinionem. in orat. lib.186.. Cn. aut Lentulus multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat, quàm quanta in eo facultas erat: id est, ut de se homines existimarent. Optionem. 1. uolum. orat. 61.. Quoties ille tibi consequebatur potestatem optionemq; facturus sit, ut eligas utrum uelis, factum esse nec ne, uerum esse, an falsum, utrum dixeris, id contra te facturum, nequaquam enim mihi illa lectio, quæ in Aldino codice legitur probari potest, quare ita corrigendum arbitror, ut loco opinionem, optionem reponatur. Neque enim admodum dißimilis est uox, & sensui magis omnino conuenit. Opus. Cæs. 132. Post hos opus in occulto acies tertia faciebat. Terent.29. Opus faciam, ut defatiger, usque ingrate ut dormiam. 128. Opus ruri faciendum. Ordines. in fam. 164. Tot enim fecerat ordines equestris loci. de quatuordecim ordinibus ait, quibus equestri loco nati spectabant ludos. Ordine aliquid. Attic. 91. Hæc à me ordine facta puto. Orationem. in orat. lib. 213. Quanquàm orationis faciendæ, & ornandæ autores locupletißimi summi ipsi oratores esse debeant.

P

Pacem. Plaut. 6. Non loquar nisi pace facta. de offi. 74. Quod eorum autoritate pax erat facta. Pactionem. Attic. 125. An censes nihil inter eos conuenire? nullam pactionem fieri potuisse? Item. 1. uolum. orat. 49. Dic pactionem fecisse ut absolueretur. Item. 177. Cum Decumani aratoribus ad pactiones faciendas, non suam uim, sed tuum scelus, & nomen opponerent. Attic. 320.. Item. 1. uolum. orat. 200. Pactionem. de re cum aliquo. Sallust. 43. Item qui de pace, aut bello cum hostibus pactiones fecissent. Palam aliquid. Plaut. 39. Si id palàm fecisset, est quod ignotum sit, patefacere. item

re. item Atti. 100.. Fecit palam te ex Libella, me ex Teruntia Corcyre. Parce. in famil. 16.. Etenim id feci parce, & leuiter. Parce, & restricte. 1. uolum. phil. 73.. Nec tamen, cur id tam parce, tamq; restricte faciant, intelligo. Parem ex procliuio: id est, æquum, planum. Pla. 158.. Fecisti modo mihi ex procliuo, parem. Participem aliquem alicuius rei. in fa. 240.. Ciliciam autem firmiorem fore, si equitatus nostri particeps facta esset. Plau. 32. Quin participem pariter ego te, & tu me ut facias. in fa. 151. Feci continuo omnes participes meæ uoluptatis. Ita nuntij. Terent. 60. Partes. Attic. 197.. Is opinor, ita partes fecit in ripa nescio quinorum iugerum, & c. in orat. lib. 142. Vt & partes faceret, & utram uellet, prior ipse sumeret. Pausam. Plaut. 204.. Ego pausam feci. Item. 245. Aliquando osculando melius est uxor pausam facere. Peculatum. Plaut. 82. Perfidiosius est amor. Si. Ergo in me peculatum facit. Peculium ab aliqua re. Plaut. 126. Faciunt à malo peculium. Peculatum. 2. uo. or. 91. An de peculatu facto. Pecuniam. 2. uol. phil. 103. Ostenderetq; etiam philosophum si ei commodum esset, pecuniam facere posse. 1. uol. or. 135. Iam hic Timarchides quantam pecuniam fecerit, planè adhuc cognoscere non potuistis. Pecuniam. est nunc cudere numos, signare æs. Asc. 72.. Vt Cornelia testamentaria, quæ de moneta ne quis priuatim pecuniam faceret. Pecuniam ex aliqua re. 1. uolum. orat. 135.. Ex quibus pecuniam maximam fecit. Item. 1. uolumine orat. 112. Quibusnam rebus in ea prouincia maximam uno anno pecuniam facere posset. Pensilem se. Plautus 82. Periculum alicuius rei. 1. uolum. orat. 59. Sed tute tui periculum feciſti: id est, expertus es, quid posses. Ita In aliqua re. Terent. 13.. At istuc periculum in filia fieri, graue est. Item Terent. 35. Fac periculum in literis. Item. 55. Hoc scitum est periculum ex alijs facere. Periculum alicui. Sall. 11.. Neq; quo periculum alijs faceremus: id est, creare-

mus, in periculum adduceremus. Periculo alicuius. Att. 212. Sed etiam, atq; etiam dico, tuo periculo fiet. Permutationem alicuius rei cum aliquo. Attic. 75. Ego præterea rationem Philogeni, & permutationis eius, quam tecum fecit, edidi. Peruium aliquid. Est per illud uiam facere. Terent. 97. Fratris ædes fient peruiæ. Plaut. 38. Qui angulos omnes mearum ædium, & conclauium mihi peruium facitis. Pestilentiam. Cel. 6. In quibus etiam pestilentiam faciunt. Piacularem aliq. Plautus 90. Men' piacularem oportet fieri ob tuam stultitiam? id est, expiandus sum? Piaculo. de re rust. 17. Sed si intermiseris, aut feriæ publicæ, aut familiares intercesserint, altero piaculo facito. Pigritia aliquid. Attico 260. Noli putare pigritia facere me, quòd non mea manu scribam. Piraticam. ut histrionicam. 2. uolum. orat. 206. Profecto, & egestate, & improbitate coactus piraticam ipse fecisset: id est, latrocinia exercuisset. Plagam. in ora. lib. 219. Sic oratio nec plagam grauem facit, ni petitio fuerit apta. Planum aliquid. 1. uolum. orat. 108. Plus accepisse aliquem, quàm in suis tabulis habuit. 1. uolum. orat. 96. Et quod plus fecit Dolobella Verrem accepisse, quàm iste in suis tabulis habuit. Item. 96. Populi scitum, ut Plebis scitum. in orat. lib. 244. Cum esset lex ne quis populi scitum faceret. Populum fundum. 3. uolum. orat. 58. Sed negat ex fœderato populo quenquam potuisse, nisi is populus fundus factus esset, in hanc ciuitatem uenire. Mos fuit, cum quis ex fœderato populo Romanam ciuitatem peteret, ut eius petitionis populus suus autor fieret. quod dicebatur fundum populum fieri. Item. 59. Potestatem alicui alicuius rei. Plaut. 49. Gratiam habeo tibi, cum copiam istam mihi, & potestatem facis. 1. uolum. orat. 154. Item. 81. Præconium. in famul. 91. Rescripsit eos qui facerent præconium, uetari in decurionibus, qui fecissent non uetari: id est, quod alibi Cicer. dicit

uenalem

uenalem habere uocem. Prægnantem mulierem. ut grauidam. Pl. 34. Si eam senex anum prægnantem fecerit fortuito. Præiudicium. 2. uol. or. 30. Præsertim ab ijs iudicibus, qui duo præiudicia fecissent. Prælium. 3. uol. or. 146. Itaq; Pharsalico prælio facto à Pompeio discesit. Cæ. 4. Paruulis equestribus prælijs ad aquã factis. Prælium in manibus. Sall. 50. Cupere præliũ in manibus facere. Probrum. M. Cato apud A. Gellium. 146. Si cum alieno uiro probri quid facit, condemnatur. Propius aliquem. Att. 302. Propius nihil est factum, quàm ut occideretur. uulgò mancò niente. Profana omnia. 1. uol. or. 228. Cũ omnia illa sua uictoria profana fecisset. Profectionem. Cæ. 60. Veritus si ex hybernis fugæ similẽ profectionem fecisset, ut hostes &c. Processus. in orat. lib. 190. Tantos processus efficiebat. Procurationem. 2. uol. phil. 101. Vt sui plena procuratio fieret. Progressionẽ. de off. 55. Aliter enim teneri non potest, si qua ad uirtutem facta est progressio. 1. uol. ph. 209. Tum progressio admirabilis, incredibilisq; cursus ad omnem excellẽtiam factus est. Promissum. de off. 71. Etiam ne furioso facere promissum. Item. 71. Promissum potius non faciendum, quàm tam tetrum facinus admittendum fuit. Item. 71. Ergo & promissa non facienda nõnunquàm: id est, præstare quod promiseris. Pugnam. Sallust. 50. Iam egredientibus Romanis in porta pugnam facit. Item. 59. Pugnum. in orat. lib. 207. Nam cum compressisset digitos, pugnumq; fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse. Pro sano. Cæ. 49. Nihil hunc se absente pro sano facturum arbitratus, qui præsentis Imperium neglexisset. Prolixe aliq. Att. 262. Non prolixe, sed celeriter facias. nunc est in longum ducere. Prolixe. 2. uolum. orat. 163. Id non solum fecit, sed etiã prolixe, cumulateq; fecit. nunc significat abundanter facere. Item Prolixo animo. Att. 264. Tamen interest nostra Plancum hoc animo libenti, prolixoq; facere.

Q

Quamplurimum *alicui. Terent. 96.. Porrò autem dum ſtudeo, illis ut quamplurimum facerem, contriui in quærendo uitam, atq; ætatem meam: id eſt, maximas opes illis comparare dum ſtudeo.* Quæſtum *aliq. Terent. 64.. Per te, uel uti quæſtum faceret, de muliere nunc: id eſt, ut ſe proſtitueret. 3. uolum. orat. 8.. Quod ille, cum quaſi quæſtum faceret, amiſit. quo in loco uidetur Cicero eum notare meritricio crimine. 1. uolum. ora. 181.. Quantum igitur quæſtum putamus factum eſſe per eum, cui quiduis licitum ſit?* Quæſtum carcerarium *dixit Plautus. 46. Aegre eſt mihi hunc facere quæſtum carcerarium: captiuos enim emebat, quos cum ſuo item captiuo filio commutaret.* Quoadeius. *Att. 178. Tu tamen uelim, ne intermittas, quoadeius facere poteris, ſcribere ad me. 2. uolum. phil. 210.. Et quoadeius fieri poterit certis temporibus deſcendito. in famil. 63. Vt quoadeius fieri poſſit. Item. 31.*

R

Rapinas. *Cæſ. 235. Rapinasq; per municipia feciſti.* Ratum *aliquid. 2. uolum. philoſoph. 125. Vt ratum auſpicium facere poſſit.* Rebellionem. *Cæſ. 31.. Rebellio facta poſt deditionem. Item. 45. Rebellione facta &c. Rebellare proprium eſt ciuitatum, deficere uero omnium.* Redemptionem *rei. 1. uolum. orat. 69. Redemptio eſt huius iudicij facta grandi pecunia.* Reducem *aliqu. in lucem. Terent. 120.. Qui ab orco mortuum me reducem in lucem feceris. Ita* In patriam. *Terent. 59. Tu nunc ſola reducem me in patriam facis. Plautus. 53.. Ita* In libertatem. *Plaut. 56.. Tibiq; hunc reducem in libertatem feci.* Reiectionem iudicum. *Att. 11. Nam ut reiectio facta eſt, clamoribus maximis. 1. uolum. orat. 69.. Poſteaquàm reiectio iudicum facta eſt.* Reliquum rei. *3. uolum. orat. 132.. Vt quicquid belli fortuna reliquum*

Reipub. fecerit, id ſaluum eſſe uelis. Rem. *Cæ. 228.. Non auſus periculo ſuo rem facere. nunc eſt manum conſerere.* Rem. *Terent. 81. Nunquam rem facies, abi, neſcis ineſcare homines Sannio. nunc eſt diuitias comparare.* Rem deteriorem. *Att. 226..* Rem diuinam. *Plautus. 14. Vt re diuina facta mecum prandeat. Item de re ruſt. 18.* Res *item diuinas. 1. uolumine orat. 203.. Res illum diuinas apud eos deos in ſuo ſacrario prope quotidie facere uidiſti.* Remoram *alicui. Plautus. 259. Odioſæ ſunt, remoramq; faciunt rei priuatæ, & publicæ.* Reum. *Att. 64. Druſus reus eſt factus à Lucretio iudicibus reijciendis. Item. 103..* Reum ex æquo, & bono: *id eſt, ſecundum æquitatem. Salluſt. 41.. Fit reus magis, ex æquo & bono, quàm ex iure gentium Bomilcar comes eius, qui Romam fide publica uenerat.* Reum rei capitalis. *1. uolum. orat. 127.. Si quis abſentem Sthenium rei capitalis reum facere uellet.* Riſum. *in famil. 119. Poſt repulſam uero riſus facit, ciuem bonum ludit, & contra Cæſarem ſententias dicit: id eſt, riſus commouet.*

S

Sacra. *9. uolum. orationum. 66.. Tamen ſacra pro ciuibus ciuem facere uoluerunt.* Sacrificium. *Attic. 7.. Cum apud Cæſarem pro populo fieret ſacrificium. in orator. lib. 149.. Vt etiam illud ludorum epulare ſarificium facerent. ita publicum. in orator. lib. 169..* Salutationem. *in famil. 108.. Cum enim ſalutationi nos dedimus amicorum, quæ fit ex hoc etiam frequentius, quàm ſolebat, quòd &c. Cæſ. 244.. Atque armis dimiſſis ſalutationem more militari faciunt.* Sanum *aliqui. Plautus. 141.. Quin ea cauſa duco te, ut id dicas mihi, atque ut illum ſanum facias. 3. uolumine orationum. 179.. Quaſi te ſanum feciſſet, de ijs, nunc qui à mente aliquo modo alienati ſint. Item de corporis ualetudine. de officijs. 70.. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem,*

pepigeritq́, ne illo medicamento unquam postea uteretur, si eo medicamento sanus factus fuerit. Satietas alicui. Terent. 47. Vbi satietas cœpit fieri. nam in palatino satietas legitur, & quidem mea sententia rectius. Scelus. 3. uolum. orat. 107.. Non eo consule, quo sceleris nihil facere posset. 1. uolum. orat. 101.. Scelus se facturi arbitrabantur. Scriptum. L. Piso ex Au. Gell. 95.. Cn. Flauius patre Libertino natus scriptum faciebat. Item neq; sibi placere, qui scriptum faceret, eũ Aedilem fieri. uulgò scriuano. Secessionem. Cæ. 122. Non cum Pop. agi cœptum, nulla secessio facta. Item. 125. Qui erant Corfinij prima uesperi secessionem faciunt. Secunda. id est, iterum aliq. offendere. Plaut. 26. Iam nunc secunda mihi facis. Secundo populo aliquid. 1. uolum. philosoph. 175. Vt, uel si quis uniuersam uelit uituperare secundo id populo facere posit: id est, concedente populo. Secundum aliquem. Att. 264. Quòd ij secundum Buthrotios fecerunt: id est, pro Buthrotijs. Seditionem. in famil. 164.. Vtputa cum singulæ cohortes quandam seditionem fecerint. Att. 273. 2. uolum. philosoph. 91. Lien. Plaut. 166.. Seditionem fecit lien. transtulit more suo peruenuste, ut suprà. cor facere artem ludicram: pro uehementer timere: quasi à se lien deficere uideatur. Sedulo. Terent. 53. Pro se quisq; sedulò faciebat. Item. 16. At facio sedulo. in famil. 24.. Est ubiq; diligenter agere. Sementem. in orat. lib. 133. Vt sementem feceris, ita metes. de re rust. 7. Sementem proscriptionis. Att. 140.. In agro Sabino sementem fieri proscriptionis: id est, in agro Sabino constitui de proscriptione facienda. Sementem in ore ali. transtulit etiam Plautus. 143. Ego hisce iam sementem in ore faciam, pugnosq; obseram. uulgò burtargli i denti in bocca. Semitam. Plaut. 59. Dum ne per fundum septum facias semitam. Senatus consultum. Att. 19. in fam. 143. Se uersipellem. Plaut. 3. se Lellium. Att. 34.. Se uilem. Plaut. 61. Se de alio

alium

alium. in orat. lib. 187. Sermonem. Att. 108. Ne quis sermo fieret. uulgò dar da dire. Sermonem inter aliquos. 1. uolum. orat. 89.. Fit sermo inter eos, & inuitatio, ut more Græco biberetur. in fam. 130. Feci igitur sermonem inter nos habitum in Cumano, cum esset unà Pomponius. nunc est finxi, scripsi. Significationem. 2. uolum. philosoph. 96. Quid? Lacedæmonijs paulò ante Leutricam calamitatem, quæ significatio facta est? de offic. 26.. Magna significatio fit non adesse constantiam. Item. 102. Facta significatio probitatis. 2. uolum. phil. 134. Aut enim diuina uis quædam consulens nobis somniorum significationes facit. Silentium. Plaut. 1.. Ita huic facietis fabulæ silentium. Syngraphas. 3. uolum. orat. 123.. Factæq; sunt syngraphæ in Albano Cn. Pompeij. 1. uolum. orat. 95. Præterea pecunias occuparat apud populos, & syngraphas fecerat. uulgò far uno scritto de sua mane. Sitim, ut famem. Cel. 14. Vt etiam sitim faciat. Item. 17.. Socerum se alicui. Att. 95. Subito sum factus accusatoris eius socer. Societatem cum aliquo. 1. uolum. orat. 2. Qui societatem cum Sexto Næuio fecerit. Spatium. Vt sit spatium ambulatiuncula. in orat. lib. 87. Tum Scæuolam, duobus spatijs, tribus ue factis dixisse &c. uulgò fatto doe, o tre passeggiate. Speciem rei alicuius. 2. uolum. philosoph. 202. Speciem diuinæ animationis ex igne. Item. 201. Diuinæ animationis maxime speciem faciebat ex igne. Sponsalia. Att. 95.. Qui Romam uenerunt factis sponsalibus. Sponsionem. de offic. 67. Cum is sponsionem fecisset, ne bonus uir esset. 1. uolum. orat. 5. Iubet P. Quintium sponsionem cum Sex. facere, si bona sua &c. Itẽ 5. Item. 15.. Sponsio quæ in uerba facta est? Item. 47. Cum tertia parte sponsio facta est. Item. 99.. Aut pro præde litis uindiciarum cum satis accepisset, sponsionẽ faceret. Plau. 100.. Vt sponsio fieret, quid ille? prædem dedit. 1. uolum. orat. 264.. M. C. ex Au. Gell. 203. Vide agere ex sponso, si quæris quid sit

facere

facere sponsionem. Sponte sua. Att. 232.. Quæ facias, tuo iu dicio, & tua sponte facere. Statuam. de offic. 68. Omnibus uicis statuæ factæ sunt, ad eas thus, & cærei. Stipendium. Sallust. 87. Pars nullum stipendium faciet. Stipendiarium. Cæ. 12.. Heduos sibi, quoniam belli fortunam tentassent, & armis congressi, ac superati essent, stipendiarios esse factos. 1. uol. orat. 231. Stomachum alicui. in fam. 12. Vt mihi stomachum facerent. Att. 73.. Est bilem concire. Stercus aliq. de re rust. 91.. Secundum deinde quod homines faciunt, si & alijs uillæ purgamentis immiscetur. Stercorationem. de re rust. 92. Si tamen aliqua causa tempestiuam stercorationem facere prohibuerit. Strages. 3. uolum. orat. 189.. Quas fecit strages, ubi posuit uestigia? Struem. de re ru. 18. Itē cultro facit struem. Stuprum cum aliqua. 3. uolum. orat. 115.. Quem cum sorore Germana nefarium stuprum fecisse L. Lucullus iuratus se quæstionibus habitis dixit comperisse. Summam. in fami. 12. Summam feci cogitationum mearum omnium, quam tibi, si potero, breuiter exponam. 1. uolum. oratio. 135. In censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ, summæq; faciendæ censori permittitur. Item. 198.. Summam uobis faciam ex publicis literis, & testimonijs ciuitatis. de offic. 12.. Et addendo, deducendoq; uidere, quid reliqui summa fiat. Sumptum in aliq. Att. 76.. Quod nullus fit sumptus in nos. in famul. 201. De sumptu, quem te in rem militarem facere, & feciſſe dicis. 1. uolum. orat. 204.. Qui maiorem sumptum, quàm quanti Catonis lis æstimata est, in Timarchidis prandium sæpe fecerunt. Superbum. Pla. 6. At scin' quomodo? faciam ego hodie te superbū, nisi hinc abis. Suspitionem alicui. 2. uolum. orat. 162. Nūc facis suspitionem. in orator. lib. 32.. Vt utilius sit occultè feciſſe suspitionem. passiue ubiq; : id est, facere ut homines de re aliqua suspicentur. Susurrum. Plaut. 248. Palàm age, nolo murmurillum, neq; susurrum fieri. Suum aliquid usu. in orat. lib. 3.

Aut

Aut usu tuum feciſſe. Plautus. 6. Nam pugnis usu feciſti tuum, addidit Pl. pugnis. ita tu colendo suum usu fecit &c. beneficio, autoritate, magnam Italiæ partem. Cæ. 154.. 1. uol. orat. 17.

T

Tabulas nouas. Nouas tabulas fieri erat, cum debitores solutione ueterum nominum liberabantur: In quo Cicero iocatur in Dolobella: nam cum ei Dolobella iamdudum pecuniam debere t, neq; adhuc etiam eā diſſolueret, quærit Cic. ex Attico quid dicat, uel tinniat potius Dolobella de reddēda pecunia, an tanquam nouis tabulis factis, eam non sit diſſoluturus. Attic. 236.. Maxime autem ecquid Dolobella tinniat, an in meo nomine tabulas nouas fecerit. Tale aliquid. in famul. 206. Technam. Plautus. 103.. Condigne is technam de auro aduorsum meum fecit patrem. Terræmotus. 2. uolum. philoſoph. 96.. Tantos terræmotus in Liguribus, Gallia, compluribusq; insulis, totaq; in Italia factos esse, ut &c. Teſtamentum. in orator. lib. 104. Teſtes. Terent. 80. Teſtes faciet ilico uendidiſſe me. Timorem alicui. in famul. 154.. Quæ mihi quoq; facit timorem. Salluſt. 75.. Plurimum timoris mihi faciunt aduersus tyrannidem L. Syllæ: id est, ut timeam. Ex quo non poſsum non magnopere admirari, quo Laurent. Vall. adductus fuerit, ut diceret facere timorem, esse timere: ita, inquit, feci timorem, quod ego timui alterum, non quòd alter me. Laurent. Vall. Tripudium. 2. uolumi. philoſoph. 86.. Aut tripudium fieri. Turbam. Terent. 38. Nonnihil timeo miſera, ne quam ille hodie insanus turbam faciat. 1. uolum. orat. 242. Maximas in istius castris effeciſse turbas dicitur: id est, tumultum excitare. Turres ad libram. Cæ. 171. In quibus ad libram fecerat turres.

V

Vadem. de off. 61. Vas factus est alter eius sistendi, ut si ille nō reuertiſſet &c. Est præstare illud ipsum, quod ille debebat, pro quo nos spospōdimus. Vadimonium. 1. uo. or. 10. Quo die

Vadimo

uadimonium istuc factum esse diceres. Plaut. 97.. Illicet *ut uadimonium mihi hic ultro facit. idem est cum uas fieri, nisi quòd uas magis ad hominem, uadimonium ad rem pertinet, utrunq; sanè in re, quæ de salute, aut penè de salute agatur, ut pro Quintio. nam in ea causa cum fortunis agebatur etiam Quintij existimatio.* Varietatem. *ut commutationem.* 1. uolum. phil. 80.. Et *facit aliquam uarietatem.* Vela. 1. uolu. orat. 253. *Malum erigi, uela fieri, præcidi anchoras imperauit.* 1. uolum. philoſoph. 211. *Vtrum igitur mauis? statim ne nos uela facere, an, &c.* Velaturam. *de re rust.* 25. Item *dicuntur, qui uecturis uiuunt, uelaturam facere.* Vectigalem *aliq.* 1. uolum. orat. 231. *Apud eos autem, quos uectigales, aut stipendiarios fecerat.* Item Cæ. 38. Ventum. Plaut. 62.. *Obsecro hercle face uentum, ut gaudeam.* Ventulum. Terent. 37.. *Cape hoc flabellum, & uentulum huic sic facito dum lauamus.* Verbum. Terent. 4.. *Nunquam cuiquam nostrum uerbum fecit, neq; id ægre tulit.* Verba *ad rem.* Plaut. 39. *Nimis lepide fecit uerba ad parsimoniam.* Verba *apud Senatum.* 1. uol. or. 118.. *Verba apud Senatum fecit.* Ita De re. Att. 34. Ita Contra *aliq.* Att. 17. Verba. *in orat. lib.* 204. *In alienis, aut translatum, aut factum aliunde. est nunc fieri, non loqui.* Versuram *ab aliquo.* 1. uol. orat. 276. *A quibus uersuras tantarũ pecuniarum factas esse dicunt?* Item. 147. *Quæ significabant multis nominibus eos homines uersuram à Carpinatio fecisse.* Att. 268. *Est autẽ facere noua nomina, ut uetus debitũ dissoluatur.* Versus. 1. uol. or. 252. *Plurimi uersus, qui in istius cupiditate facti sunt.* Item Att. 325. Vestigium. 1. uol. or. 292.. *Atq; in possessionẽ uestigiũ fecero.* Itẽ. 3. uol. or. 131.. Vitium. *in or. li.* 222. *Si ædes exæse corruerũt, uitiũ'ue fecerũt.* Vindemiã. Cæ. 31. *Vuas autẽ legere, & uindemiam facere inter æquinoctiũ autumnale, & uirgiliarum occasum.* Vim *in aliquem.* Ter. 43.. *Miles nunc adeo e dico tibi, ne uim facias ullam in illam.*

Volunta

Voluntate *sua.* Ter. 140. *Vt sua uoluntate id, quod est faciendum, faciat.* Vsura. Att. 265.. *Cum enim usuram facere publice necesse esset. eorũ est, qui sumunt, non autem qui in fœnus pecuniam collocant.* Votum. 1. uol. phil. 228. *Vereor, ne non eam uirtus fiducia nitendum nobis ad spem beatè uiuendi, quàm uota facienda uideantur.* Item. 3. uol. orat. 109. Vnà. 2. uol. or. 174. *Non respondit tamen unà facere Syllam: id est, secum, ut supra.* Vnguentariam. Pl. 207. *Vbi tu laueris, ibi ut balneator faciat unguentariam.* Vsitatum *aliquid.* 1. uol. ph. 44. *Faciamus enim tractando usitatius hoc uerbum: id est, ut usus hoc recipiat.* Vt *in fa.* 62. *Quæres fecit, ut tibi literis obstrepere non auderem.* Pl. 43. 1. uol. or. 5.. Att. 41. *Non faciam, ut enumerem miserias omnes.* Vt fit. Ter. 2.. Ita *ut fit.* Item 103.. Vulgo. *in or. lib.* 93.. *Postea uero uulgò facere cœperũt.* Vulnus. Att. 14. *Vt nihil à domesticis uulneris factum sit.* Optantis *est etiam.* Ter. 102.. Ita *dij deæq; faxint.* Est etiã *ubi, idq; cum crebro, tum perornate uerbi superioris significatiõ refert, ut* Ter. 36. Py. *Thais maximo te orabat opere, ut cras redires.* Ch. *rus eo.* Py. *fac amabo: id est, redi.* Item. 6.. *Obmutui, quod si ego rescissem id prius. quid facerem siquis me nunc roget? aliquid facerem, uti hoc ne facerem: id est, ne tacerem.* Ita Donat. *sed id crebrius fit in respondendo.* Terent. 17. *Sed huc qua gratia te accersi iussi, ausculta.* Ph. *fiat: id est, auscultabo.* Item. 111. *Dixtin' dudum illam dixisse se expectare filium?* Ph. *factum: id est, dixi.* Item Ter. 38. *Consilium uolo capere unà tecum.* A. *fiat, quasi dicat capias.*

Facessere *Significat interdum facere. interdum est pro abire, inquit Sext.* Aliq. 2. uol. orat. 164.. *Vis absit, ferrum, ac lapides remoueantur, operæ facessant.* Ita. 2. uol. ph. 165.. *Paulisper facessant rogamus: id est, abscedant.* Dictum. Plaut. 133. *Dictum facesse elatum, & discaueas malo: id est, auferas. & transitiue positum est.* Negotium *alicui.* 2. uolu. orat. 51.. *Si cui*

C ferte

forte hac lege negotium faceſſetur, qui lege non teneatur. Item *1.uol.or.233. Cum audiſſent ei negotium faceßitum. Eſt autem faceſſere negotium, moleſtiam afferre.* Periculum. *1.uol.or.16.. Ipſe profecto metuere incipies, ne innocenti periculum faceſſeris: id eſt, crearis.*

Factitare *accuſationem. in or.lib.176. Accuſationem factitarit: id eſt, crebro accuſarit. Ita* Artem. *in or.lib.210.. Artem pudere proloqui, quam factites: id eſt, exerceas.*

Fallere *ſocium. 1. uolu.orat.37.. Recte igitur maiores eum qui ſocium fefelliſſet, in uirorum bonorum numero non putarunt haberi oportere.* Fidem. *de off.9. Ad ſupplicium redire maluit, quàm fidem hoſti datam fallere.* Opinionem. *2.uolu. orat.47. Confiteatur neceſſe eſt te multam opinionem fefelliſſe. Ita* Spem. *in fa.4. Quæ ne ſpes eum fallat. Item.13.. Ter.65.. Ita* Animum. *Ter.138.. Niſi me animus fallit.* Spem *aliquid. in orat.lib.85. Quam ſpem cogitationum, & conſiliorum meorum, cum graues communium temporum, tum uarij noſtri caſus fefellerunt: ut & nos ſpes, & ſpem aliquid falli dicatur.*

Fraude *aliq.1.uol.orat.37.. Omni fraude, & perfidia fefellit.*

Alicuius *rei. Plaut.91.. Nec ſat exaudiebam, nec ſermonis fallebar tamen, quem loquerentur. qui modus dicendi mihi perrarus eſt, & fugerem uti. ſed illud fortaſſe magis, quo modo de re ruſtica. 47. Tantum enim fefellit, ut breui omnes morbo amiſerit. paßiue nunc eſt: id eſt, tantum enim opinio eum fefellit ſua.*

Faſtidire *aliquid, & alicuius, & re aliqua aliquem dicitur recte.* Alicuius. *Plaut.35.. Abijt, neque me certiorem fecit, faſtidit mei. quod tamen perrarum eſt.* Re aliqua *aliquem. 3. uol.or.109.. Qui non modo improbitati iraſcuntur candidatorum, ſed etiam recte factis ſæpe faſtidiunt. Pl.55. Neſcio quem ad portum nactus, ubi cœnes, eo faſtidis.*

Fatigare, *etſi plura ſignificat, ut No. affirmat: ſemper tamen in uerbo*

in uerbo eius, apud quem agamus, labor quidam certus ineſſe uidetur. Aliq. *Sall.29.. Deinde tamen, ut ætati concederet fatigatus à fratre, uix in alteram partem traductus eſt. Item.32. Quos ego audio ſumma ſpe niti, ambire, fatigare uos ſingulos: id eſt, inſtare apud uos: à uobis magnopere contendere.* Animum. *Sall.55. Dieq; noctuq; fatigare animũ: id eſt, exercere.*

Fauere, *rei alicui, & aliquid.* Sententiæ *alic.1.uol.philoſ. 160. Ita iſti faueo ſententiæ.* Linguis. *2.uol.ph.125.. Iam illa fauete linguis &c.*

Ferire, *uſu ſignificat percutere: interdum ſancire.* Frontem. *Att.1. Puto te in hoc riſiſſe aut ingemuiſſe, ut frontem ferias.*

Aliquem *re aliqua. Ter.123. Porrò autem Geta ferietur alio munere, ubi hera pepererit: id eſt, ei donandũ erit tum quoq;.*

Fortunam *aliq. de offic.15. Quo munus patent multa in eorum uita, quæ fortuna feriat.* Fœdus. *3.uol.orat.44. Ideo ne ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpiſſimorum quotidie fœdera ferires? quàm aptiſſime à bello tranſtulit Ci. quando & amantes ipſi quoq; militare dicuntur.*

FERRE.

Viſum *eſt in hoc quoque uerbo eandem exemplorum collocandorum rationem ſeruare, quam in uerbo committere etiam ſeruauimus, ut ſcilicet in illis deſcribendis magis ſignificationes, quàm elementorum ordinem ſequeremur. id quod quoniã non ſatis commode efficiſſe mihi uideor, nam non ita facile innumeræ uerbi ſignificationes apte ſub unũ caput redigi poſſunt, longeq; longius: id eſt, hoc modo ad reperiendum, quod quæratur, ad prius inſtitutum noſtrum in cæteris omnibus ad lectoris facilitatem, cui maxime ſtuduimus, redeundum duxi. nam ſi hoc ipſum in facere, eſſe, habere, ſeruatum eſſet, longius illi omnino errandum fuiſſet in quærendo, & mihi non leuem laborem accerſiuiſſem.*

CVM ALIQVID CONSTITVITVR.

Ferre *ad populum aliquid. Cæs.159.. Item Prætoribus Tribunisq; Pleb. rogationes ad populum ferentibus.* Ad plebem *aliquid.1.uol.philosop.75..Vt proximo anno P.Scæuola Trib. Pl.ferret ad plebem,uellent ne de ca re queri. 3.uolu. orat.61.. Nihil ad plebem latum esse dico.*De aliqua re.*3.uol.or.61.. Nihil omnino unquam de isto fœdere ad populum, nihil ad plebem latum esse dico.Item.1.uolu.orat.304..Deinde quod Sylla ipse ita tulit de ciuitate,ut non sustulerit.horum nexa, atq; hæreditates.in orat.lib.169.. Qui Trib.Pl.legem de agro Gallico & Piceno uiritim diuidendo tulerit.*Funus. *2.uol.orat.221.. Tamen id funus,etsi miserum,atque acerbum fuisset, iure indictum esse dicebant,quod de me ciue,ac de repub.benemerito tulisses.*Legem.*de offi.48..Cum legem Agrariam ferret.*Legem *per uim. 3.uolum. orat.11. Cum unus in legem per uim latam iurare noluerat.* Lege *aliquid.3.uol.orat.64.. Sed cum Apuleia coloniæ non essent deductæ, qua lege Saturninus C. Mario tulerat, ut &c.* Priuilegium. *de offic.121.. Familiariss. tuus de te priuilegium tulit, ut se inopertum bonæ deæ accessisses,exulares.* Pœnam.*2.uol.orat.179. Nihil de iudicio ferebat, sed pœnam ambitus eam ferebat, quæ fuerat nuper superioribus legibus constituta. 3.uolum. oration.61..* Quæstionem, *de aliqua re,& in aliquem.3.uolumine orat.104.. Num igitur ulla quæstio de Africani morte lata est? Certe nulla.Item.117.* In aliquem.*in orat.lib.104.. Quod is L. Scribonio quæstionem in eum ferente pop. misericordiam concitasset,fuit autem moris, ut, quoties aliquis suspectus esset alicuius ingentis facinoris, puta cædis, aut pecuniam accepisse ob rem iudicandam, & in cæteris eiusmodi: aut per senatum decerneretur, aut plebiscito iuberetur ad inquirendum.de quo non pauca.1.uolumine philosop.75..Siquis locum adeat, uidebit.* Rogationem. *3.uolum. oration.105. Num quæ rogatio lata? num quæ noua quæstio decreta.Att.~9.. Cæs.159..2.uolum. orat.179..*

orat.179.. in orator. libr.172.. de offic.74. Suffragia. *Att. 17. Idemq; refert,ut uniuersus pop.in campo Martio suffragiũ de re Clodij ferat.3.uolumine orationum.24..Quis est,qui non profiteatur se affuisse, & suffragium de salute mea tulisse? Vt facile appareat hoc genere iudicij aliud etiam, quàm magistratus decerni.*

CVM EST *sufferre, Pati, Sustinere.*

Contumaciam. *Att.93..Qui, ut scis, potentissimorum hominum contumaciam nunquam tulerim, ferrem huius assecłæ?*De re aliqua. *Attico.69.. Quomodo Cæsar ferret de autoritate præscripta.*Desyderium *alicuius.3.uolum.orat.229.Huius desyderium ciuitas ferre diutius non potest. in fam. 101.. 102..*Ignominiam.*1.uol.ph.218.. Ignominiam,& infamiam ferunt sine dolore. Cæs.190.*Indignitatem.*in fam.91.Conueniendi illius indignitatem,& molestiam pertulissem.*Infamiã. *uide ignominiam.* Iniuriam.*1.uolu.orat.110. Magistratuum autem nostrorũ iniurias ita multorũ tulerunt, ut nunquã &c.*Inopiam. *Cæs.81. Romanos autem inopiam non laturos,aut magno cum periculo.*Iugum. *Plaut.59.Est hercle ut dicis ita, iam'ne ea fert iugum? de puella, quæ uiri patiens sit.* Laborem *cogitandi.in or.lib. 189.. Sed cogitandi non ferebat laborem.*Lente *aliquid. Att.30.Qui hæc tam lente, quàm ego fero,ferret.*Loco *ignominiæ. Cæs.82.Hoc se ignominiæ laturos loco.*Oculos *aliquid.3.uolum.orat.243.Non ferent inquam oculi Saxam,Caphonem &c.*Obscure *aliquid.2.uol.or.28.. Neq; id obscure ferebat. Att.140.*Pro eo *ac debui.in fa. 49.. Saneq; pro eo,ac debui grauiter molesteq; tuli.*Regnum. *in famil.136. Etenim cum plena sint monimenta græcorum,quemadmodum sapientissimi uiri regna tulerint, uel Athenis, uel Syracusis &c.*Scelus *alic. Attico.160.. An uereris, ne qui hic in absentia solus, tuli scelus eiusdem, cum Pompeio & cum reliquis principibus non feram? ubi illud etiam uides, absentiam*

ſcilicet & Ciceronis interdum fuiſſe uocem, quam etiam repetit M. Antonius Cic. in opere ad Atticum. 228.. Ne abſentia mea leuior ſit apud te. Vim. *Terent. 7. Haud uereor, ſi in te ſolo ſit ſitum, ſed uim ut queas ferre.* Vetuſtatem *aliquid. de officijs. 109. Veterrima quæq;, ut ea uina, quæ uetuſtatem ferunt, eſſe debent ſuauiſſima.* Vulnus. *Att. 274. Nam Panſa aufugiet uulneribus acceptis, quæ ferre nõ potuit.* Fortunam *eandem. Cæſ. 95. Eandem fortunã tulit Camulogenus.* Pœnam. *Cæſ. 151.. Bona reſtituit ijs, quos liberius locutos hanc pœnam tuliſſe cognouerat.* Supplicium. *Attico. 128. Memuneram me eſſe unum, qui pro meis maximis in remp. meritis ſupplicia miſerrima, & crudeliſſima pertuliſſem. Terent. 21.* Impetum. *Cæſ. 53.. Hoſtes pauliſper morari militum noſtrorum impetum non tulerunt.*

CVM EST PRO *habere, accipere, auferre.*

Imaginem *alicuius. Plaut. 147.. Et mox ne erretis, hæc duarum hodie uicem, & hinc, & illinc mulier fert imaginem.* Laudẽ. *Cæſ. 70.. Maximam inter ſuos ferunt laudem. Item. 72.* Mercedem. *Plaut. 199. Duplicem ut mercedem feras.* Palmam. *Att. 62.. Ne diutius pendeas, palmã tulit.* Poſterioris. *Ter. 96.. Si id fit dando atque obſequendo, non poſteriores feram.* Prædam. *1. uol. orat. 36. Qui ab eo partem prædæ tulerunt.* Pretium. *Ter. 14.. Ego pretium ob ſtultitiã fero.* Primas. *in or. lib. 181.. Ex his Cotta, & P. Sulpitius cũ meo iudicio, tum omnium facile primas tulerunt.* Reſponſum *ab aliquo. 2. uolum. or. 101. Cum à me quoq; id reſponſum tuliſſet.* Tacitum *aliquid. Att. 24. Cætera ſi reprehẽderis, non feres tacitũ: id eſt, reſpondebo.* Tribum. *3. uol. orat. 161. Aut tum, cum es factus unam tribum ſine Curione ferre potuiſſes?* Repulſam. *in orat. libr. 134. Cum ipſe COS. eſſet factus, ille repulſam tuliſſet. Item. 174. Hoc autem eſt in ſuffragijs præteriri, uulgò Venetijs cader.* Lætitiam. *Att. 227.. Lætitiam autem apertiſſime tulimus*

tulimus omnes: id eſt, præ nobis tulimus.

CVM LAVDEM CONTINET.

Scripta *alic. in orat. libr. 167. Eius ſcripta quædam feruntur.* In cœlum *aliquem. in fam. 160.. Quibus te omnes in cœlum iure & uere ferunt.*

CVM EST PRO AFFERRE, DARE.

Caſum *aliquid. Att. 118. Eandem, ut quenq; fors tulerit caſum, ſubeam potius cum ijs &c.* Fraudem *aliquid alicui. Att. 117. Non quia rectum eſſet, ſed quia, quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit.* Fructum *aliquid alicui. in fam. 15.. Cumq; ea contentio mihi magnam foris fructum tuliſſet. 1. uol. or. 76.. Cæſ. 140.. in or. lib. 209.* Conditionem. *1. uol. 23.. Hanc conditionem miſero ferunt. Plaut. 158. 243.* Auxilium *alicui. 3. uolum. or. 71.. Huic ferri auxilium non oportet. Pl. 12. Terent. 3..* Opem. *Ter. 87.. Iuno Lucina fer opẽ. Do. ait. opem ferre dicitur in malis rebus: & ijs, qui de ſalute dubij ſunt, ut fer opem, ſerua me obſecro.* Subſidium. *Cæſ. 26. Cum alijs alij ſubſidium ferrent.* Suppetias. *Pl. 18. Quin meæ uxori latæ ſuppetiæ ſient.* Optatum. *Pl. 49. Dij tibi omnia optata ferant.*

CVM EST PRO PRODVCERE.

Oratorem *perfectum. in orat. lib. 168. Hæc igitur ætas primum Athenis oratorem prope perfectum tulit. Item. 119..*

CVM EST PRO IVDICARE.

Sententiam. *2. uol. or. 48.. Vos autem iudices quamobrem ex tanta multitudine ciuium tam pauci de hominum fortunis ſententiam fertis? 2. uol. orat. 48.. Cæſ. 184.. 2. uol. or. 144. 1. uol. or. 38. Vbique ſententiam ferre proprie ius dicentium eſt, cum dicere ſit, quid quiſque de aliqua re ſentiat, proferre.* Sententiam *per tabellas. Salluſt. 92.. Igitur duabus rebus, confirmari poſſe ſenatum puto, ſi numero auctius, per tabellam ſententiam ferat.* Tabellam. *Aſc. 18. Euntibus ad tabellam ferendam poſtero die iudicibus &c.*

CVM EST PRO DICERE.

Damonem. *de off.* 61. Damonem, & Pythiam Pythagoreos ferunt hoc animo inter se fuisse.

CVM EST ALIENA *ui quasi duci, trahi.*

Aliquem *aliqua re ferri. crudelitate, scelere.* 2. *uolum. orat.* 59.. Quam cæcam crudelitate, & scelere ferri uidetis. Auaritia. 1. *uol. or.* 6.. Qui eo usq; feruet, ferturq; auaritia *&c.* Ita Tu cupiditate, lætitia. Ita Præcipitem *aliq.* 2. *uol. or.* 260. Sed ego laterensis cæcum me, & præcipitem ferri confitear in causa. Iudicio *aliorum. de off.* 24. Alij multitudinis iudicio feruntur: id est, ducuntur: pendent ex multitudinis iudicio.

CVRA EST PRO AMARE.

In oculis. 3. *uol. or.* 207.. Oderat tum, cum ille tabulis nouis adcurrabatur, iam fert in oculis. *Att.* 329. 2. *uol. or.* 255.

CVM EST PRO PORTARE.

Naues *uentum. Cæs.* 33. Quo uentus ferebat.

Hæc *pauca separatim ex ijs, quæ ferunt, adnotare placuit, nam quæ ante citata sunt, eorum sunt, quæ feruntur: quorum sensus, etsi diuersus esse uidetur, siquis tamen ad caput unum eum referre uelit, ad conuenientiam, ac decentiam maxime referri posse uidetur.* Coniectura. *Att.* 39.. Nos ut opinio, & spes, & coniectura nostra fert. Dignitas *fert.* 1. *uolumine orationum.* 147.. Qui idem ita moderaretur, ut rerum, ut personarum dignitates ferrent. Aetas *fert. Ter.* 11. Dum licitum est ei, dumq; ætas tulit. Natura *fert. Ter.* 18.. Paulum interesse censes ex animo omnia ut fert natura facias, an de industria? Opinio. *uide coniecturam.* Item *Att.* 39.. 2. *uolum. orat.* 26. 219. 1. *uol. philosop.* 91.. Res *fert. Terent.* 19.. Impetrasti, incœpi dum tulit res. nunc non fert, feras. Spes *fert. uide coniecturam. Att.* 39.. Tempus ad *aliquid. Ter.* 4.. Dum tempus ad eam rem tulit. Voluntas *fert. in fam.* 62. Et abs te quantum tua fert uoluntas, peto quæsoq; *&c.* Vsus *fert.* 1. *uol. or.* 109.. Qui cum

Qui cum inter se, ut ipsorum usus ferebat, amicissime consultassent. Quoniam *uero totam accepti, atque expensi rationem plane Adrianus est prosecutus, ego tantum illud perstringam. Ferre expẽsum, esse quod alicui dederis:* Referre uero acceptum, *quod ab aliquo acceperis, in tabulas referre. uulgo metter al conto del dar, & al conto de lo hauer. Vbi illud etiam animaduertimus semper esse ferre expensum, nunquam referre. ita contra in acceptum. referre semper ut acceptum dicamus, nunquam ferre.* 1. *uolu. oration.* 47. Hæc pecunia necesse est, aut data, aut expensa lata, aut stipulata sit, datam non esse Fannius confitetur. expensam latam non esse, codices Fannij: stipulatam non esse, taciturnitas testium concedit. Item. 143.. 96.. 3. *uolu. oration.* 208. *Att.* 247. *Cæs.* 310. 222. Expensum *muneribus. Att.* 24.. Ne tu expensum muneribus ferres. metter al conto de doni. Ventrem. *de re rust.* 44.

Ferue re, *aliq. aliq.* Auaritia. 1. *uolumi. orat.* 6.. Qui eò usq; feruet, ferturq; auaritia *&c.* in *orat. lib.* 187.. Sed efferuescens in dicendo stomacho sæpe *&c.*

Festinare, & properare ita differunt: ut is qui multa simul incipit, nec perficit, festinare: qui uero unum quicquid mature transigit, properare dicatur: Ac festinare corporis, properare animi magis sit, autore No. significat præterea trepidare. *Sall.* Festinãtibus in summa inopia patribus *&c.* Vti trepidare, pro festinare dixit Pl. 205.. At trepidate saltem, nam uos approperare haud postulo.

Fœtere *aliquid alicui. Plau.* 31. Dic amabo, an fœtet anima uxori suæ?

Figere *aliquid plane notum est quid significet.* Tabulas. *in famil.* 183. Tabulæ figuntur, immunitates dantur, pecuniæ maximæ distribuuntur. Legem *alicubi.* 3. *uol. or.* 189.. Falsas leges C. Cæsaris nomine, & falsa decreta in æs incidenda & in capitolio figenda curauit. Item *Att.* 227. Mos enim erat, ut

perlatæ leges in æs inciderentur, inciſæ figerentur ad parietes, ut legendi fieret poteſtas. Veſtigium. 3.uolu.orat. 5.. Cuius ego nuper in Macedonia uidi ueſtigia non preſſa leuiter ad exigui prædicationem temporis, ſed fixa ad memoriam illius prouinciæ ſempiternam. Animos in aliquid .1. uolu. philoſop.12. Aduerſatur enim primum, quod parum defigunt animos, & intendunt in ea, quæ perſpicua ſunt. Ita Mentem. in famil.20..Ego omnia mea ſtudia, omnem operam,induſtriam,cogitationem,mentem deniq; omnem in Milonis conſulatu fixi,& locaui,ſtatuiq;,& quæ ſequuntur: eſt totum in eam rem incumbere. Cogitationem.uide mentem. Et homínem in cogitatione defigi dicitur.in orat. lib.144. Cumq; eum in cogitatione defixum eſſe ſenſiſſet, ſtatim receſſiſſe. In auribus alic.aliq.1.uolu.oration.67.. Vt non modo in auribus ueſtris,ſed in oculis omnium ſua furta, atque flagitia defixurus ſim. In oculis. uide auribus. eſt rem ita exponere, ut eam auditor,& uidere,& audire uideatur. Beneficium re aliqua. 1.uol.orat. 246.. Et ut hoc beneficium,quemadmodum dicitur trabali clauo, figeret.

Figurare hominem.2.uol.phil.198. Hunc ita figurauit.

Fingere.Proprie,inquit Do.figuli eſt fingere, qui formas ducit ex luto.Sed apte transfertur ad cætera multa, quorum cum ſignificatio,tum conſtructio quàm uaria ſit, exemplis ipſis docebimur. Fauum. de offic.31.. Atque ut apum examina non fingendorum fauorum cauſa congregantur: id eſt,formandorum,effigiandorum. E` Cera. 1.uol.oration.206. Cybiratæ ſunt fratres quidam,Tleopolemus & Hiero. quorum alterum fingere opinor è cera ſolitum eſſe: id eſt, cereas imagines qui facere ſoleret. Aliquid. in orat.lib. 91.. Et qui aliquid fingunt,etſi tum pictura nihil utuntur,tamen utrum ſciant pingere an neſciant, non obſcurum eſt. Animo aliquid ſecum. 3. uol.orat.116.. Nempe hæc eſt quæſtio de interitu P. Clodij.fin-

gite

gite animis,liberæ enim ſunt cogitationes noſtræ. Mentem & uoluntatem,& uultum alicuius. 2.uol.philoſop.192. Autor enim moderatur & fingit non modo mentem, ac uoluntates, ſed penè uultus eorum apud quos agit: id eſt,format. Item in orat.lib.148. Maleficium. 1.uol.orat.37.. Vt intelligatis fingi nullum maleficium poſſe: id eſt,quod dicitur uulgo, imaginarſi.Se eſſe alium. in fa.44.De me autẽ ſuſcipe pauliſper meas partes, & eũ te eſſe finge,qui ego ſum. Pronũ. Sal.1. Quæ natura prona, atq; uentri obedientia finxit. Aliq. Ter. Sed ille tuus quoq; Syrus idẽ mire finxit filium: id eſt,inſtituit. Vultum.Ter.70..Vultus quoq; hominũ fingit ſcelus:id eſt, format:Do.ait. Ad aliq. aliquid. Ter.62. Non'ne ad ſenem aliquam fabricam fingit:id eſt, mentiendo parat? Ad diſcordiam.Ter.116..Cum fingis falſas cauſas ad diſcordiam. Ad nutum alicui.in orat. lib.199. Omnes enim qui probari uolunt,uoluntatẽ eorum,qui audiunt, intuentur, ad eamq;,& ad eorum arbitrium, & nutum totos ſe fingunt. Ex ſua natura alios. uide iudicare.eſt de ſe aliorum coniecturam facere.

Finíre,eſt certum rebus terminum ponere. Cupiditates.1. uol.orat.75.Cupiditates nõ Epicuri diuiſione finiebat, ſed ſua ſatietate. Prouincias. Att.120. Quod idẽ ipſe ſanxit lege quadam ſua, Marcoq; Marcello cos.finiẽti prouincias Cal. Martij reſtitit:id eſt,prouincialibus magiſtratibus certũ quoddam tempus præfinienti. Modum. 2.uolu.orat.183. Sepulchris autem nouis finiuit modũ:id eſt,præfiniuit. Linguam dentibus. 2.uol.phil.56.Deinde in ore ſita lingua eſt, finita dentibus:id eſt,quæ dentium uallo cohercetur.

Firmare aliquid,eſt id quod aliqua ex parte infirmum ſit, ſtabilius reddere. Animum. 3.uolu.orat.47. Quæ firmiore animo præditis,diutius moleſtæ non ſolent eſſe. Aetatem. 3. uolumi.oration. 46.. Quorum cum adoleſcentiæ cupiditates deferbuiſſent, eximiæ uirtutes firmata iam ætate extiterunt.

Item

Item. 1. uol. orat. 148.. Id est iam natu grandes facti. **Fidem.** Terent. 11.. Quid dicit? firmauit fidem: id est, quod ante quis promiserit, si iterum, & sæpius receperit. Item. 114. 118. **Locum** aliqua re. Cæs. 72. Magnisq; cum locum munitionibus firmat. est ad hostium uim locum aliquem munire. Item. 206. 223. Ita **Prouinciam** præsidijs, & pace. in famul. 7. Atque exercitu proficisci Alexandriam, ut eam cum pace, præsidijsq; firmaris, Ptolemæus redeat in regnum. est ponere in prouincia multa præsidia, eiq; pacem constituere. **Opinionem** consensu gentium. 1. uolu. philosop. 80. Vetus opinio est iam usq; ab heroicis ducta temporibus, eaq; & Pop. Rop. & omnium gentium firmata consensu. **Corpora** labore. 1. uol. philosop. 182.. Corpora iuuenum firmari labore uoluerunt. **Ex terrore** aliquid. Cæs. 128. At cohortes suis ex terrore firmatis, rursusq; renouatis animis: est eis omnem metum abstergere. **Stirpem** uirtutis. 3. uol. oration. 54.. Aut hunc, nunc primum flo rescentem firmata iam stirpe uirtutis tanquàm turbine aliquo, aut subita tempestate peruertere: est uirtutem radices altius agere.

Flaccescere, est languere, deficere. **Orationem.** in orat. lib. 173. Dein' cum otiosus stilum prehenderat, motusq; omnis animi, tanquam uentus hominem defecerat, flaccescebat oratio: id est, languebat.

Flagrare, proprie est ardere. Quoniam uero cupiditates animi sunt ardores, ad eas recte sæpius, necnon ad quædam alia, idq; tam de malo, quàm de bono transferri uidebis. **Bello** Italiam. in orat. lib. 143.. Non uidit bello flagrantem Italiam, non ardentem inuidia senatum. Est armis Italiam uexari, ingenti bello opprimi. **Cupiditate.** in orat. lib. 96. Neque uero uos ad eam rem uideo esse cohortandos, quos cum mihi sitis molesti, nimis etiam flagrare intelligo cupiditate. **Desiderio** rei. Att. 73. Non dici potest quàm flagrem desiderio urbis: id est,

Infamia

Infamia aliq. 1. uolumi. orat. 74. Graui, diuturnaq; iam flagramus infamia: est summa infamia laborare, pessime audire. **Inopia**, & cupiditatibus. Sall. 77. Flagrantes inopia & cupiditatibus. **Insania.** Att. 67. coss. flagrant insania, quod C. Memmius candidatus pactionem in senatu recitauit: id est, uehementer insaniunt. **Inuidia.** 1. uol. orat. 84.. Ille miser cum esset tum proditione istius nefaria, tum improbo & falso eiusdē testimonio, tum multo ex maxima parte istius furtorum, ac flagitiorum inuidia conflagrauit. **Studio** rei alic. in orat. lib. 86. Incredibili quodam nostri homines dicendi studio flagrauerunt. **Vitia** libidinis apud aliquem. 3. uolumi. oration. 39.. Flagrabant uitia libidinis apud illum, uigebant etiam studia rei militaris. **Oculos** alicuius. 3. uol. oration. 47.. Si deniq; ita sese gerent non incessu solum, sed ornatu, atque comitatu, non flagrantia oculorum, non libertate sermonis, &c. Est quodam modo eius oculos scintillare, uideri ardere. **Ad aliq.** Sall. 129.. Ille flagrauit ad cupiditatem huiusmodi scelerati facinoris obeundam. ut & flagrare uitio aliquē, & uitium apud aliq. ad aliquod uitium recte dicamus.

Flare, uentum belle alicui. Att. 100. Belle nobis flauit ab Epiro leniſsimus auster & mitis.

Flectere, proprium earum est rerum, quæ quo ducantur, facile sequuntur, ut cæra, aurum, uimen: sed recte ad quædam similia transferas licebit. Cum uero de loco agitur, est locum illum aliqua ex parte circuire: cum de uia est magis uitare eam uiam quam flectimus, ut in exemplis. **Leucatem.** Att. 72. Sed Leucatem flectere molestum uidebatur. Ita promontorium. 2. uolu. philosop. 128. Quod qui nauigant maxime animaduertunt cum in flectendis promontorijs uentorum mutationes maximas sæpe sentiant. **Viam.** Attico. 182. Quæ istorum uia esset: sed ut eam flectas, te rogo: id est, uites. **Aliquid** ad aliquid. 3. uolu. orat. 63. Quæ à principio sui generis ab omni studio, sensuq;

Universidad de Deusto Biblioteca

ſenſuq́; Pœnorum mentes ſuas ad noſtrum imperium, nomenq́; flexerunt.

Flere *aliquid, & aliquo, & de aliquo recte dicimus.* Pl. 286. *Niſi tu drachmis fleueris argenteis.* **De morte** *alic. 1. uolu. orat. 91.. Flebat uterq; non de ſuo ſupplicio, ſed pater de filij morte, de patris filius. Ita de ſupplicio ut uides.*

Floccifacere *aliq. Plaut. 135. Neque ego illum maneo, neque floccifacio. Ter. 31. Tum autem qui illum non floccifecerim. Pl. 68. Non ego te floccifacio. Do. ait, Floccifacere, modo eſt contemnere, modo non.*

Florere. *Plana eſt uerbi ſignificatio, transferturq́; perelegãter. & aliqua re florere dicimus.* **Aetate.** *in famil. 25. Quid eſt mihi cauſæ, cur mihi non in optatis ſit, complecti hominem florentẽ ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus?* **Affinibus.** *uide ætate.* **Amicis.** *uide ætate.* **Autoritate.** *in famil. 57. Et in qua urbe modo gratia, autoritate, gloria floruimus.* **Familiaritate** *multorum. 2. uol. phil. 3. Et doctiſſimorum hominum familiaritates, quibus ſemper domus noſtra floruit.* **Gloria.** *in or. lib. 55. Qui cũ in optima Rep. & honoribus, & rerum geſtarum gloria florerent.* **Gratulatione.** *3. uolu. oration. 26. Ad urbem acceſſus incredibili hominum gratulatione florebat.* **Honoribus** *aliquem. Att. 274. Vtinam tam facile eum florentem & honoribus, & gratia regere, ac tenere poſſimus, quàm facile adhuc tenuimus.* **Ingenio.** *in familiar. 25. Vide ætate.* **Eloquentia.** *in orat. lib. 155. Liberis aliq. uide ætate.* **Nomen** *alic. 1. uol. orat. 65. Iure tum florebat Pop. Rom. nomen.* **Opibus.** *uide ætate.* **Propinquis.** *uide ætate.* **In re.** *in familiar. 10. In ſententijs ſenatorijs, & in omni actione, atque adminiſtratione Reip. floruiſſemus. Item in fa. 57.* **In foro.** *1. uolumi. phil. 1. Quibus temporibus florere in foro maxime potuit.*

Fluere, *à fluminibus ſumptum eſt, in quibus eſt & lapſus, & abundantia*

abundantia. & dicimus fluere aliquid, & ab aliquo, & aliqua re aliquid, ut in exemplis. **In contrariam** *partem aliquid. 2. uolu. philoſop. 96.. Fluminaq́; in contrariam partem fluxerint.* **Buccas** *alicui. in orat. lib. 133.. Demonſtraui digito pictum gallum in Mariano ſcuto Cimbrico ſub nodis diſtortũ, eiecta lingua, buccis fluentibus: eſt ei ex buccis humorem fluere.* **Voluptates.** *1. uol. phil. 87. Fluit igitur uoluptas corporis: id eſt, celeriter præterit.* **De manibus** *aliquid alic. 3. uolumi. orat. 240.. Excident gladij, fluent arma de manibus. eſt quã facilime arma ei cadere. Ad uoluntatem aliquid. de offic. 18.. Atque etiam in rebus proſperis, & ad uoluntatem noſtram fluentibus.* **Longe** *lateq́; aliquid. 1. uolu. phil. 109.. Pythagoræ autem doctrina cum longe lateq́; flueret.* **Facetijs.** *Plaut. 162. Nam tu quẽuis potis es facere ut fluat facetijs: id eſt, abundet.* **Gloria** *aliquem. Att. 36. Itaque noſter amicus inſolens infamiæ, ſemper in laude uerſatus, circunfluens gloria, deformatus corpore, fractus animo, quò ſe conferat, neſcit.* **Mollitia.** *1. uolu. philoſop. 186.. Qua cum liqueſcimus, fluimusq́; mollitia.* **Ab aliquo** *aliquid. 1. uolu. philoſop. 72. Atque ab iſto capite fluere neceſſe eſt omnem rationem bonorum & malorum: id eſt, naſci, emanare, ut flumina à ſuis fontibus. Ter. dixit eſſe caput rei. Hem inquit, illic rei hic eſt caput.*

Fodere, *proprie ſignificat cauare, haurire, ut hortum, puteum, tamq́; quod cauum fit, quàm quod cauatur, fodi dicimus: in transferendo non ita, nequaquam enim uti hominem, ita uulnus fodere, dici recte exiſtimarem.* **Puteum.** *Cæſ. 174.. Itaq; illi neceſſario loca ſequi demiſſa, ac paluſtria, & puteos fodere cogebantur.* **Hortum.** *Plaut. 35.. Hunc apud me hortum confodere iuſſi.* **Latus** *alicui. Ter. 111.. Noli fodere, eſt admonendi cauſa aliquem clam digito ferire.*

Fœnerare. *Et fœnero tibi, ut eſt mutuo tibi, & fœneror abs te, ſicut*

te, sicut mutuor abs te inquit Laur. Vall. recte dici: Sex. uero Pompeius inquit fœnero, & fœneror dici potest. Beneficium. de offic. 102. Neque enim beneficium fœneramur. Prouincias. de offic. 125. Dimissiones libertorum ad fœnerandas, diripiendasq; prouincias, nisi ad uocem diripiendas magis uox prouincias respondeat. Terent. Dedit rei in hoc uerbo quod homini dandum uidetur, cum dicit. 81. Metuisti si nunc de tuo iure concessisses paululum, atque adolescenti esses morigeratus hominum homo stultissime, ne non tibi istuc fœneraret: id est, hoc ipsum officium ne tibi aliquid attulisset fœnoris, metuisti. Fœnerat enim hoc in loco, ut ait Do. res ipsa, non autem Eschinus.

Fore. Quotidie magis in eam sententiam eo, ut nulla sit certa ratio Latinæ locutionis, sed tantum ualere bonorum loquendi cõ-
La. Val. suetudinem. Cui enim Laur. Vall. cum agit de hoc uerbo fore, non persuaderet? Fore cum participio futuri temporis, quia & ipsum eam ipsam uim habeat, nequaquàm Latinæ coniungi: Et tamen Cic. contra eo modo est usus in. 3. uolu. oration. 116.. In his singulis ita semper existimabitis uiuo P. Clodio nihil horum nos uisuros fore. planius dici non posset. In potestate alicuius. in famul. 62. Omnibus in rebus me fore in tua potestate tibi confirmo. Accessionis aliquid. in famil. 213. Tamen mea commendatione aliquid accessionis fore, ubi uim eam retinet, quam futurum.

Formare orationem. in orat. lib. 160.. Hanc igitur Crassus inquit, ad legem cum exercitatione, tum stylo, qui & alia, & hoc maxime ornat, ac limat, formanda uobis oratio est, quasi componenda. Verba. in orat. lib. 161.. Formantur autem uerba & sententiæ penè innumerabiles.

Fortunare, deos aliquid alicui in famul. 18.. Tibi patrimonium dij fortunent.

Fouere, auium proprium est, cum pullos sub alis cõplexos cõtinent

tinent. quod etiam nutrices suis pueris sinu faciunt, & proprie est nutrire. Aliquem. Att. 319.. Scribis de Cæsaris in nos amore: hunc tu fouebis, & nos quibuscunque poterimus rebus augebimus. plus dixit, quàm defendes. Dolorem. Att. 190.. Nam dum illud tractabam, de quo antea scripsi ad te, quasi fouebam dolores meos.

Frangere, est quod integrum erat in partes plureis (ut ita dicam) facere. ad quæ uero, quamq; frequẽter transferatur, non nihil exempla cõmonstrabũt. Nauem. Ter. 5.. Nauem is fregit apud Andrum insulam: id est, naufragium fecit. nam simile illi est. brachium fregit: id est, illi fractum est brachium. non autem is alteri brachium fregit. Domum. Att. 55. Q. fratris domus primo fracta comectu lapidũ ex area nostra. Fluctum. in fam. 136. Tanquam fluctum à saxo frangi oportere. Gulam laqueo ali. Sall. 22.. In eum locũ postquàm demissus est Lentulus, iudices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere. Hostes. Att. 278. Sed facilius frangebantur hostes: id est, uincebãtur. Autoritatem alicuius. 1. uol. phil. 45. Vehementius etiam fregit quodammodo ueteris disciplinæ autoritatem. Dignitatem suam. in fam. 136.. Ego me non putem tueri meum statum sic posse, ut neq; offendam animum cuiusquam, nec frangam dignitatem meam? Ita Gloriam alicuius. 3. uol. orat. 102.. Nunquã existimaui spem ullam esse habituros Milonis inimicos ad eius nõ salutem modo extinguẽdam, sed etiam ad gloriam per tales uiros infringẽdam. ut dignitatem. Animum. in fam. 13.. Quẽ post reditum dictitant fracto animo, & demisso fuisse. Att. 36. Sall. 55. orat. lib. 166. Cupiditates. in or. lib. 92. De fide, de frangẽdis cupiditatibus. Libidines. ut uoluptates. 2. uol. phil. 190.. Quis nõ frangeret eorum libidines? Dolorem. 3. uol. orat. 243.. Dolorẽ iustissimum si nõ potuero frangere, occultabo. Audaciam alicuius. 3. uol. orat. 183.. Autoritate

enim senatus, consensúq; Pop. Rom. facile hominis amentis fregissemus audaciam. Improbitatem. in fam. 5.. Quod valde suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas, & consilijs tuorum amicorũ, & ipsa die. Consilium alic. in fam. 49. Fregit hoc meum consilium & Cæsaris magnitudo animi, & senatus officium. Ita mala aliq. in fam. 23.. Sin te tanta mala frangunt. Dolore aliquem frangi. 1. uol. phil. 189. In eo persequendo atq; adipiscendo dolore non frangi. Leges. in fam. 191. Primus enim ego leges Antonianas fregi, primus equitatum Dolobellæ ad Remp. traduxi. Sententiam alic. est eius sententiam refellere. in fam. 4. Ad xvi. calend. Feb. cum in senatu pulcherrime staremus, quod iam illam Bibuli sententiam de tribus legatis pridie eius diei fregeramus. Calorem se. in orat. lib. 108. Nunc & Scæuola quoniam in Tusculanum ire constituit, paulum requiesset, dum se calor frangat: id est, remittat. Fidem. 1. uo. orat. 47.. Aeque enim perfidiosum, & nefarium est fidem frãgere. Opes ali. in off. 111.. Quo facto frangi Lacedæmoniorum opes necesse est. Se. in fam. 51.. Sed cum cogitarem hæc mihi tecum, & cum quibusdã esse cõmunia, & cum frangerem iam ipse me. Vim fluminis. Cæs. 93.. Dispositio equitatu, qui uim fluminis refringeret. Veritatem. 1. uol. orat. 67. Sin istius ingentes diuitiæ religionem, ueritatemq; perfregerint.

Fraudare, est aliquid ab aliquo per fraudem adimere, tamq; illud fraudamus, quod aufertur, quàm à quo aufertur, & dicimus fraudare aliquid, & aliquem re aliqua. Cæs. 177. Sed freti amicitia Cæsaris, & stulta ac barbara arrogantia elati despiciebant suos, stipendiumq; equitum fraudabant. Aliquem re aliqua. 2. uol. orat. 156. Multosq; minutis mutationibus fraudauisset. Itẽ Att. 1.. Cæcilius auunculus tuus à Publio Vario cum magna pecunia fraudaretur. Nomine alic. 1. uol. phil. 146. Nec fraudare suo ueteri nomine. Furto aliquem. Asc.

quem. Asc. 65. Sic fraudauerit furto, ut ne pilos quidem in corpore spoliatis reliquerit.

Frequentare, proprie est frequentius aliquid reddere. interdum est etiam sæpius cum aliquo esse & aliquid aliqua re: & aliquid simpliciter frequentamus. Cæs. 224.. Sagittarijsq; ex omnibus nauibus Ithyreis, Syrijs, & cuiusq; generis ductis in castra compluribus, frequẽtabat suas copias: id est, complebat, frequentiores reddebat. Domum alic. Sall. 5.. Quæ domũ Catilinæ frequentabat: id est, uentitabat.

Frigere, est proprie frigidum esse. Ter. 145. Abi, tange, si non totus friget, me eneca. sed quoniam qui in re agenda assiduus est, calere dicitur: ita qui cessat ab opere, frigere rectè dici potest. ut in fam. 110. Quod tibi supra scripsi Curionem frigere, iam calet. cui Cic. respondet per uerbum conglatiare. Ita Iudicia. 1. uol. orat. 121. Cum omnia iudicia frigerent: id est, ius non diceretur. Item Ter. 30.. Homines hic frigent. Item Ter. 35.. Vbi friget, huc euasit: id est, cum nihil aliud habuit, quod diceret. Venerem uero frigere sine Cerere & Baccho. Ter. 41. Sine Cerere & Baccho friget Venus, propterea dixit, quia omnis eiusmodi uoluptas in calore sanguinis constituta est.

Frui, proprie est, inquit Do. uoluptatem capere ex usu. Honoribus. Att. 285.. Sed etiam beneficijs, atque honoribus, ut participes frui quantis uellemus. Voluptate. Ter. 53.. Nec fas esse mihi me uoluptate hic frui. aliquando est pro ali. Ter. 98.. Agelli hic sub urbe est paululum, quod locitas foris, huic demus, qui fruatur: id est, quo alatur.

Fugare, est fugam facere. in fam. 66. Si forte ea res poterit aduersarios fugare, in eo maxime spes est.

Fugere. Præter notam significationem, quæ est in celeritate posita, interdum pro nescire ponitur, idq; tantum est, cum de intellectu agitur. In qua significatione dicimus aliquid

aliquem fugere, interdum pro uitare, & ad quædam etiam alia se accommodat, ut in exemplis. Ex aliqua re. Cæs. 88. Qui ex ipsa cæde fugerunt. E conspectu alicuius. Ter. 104. Si quando ad eam accesserat cõfabulatum, fugere è conspectu illico: id est, ausugere. Aliquid aliquem. Cæs. 139.. Neq; uero id Cæsarem fugiebat. Cic. 1. uol. orat. 205.. Verum hoc amentem hominem fugit. Rationem aliq. Pl. 6. Fugit te ratio. So. utinam istuc pugni fecissent tui. In quibus locis est pro nescire, ignorare. Iniuriam. offic. 6. Nec uero rei familiaris amplificatio nemini nocens uituperanda est, sed fugienda semper iniuria est: id est, uitanda. Inuidiam alicuius rei. Attic. 161. Nec quomodo suorum ciuium inuidiam effugeret: id est, uitaret. Recordationes. Att. 190.. Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio à te admonendo. Nuptias. Terent. 18. Recte ego semper fugi has nuptias: id est, recusaui. Autoritatem. Terent. 33.. Nunquam defugiam autoritatem. Satietatem rei alic. est prouidere, ne satietatem auditori creemus. 1. uolum. orat. 199.. Sentio iud. moderandum mihi esse iam orationi meæ, fugiendamq; uestram satietatem. Speciem rei alicu. in orat. lib. 180. Illud Theophrasto accidisse quod dicitur, cum percunctaretur ex anicula quadam, quanti aliquid uenderet, & respondisset illa, atque addidisset, hospes non potes minoris, tulisse eũ molestę, se non effugere hospitis speciem cum ætatem ageret Athenis. Vinum. de off. 70. Qui uinum fugiens uendit sciens. ubi No. dicit deterius fieri.

Fulgere Iouem. 3. uol. orat. 33. Ioue fulgente cum populo agi nefas esse.

Fulgurare Iouem. 2. uol. phil. 117. Ioue tonante, fulgurante comitia populo habere nefas.

Fundare. Et si magis fundum est nauis, dolij: fundamentum uero ædium, tamen ueteres tam fundare naues, quàm ædes dixerunt

dixerunt. quod Laurentium Vall. aliquando negasse nollem. Laurẽt. quin etiam ad familiam, & imperiũ transfertur. Carinam. Vall. Plaut. 157.. Nunc hic carina satis & fundata est bene, & statuta. Nauem. Plaut. 157.. Facile esse nauem facere, ubi fundata, & constituta est. nam apud Virg. aliud est fundare nauem anchoras. ubi ait: Anchora fundabat naues: id est, naues in anchoris consistebant. Imperium. Cic. 3. uolum. orat. 61. Illud uero sine ulla dubitatione maxime nostrum fundauit imperium. Familiam. 2. uol. orat. 232.. Subitas fundatissimæ familiæ ruinas.

Fundere, est proprie liquefieri, quoniam uero, quæ liquefacta sunt, facile sparguntur: pro spargere sæpius usurpatur, & ad quasdam alias significationes etiam se accommodat. Fœnerato aliquid aliquem. Plaut. 31. Næ ille ædepol fœnerato funditat. est cum quis plus legit, quàm fuderit. Superstitionem per gentes. 2. uol. phil. 139. Nam ut uere loquamur, superstitio fusa per gẽtes. quod potest effundere alibi dixit. in orat. lib. 201. Herbas. in orat. lib. 201. Sed ut segetes fœcundæ, & uberes non solum fruges, uerum herbas etiam effundunt inimicissimas frugibus. Aliquid ad aliq. 1. uolum. phil. 171. Cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam: id est, multos uersus faciat. Verba. Ter. 94. Obe, iam tu uerba fundis hic sapientia: id est, inaniter loqueris. Item. 1. uol. orat. 108.. Horrorem aliquem. Att. 122.. Dij immortales, qui me horror perfudit. est horrore corripi. ubi uides horrorem fundere aliquem, cum magis aliquis horrore fundatur, ut humus floribus, uino mensa funditur.

Fungi, idem est, inquit Laurentius Vall. quod officium, munusq; ago. additur tamen & officio arbitratu nostro, dicimus uero & officium fungi. Officio. de offic. 48. Neque enim uerbis auget suum officium, si quo forte fungitur. Ter. 32. Ita attente tute illorum officia fungere. Item. 87. Ita Mu-

nere,& munus.in orat. lib. 170. Est quidem Atticus, quoniam certe Athenis est,& natus & mortuus,& functus omni ciuium munere. Plaut. 12. Teq; absente hic munus fungitur tuum:id est,uicem tuam gerit. Laboribus. 1.uol.phil.19. Eadem fortitudinis ratio reperietur, nam neq; laborum perfunctio,neq; perpessio dolorum per se ipsa allicit,& c. Periculo.3. uol.orat.5. Sed recito memoriam perfuncti periculi prædicatione amplissima & c.

G

GAnnire, proprie est ueluti prolatus uapulantium,Don. ait.No. uero ait Varrone autore canum esse, cui Sex. assentitur, dicit enim gannitionem querulam esse canum murmurationem. Item Nictit canis in odorandis uestigijs ferarum leniter ganniens.Ter. 89. Quid ille gannit?

Garrire,est inaniter loqui,Don.ait super istud Ter. Garris, unde id est? Nugas.Pl.44.Soleo ego garrire nugas.

Gaudere.Gaudemus proprijs,gratulamur alienis,inquit Do. & re, & rem gaudere uetustiores dixerunt. Animum. Terent.37..Et quia consimile luserat iam olim ille ludum,impendio magis animus gaudebat. Gaudium. in fam. 112.. Puto ut suum gaudium gauderemus.Item Ter.23.Nam hunc scio meæ solide solum gauisurum gaudia. Aliq.in sinu.1.uol. phil.201..Quoniam hæc plausibilia non sunt,ut in sinu gaudeant,glorioſe loqui desinant.Ita Secum tacitum aliq.Ter. 103.Ita me dij ament,haud propterea te rogo, ut hoc proferam,sed ut tacita mecum gaudeam.

Gemmare,transtulit Cic.ad uites.in orat.lib.157.Nam gemmare uites,luxuriem esse in herbis,& c.

Gerere. Neque hoc uerbum parum contulit ad Latinæ facultatis copiam, ut aliqua ex parte nostris exemplis uideri poterit.

poterit. Magistratum. 3. uolum. orat. 20. Vt suis munitus tuto in foro magistratum gereret. Consulatum. 3. uol.orat. Habebat inimicum C. Marium conseruatorem patriæ,sextum iam illum consulatum gerentem. Præturam. Plaut. 89. Iam tu autem nobis præturam geris? Potestatem. 1.uolum. orat. 136. Qui per largitionem magistratus adepti sunt, dederunt operam, ut ita potestatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent. Remp.Cæs.215. Neque ullam partem Reip.satis commode geri. in fam. 2. de off. 15. Ita Suam. Ita Alienam. Terent. 139.Negotium.in fam.204.. Quominus susceptum negotium pro tua fide, & diligentia ex uoluntate Cæsaris, qui tibi rem magnam, difficilemq; commisit, gerere possis. Societatem. 1.uolum.orat.2.. Quasi ij,qui magna fide societatem gerunt. Bellum cum aliquo.3.uol.orat.3.. Qui cum omnibus salutis meæ defensoribus bellum esse gerendum sibi iudicauerunt. Asc.27. Comitia.2.uolum.phil.193. Nihil omnino actum esse de nobis, præterquàm quod comitia illa essent armis gesta seruilibus:id est,habita. Animum infirmum.Ter.107.. Quia enim qui eos gubernat animus,infirmum gerunt:id est, habent. Animum parem. Sall. 49. Hortatur ad cætera, quæ leuia sunt, parem animum gerant.de off.123. Gere igitur animum laude dignum:id est,habe,ostende.Pl.105. Sed satis animum syncera mente geres.Cum cura aliquid.Pl.220. Face hanc rem cũ cura geras.Amicitiam.in fam.38.Quare potes doctissimis hominibus autoribus,quorum sunt de amicitia gerenda præclarissime scripti libri,genus hoc totum orationis tollere.Inimicitias.3.uol.orat.44.Neq; enim mulieres unquã inimicitias mihi gerendas putaui.Itẽ.1.uol.or.65.. 67..Att.268.Simultates cum aliquo.Asc.26..Cum hoc autem Metello postea Cicero simultates gessit.Iram.Ter.107.. Pueri inter sese pro leuibus noxis iras gerunt.Item Plaut.186..

209. Formam *alterius.Pl.1. Mercurius formã Sosiæ seruũ gerit absentis.* Similitudinem *alicu.de offic.55. Nec illi quidem septem,sed ex mediorum officiorum frequentia similitudinem quandam gerebant,speciemq; sapientum: id est,in omni re sapientes quodammodo imitabantur.* Immanitatem *belluæ.de offic.68. Quid enim interest utrum ex homine se conuertat quis in belluam?an in hominis figura immanitatem gerat belluæ.* Se.*3.uol.orat.20. Quo se pacto gerũtur. Sall.49. Vt sese uictus gereret:id est, faceret.* Se perdite. *Att.136. Qui hic potest se gerere non perdite.* Morem *alic. Ter.28. Mos gerendus est Thaidi.Ita* Animo *suo.Ter.15. Atq; animo morem gessero.* Morigerari *dicit Pl.47. Ei uos morigerari mos bonus est.Ter.81.* Pudorem.*Pl.202.. Meretricem pudorem gerere magis decet quàm purpuram: id est,uti pudore magis, quàm purpura.* Rem.*Cæs.60. Varenus gladio cominus rem gerit:id est, pugnat. Plaut.153. Sed tace atq; hanc rem gere:id est,fac. Item Ter.46. Reuiso quidnam hic rerum Chærea gerat:id est,agat.* Res *magnas.in fã. 100. Nam & Q. Maximus,qui filium consularem uirum,& magnis rebus gestis amisit.*

Gestire. *Gestit, qui subita felicitate exhilaratus nimio corporis motu præter consuetudinem exultat,inquit Sex. Do. uero dicit proprie est sensum corporis gestu indicare, atque à pecudibus ad homines esse translatum. Ter. 36. Qui me sequatur, quò eam rogitando obtundat, enecet quid gestiam, aut quid lætus sim,quo pergam,unde emergã. Item Quid est,quod sic gestis?* Lætitiam *dixit Cic.1.uol.phil.211..Lætitia ut adepta iam aliquid cõcupitum efferatur,& gestiat.Plaut.etiam ad pugnos ad scapulas translulit.5..Pugni gestiunt.23..Ego mirabar quod dudum scapulæ gestibant mihi.* Animum.*Att. 27. Quod gestiat animus aliquid agere in Rep.*

Gignere, *est procreare,sed ab animalibus ad multa etiam alia transfertur.*

transfertur. Blandimenta.*3.uol.orat.46. Multa enim nobis blandimenta natura ipsa genuit.* Copiam *dicendi.in or. lib.188. Quisquis est ille,si modo est aliquis, qui non illustrauit modo,sed etiam genuit in hac urbe dicendi copiam.* Morem. *Plaut.187. Quia nolebam ex me morem prægigni malum.* Morbos, *& ægrotationes.1.uol.phil.215. Itaque illa duo morbus & ægrotatio ex totius ualetudinis corporis conquassatione & perturbatione gignuntur.* Animum.*2.uol. phil. 199. Animum igitur cum ille procreator mundi deus ex sua mente, & diuinitate genuisset.* Opiniones. *1. uolum. phil. 200. Tum opiniones, adsensionesq; firmæ,ueræq; gignuntur.*

Glíscere. *Aliquid.Pl.31..Pulchre hoc gliscit prælũ:id est,crescit.* Copiam *uoluptatũ dixit Ci.in Hortensio, autore No.*

Gloriari *& re,& de re.2.uol.orat.263. Num de T.Corũcano municipe suo, num de tot Fabijs gloriari?* Insolenter. *Att.12. Non enim mihi uideor insolenter gloriari.*

Glubere *aliquid .de re rust. 40.. Durities enim illorum non solum stringit baccã,sed etiã ramos glubit:id est,detegit,corticem demit.*

Grandire. *Verba omnia aut transitiua sunt,aut intransitiua. quædam etiam utranq; naturam seruant, quorum duplex est ratio:eorũ enim quædã transitiua fiunt,quasi se exponendo per uocẽ sui effectus additã.ut uiuere,dormire,ire:ut si dicas uiuere uitam,dormire somnum,ire longã uiam.quædam uero sunt, quæ nihil ad se respiciunt:ut in hoc uerbo grandire.* Fruges *uirgulta & quædam alia.de re rust.18. Vtique ut fruges, frumenta,uineta,uirgultaq; grandire, beneq; euenire sinas. nunc intransitiue est.* Gradum *alicui. Pl.33. Testudineum istum tibi ego grandibo gradum.nunc transitiue.*

Gratulari, *ut alieno gratulemur,nobis uero gaudeamus,iampridem nemo non nouit. uerum cum nobis gratulemur ipsi,*

eius nomine id facimus, quem nostra causa lætari certò scimus: dicimus uero alicui rem, de re, & re aliqua gratulari. Libertatem recuperatam. 3. uol. orat. 166. Cæsare interfecto, inquit, statim cruentum alte extollens M. Brutus pugionem, Ciceronem nominatim exclamat, atque ei recuperatam libertatem est gratulatus. Victoriam alicui. 1. uol. orat. 69.. Appellat hominem, & ei uoce maxima uictoriam gratulatur. Teren. 30. Salutant, ad cœnam uocant, aduentum gratulantur. ubi Do. ait tamen aduentum accusatiuum pro datiuo. De re. Att. 52.. Quam mihi absenti de reditu nostro gratularer. Re aliqua. Att. 79. Qui etiam mihi gratulatus es illius diei celebritate. in fam. 43. Complexus igitur sum cogitatione te absentem, epistolam uero osculatus, & ipse mihi gratulatus sum: gratulatus inquam nunc sibi est, quasi eius nomine, quocum agit.

Gratificari, est gratum facere alicui, inquit No. & alicui, & aliquid alicui gratificamur. Alicui. de offic. 9.. Nam & qui gratificantur cuipiam. Aliquid ali. Sall. 26.. Nisi forte quem inhonesta, & pernitiosa libido tenet, potentiæ paucorum decus, atq; libertatem suam gratificari. in fam. 17. Cur tibi hoc nõ gratificer, nescio: id est, in hoc obsequar.

Grauari aliquid facere. 2. uol. orat.. 41. In eo non esse grauatos homines prodire hora tertia in campum. Item in orat. lib. 93. Ego uero, inquit, obsequi studeo, neq; grauabor qd quaq; de re sentiam dicere. de off. 98..

Graueſcere, aliqd est grauius fieri. Morbum. Ter. 108.. Male metuo ne Philumenæ magis morbus aggraueſcat. non satis ego auderem dicere Catonem senectute graueſcentem, sed semper quod onus affert, id & graueſcere, & ingraueſcere tantum dici arbitrarer.

Gubernare aliquid. 1. uol. orat. 40.. Cum solus Remp. gereret, orbemq; terrarum gubernaret. Ita Petitionem aliq. 3. uol.

3. uol. orat. 106. Sed ita totam ut petitionem ipse solus etiam inuitis illis gubernares. Iter. in fam. 28. Sed tamẽ iter meũ Resp. & rerum urbanarum ratio gubernabit: id est, ad Reip. rationem iter meum faciam.

Gustare. A gustu uerbum deriuatur, estq; leuiter aliquid attingere, sed ad alia transfertur non inepte. Mentes hominum. in orat. lib. 104. Teneat oportet uenas cuiusq; generis, ætatis, ordinis, & eorum, apud quos agit, aut erit acturus, mentes sensusq; degustabit. Att. 12. Degustes pauca uolo ex altercatione nostra. Philosophiam. 2. uolum. phil. 6. Hunc censes primis (ut dicitur) labris gustasse philosophiam: id est, naturæ rationẽ. Præcepta de re aliqua. in orat. lib. 96.. Nam de actione & de memoria quædam breuia, sed magna cũ exercitatione præcepta gustassem. Sermonem alicuius. Pl. 128. Herus meus hic quidem est, gustare eius sermonem uolo. Sensus hominum. uide mentem.

H

Habere. Hoc est tertium ex ijs uerbum, quæ sua copia maxime Latinã orationem locupletasse dicebã. uideamus ergo quanta cũ cõstructionis, tum etiã significationis uarietate Latinum sermonem adauxerit.

HABERE.

Absolutum aliquid. Att. 328.. Quod me hortaris ut absoluam, habeo absolutũ. Acceptum aliquid ab aliquo. de off. 42. Nam si quis ab ineunte ætate habet causam celebritatis, & nominis, aut à patre acceptum &c. Acerbitatem. de off. 27.. Quod acerbitatis habet obiurgatio. Actionem. 1. uol. orat. 291.. Vt si qui me exire domo mea coëgisset armis, habere actionẽ, si qui introire prohibuisset, non habere? Itẽ. 229. Acumen. in or. lib. 186.. Studij ille quidẽ habuit nõ multũ, sed acuminis & orationis satis. Ad manum. in or. lib. 164.

Quem

Quem seruum sibi ille habuit ad manum, est eius opera uti in scribendo. Ad omnia. Attic. 70.. Habes ad omnia: id est, rescriptum est ad omnia infra. Ad primam epistolã. Att. 132.. Habes ad primam epistolam. Ad rem sese. Ter. 9.. Prius, qui tuum, ut sese habeat animum ad nuptias, perspexerit. Aditum ad aliq. Att. 60. Tum uelim, & Fabium, si quem habes aditum, odorere. & actiue nunc positum est. Item Cæs. 144. Reliqua quarta est, quæ aditum habet à terra. nunc passiue: id est, ad quam adiri potest à terra. Addictum aliq. alic. 1. uol. orat. 124.. Precio habere addictam fidem, & religionem. Admirationem aliquid. 3. uol. orat. 135. Vide quæso, ne tua diuina uirtus admirationis plus sit habitura, q̃ gloriæ. Item in fam. 95. In orat. lib. 197. in fam. 68. Vbiq; passiue: id est, quod alijs admirationem moueat, quod alij admirentur. Ambiguum. in fam. 173.. Ego tamen non habui ambiguum: id est, non dubitaui. Altercationem. in or. lib. 179. Nulla est enim altercatio clamoribus unquam habita maioribus. Angustè se aliq. 1. uol. phil. 245.. Reliqui, qui habere se uidentur angustias, enatant tamen. Animum magnũ. de off. 61. Quæ Camensi calamitate accepta maiores animos habuit. Annum plenum ad aliquid. 3. uo. orat. 106. Sed ut haberet, quod ipse dicebat ad præturam gerendam, hoc est ad euertendam Remp. plenum annum, atq; integrum. Apparatum. in orat. lib. 189. Quæ si minorem habẽt apparatum. Anxium aliq. Cæs. 240. Mirificè enim hostiũ leuis armatura anxium exercitum nostrum, & solicitum habebat. Appetitus. de offi. 35. Partim animalium, quæ habent suos impetus, & rerum appetitus. Arctè aliq. Plaut. 20. Quãquàm illum mater arctè, contenteq; habet. Argumentum. de offic. 50.. Quid habent argumenti? Artificium. 1. uolum. orat. 248.. Qui aliquid formæ, ætatis artificijq; habebãt. Item 250. Aspectum deformem. de off. 25.. Quæ autem partes corporis

corporis ad naturæ necessitatem datæ aspectum essent deformẽ habituræ, atq; turpem, eas cõtexit, atq; abdidit. passiue: id est, quæ turpiter uiderentur. Autorem. 2. uo. phil. 128.. Neminem autẽ habemus autorem. Itẽ. 2. uol. orat. 157.. Itẽ. 1. uo. or. 138. Autoritatem. in fa. 2.. Nos in causa autoritatẽ eo minorẽ habemus, quòd tibi debemus. Item. 2. uol. or. 154.. Itẽ. 1. uol. or. 279. Auxilia. Att. 273.. Maxima auxilia haberes.

B

Belle se aliq. in fam. 130. Terentia minus belle se habuit. Attic. 74. Cum ego me non belle haberem. Bene ac pudice. Pl. 67.. Bene, & pudice domi me habuit. Item Att. 27.. Bonum & æquum. uide æquum.

C

Casum magnum rem. in fam. 154.. Magnumq; habet casum. uulgò e in gran pericolo. Carum aliq. Att. 35. Pomponius amat nos, carosq; habet. Castra. Attic. 79. Cum dies quinq; ad Cibustra Cappadociæ castra habuissem, certior sum factus &c. Catenas. 1. uol. orat. 258. Catenas habebat hospes tuus Aristeus Dexionis filius: id est, in catenis custodiebatur. Causam. de offic. 58. Hanc causam habebat ad iniuriam. Cautionem. de offic. 9.. Sed habet multas cautiones. passiue: id est, in quo multa cauenda sunt. Censum. 1. uol. orat. 135. In censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ. Item. 135.. Certum. in fam. 70.. Non habeo certum, quæ te res huc maxime trahat. Item Att. 7.. 36.. Ciuitatem. 3. uol. orat. 59. Qui fundi populi facti non essent, ciuitatem non haberent: id est, ciuem fieri. Cognationẽ cũ aliq. 2. uol. ph. 115. Cum rerũ autem natura quam cognationem habent? Cognitionem. 1. uol. phil. 132.. Et cognitionem habent facilioré. Item in orat. lib. 146. Quæ cognitionem habeat facilem utrobiq; passiue: id est, cognitu facilius. Cognitum. 1. uol. phil. 7.. Nihil haberet comprehensi, percepti, cogniti, constituti.

constituti. Item.65.. de offic.106. Collectum aliquid. 1. uol.orat.66. Habet existimationem multo sudore, labore, uigilijs collectam. Colloquia. Cæs.165. Crebraq; colloquia inter se milites habebãt. Commendationem. Cæs.207.. Qui aliquam formæ, atque ætatis commendationem habebant. paßiue. Item in orat.lib.194. Commendatum aliquid. in fam.156.. Meam dignitatem cõmendatam habeas rogo. Commercium. de offic.85.. Nec habet ullum cum uirtute commercium. Comitia. Att.44.. Qua de re quoniam comitia habita sunt. Item in orat.lib.169. Commissuras. 2.uolum. phil.54. Quæ subiecta corpori mirabiles commissuras habent. Comitatem sermonis. de offic.22.. Nullam comitatem habuisse sermonis. Compedes. Ter.128. Vsque mo-lendum esse in pistrino, uapulandum, habendæ compedes. Compertum. Sall.10. Neque exercitus Manlij quantus, aut quo consilio foret, satis compertum habebat. esse uero compertum aliquid alicui ego fateor non legisse. Comprehensum. uide cognitum. Conceptum aliquid animo. 1. uol. phil.65. Nisi mihi uiderer habere bene cognitam uoluptatem, & satis firme conceptam animo, atq; comprehensam. Conciliatum aliquid. in fam.20. Habemus hæc omnia, bonorum studium conciliatum ex tribunatu. Concitationem. in orat.lib.127. Quarum altera concitationem habet, altera commendationem: id est, ualet ad concitandum, ad cõmendandum. Conditionem. 3.uol.orat.132. Quæ & naturam, & conditionem, ut uinci possent, habebãt. Conditionem ab aliquo. Att.254.. Quòd à Cæsare tres habet conditiones: id est, tripartiti. Conductum aliquid. 1.uol.orat.303. Qui colonus habuit conductum de Cesennia fundum. Item. 2. uol.orat. 54.. 1.uol.or.158.. Confusum aliquid. 1.uol.phil.130. Hãc initio constitutionẽ confusam habet, & incertam. Coniunctum cum causa. in fam.185.. Tuos etiam clientes transpadanos mirifice coniunctos cum causa habebamus. Ita Cum uirtute. de offic.2. Vt nihil habeat cum uirtute coniunctũ. Consilium de re. Sall.23.. Non ea consilia de Rep. habuissent. Constitutum aliquid. in fam.144.. Ego Plance necessitudinem cõstitutam habui cũ domo nostra &c. Concionem. Att.9.. Clodius miseras conciones habebat. in orat. lib.193.. 3.uol.orat.261. Conuersum aliquid. uide demonstrationem infra. Copiam. 2.uol.orat.9. Vtinam Quirites uirorũ fortium, atq; innocentium copiam tantam haberetis, & copiã uberrimam ad laudandũ. in orat.lib.140.. Copulatum aliquid alic. 2.uol. phil.138. Aut quid naturæ copulatum habuit, Alcibiadis quod scribitur somnium? Culpam. Pl.254. Meã culpam habeto, nisi perexcruciauero. Cupiditates. uide lætitias. Cursum. Cæs.174. Quin aliqua ex parte secundum cursum haberet. Cumulatum. de offic.36.. Ea quæ natura desiderat, expleta, cumulataq; habeamus.

D

Defensionem. in orat.lib.232.. Ea defensionem contra crimen in legitimis iudicijs non habent. paßiue: id est, defendi non possunt. Delectationem. in fam.68. Habet enim præteriti doloris secura recordatio delectationem: id est, affert. Item de offic.27.. Animaduertendum est etiam quatenus sermo delectationem habeat: id est, quousq; delectet. Delectum. de offic. 30. Habere delectum ciuis, & peregrini. Item offic.61. Et sic habebitur is, quem exquirimus, delectus officij. Deliberationem. Att.102. Habet enim res deliberationem. Deliberatum. 3.uol.orat.168.. Sic habuisti statutum cum animo, ac deliberatum. Demonstrationem conuersam. 1.uol. orat. 230.. Cõuersam iam habent demonstrationẽ suam: id est, contrariũ demonstrant, atq; ostendebant ante. Depositum aliquid apud aliq. 1.uo.or.206. Apud aliũ quoq; eas habuisse depositas? Depopulationes. 3.uol.or.199. Totũ iter Antonij quid

nij quid habuit? nisi depopulationes? Despicatum aliq. Pl.70.. Vir me pessumis meus habet despicatum modis. Ter. 33. Quæ nos nostramq; adolescentiam habent despicatam. Dicere.2.uol. phil.14. De dijs neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere. Item.3.uol.orat.61. Ita polliceri.in orat.lib. 131. Necesse habemus dicere, & est posse. Dictum.Pl.220.. Satis iam habeo dictum.3.uol.orat.204.. De Cæsare satis hoc tempore dictum habeo. Difficultatem. in orat. lib.167. Qua re quinq; artium concursus maximarum quantam uim, quantamq; difficultatem habeant, existimari potest. paßiue. Dignitatem.in orat.lib.110. At dignitatem docere non habet. In aliquo.3.uol.orat.38. Eam semper in M. Cælio habitam esse summam. Discrimen. in fam.96. Et ille cum omnis Resp.in meo capite discrimen esset habitura. Dissimilitudinem. in fam. 25. Genus institutorum & rationum mearum dißimilitudinem nonnullam habent cum illius administratione prouinciæ. Dispersum aliquid.ad Her.6.. Et dispersas habere debet. Disputationem. 1. uol.phil. 175. Velut ex disputatione, quæ mihi nup habita est in Tusculano. Diuisum aliquid inter se.1.uol.phil.136.. Et quasi partita habeant inter se, & diuisa momenta. Dominationem.ad Her.30. Ne magnam nimis in nos habeat dominationem. Dolores. Att.4. Terentia tua magnos articulorum dolores habet.2.uol.orat.145. Habet magnum dolorem, unde cum honore decesserit, eodē cū ignominia reuerti. Dubitationem. in fam.154.. Nam quæ res nullam habeat dubitationem.1.uol. phil.130.. Quod quanquàm dubitationem non habet. Item de off.36. Paßiue ubiq;: id est, de quo non dubitatur.

E

Edictionem alicui. Plaut.183. Heus uobis mulieres hanc edictionem habeo: id est, impero hæc uobis. Effugium. 2.uol. phil. 50. Aliàs habere effugia pennarum. Emissionem. 1.uol.ph.

1.uol.phil.187. Vt enim balistæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eò grauiores emißiones habent, quò sunt contenta atq; adducta uehementius. Aemulum. Att.93.. Licebit eum solus ames, me æmulum non habebis. Aequitatem. de off. 30. Quam enim habet æquitatem? Aequum, & bonum.1. uol.orat.297. Cum se in causa putant habere æquum & bonum quod defendant: id est, honestum. Aes alienum.in fa. 63. Itaq; nunc me scito tantum habere æris alieni, ut cupiam coniurare, si quis me recipiat. Item.1.uol.orat.202. Heius iste num æs alienum habuerit? Escam optimam. 2.uol.phil.58. Sus uerò quid habet præter escam? paßiuè: id est, quod præbeat ad edendum. Euentus bonos. Sall.4.. Sed postquàm L. Sylla armis recepta Repub.bonis initijs malos euentus habuit. Excogitationem. in orat.lib.119.. Excogitationem non habent difficilem: id est, inuentu sunt facilia. Excusationem. Att.128.. Omnia sunt integra nobis, nihil prætermißum est, quod non habeat sapientem excusationem, non modò probabilem. Item in orat.lib.95. Stultitia autem excusationem non habet. Item Att.33. Habet etiam Campana lex excusationem in concionem candidatorum. paßiuè: id est, non quòd excuset, sed quòd excusetur. Exemplum. 2.uol.orat.140. Domesticum tibi habere dixisti exemplum ad imitandum. Item in orat.lib. 25. 28. Exercitum. Att.76. Et cum exercitum noster amicus habeat. Sall.4.. Exitum bonum.2.uol.phil.78. At nunquàm bonos exitus habent boni. Ita Infelicem. in fam.23.. Difficilem. Att.42. Et exitus difficiles haberet. meliores. in fa.27.. ita in multis. Expectationem. Att.112.. Nunc has expectationes habemus duas. actiuè: id est, expectamus hoc, & illud. Item in fam.68. At uiri sæpe excellentis ancipites, uarijq; casus habēt admirationem, expectationem, lætitiam, molestiam, spem. nunc paßiuè est. Expertem aliq. rei alic. Pl.187. Quapropter expertem amoris nati te habuerim. Expertum. in

famil.158.. Quantum autem in acie tyroni sit committendum, nimium sæpe expertum habemus. Expletum *aliquid. uide, cumulatum.* Explicatum. *in fa.78.. Habet explicatam, aut exploratam rationem salutis suæ.* Exploratum. *uide, explicatum. Item in fa.170.. Cæsarem hoc idem probaturum, exploratum pro singulari eius humanitate habeo. Item de off.67. Et pro explorato infrà.* Expurgationem. *Plaut.13.. Habui expurgationem, facta pax est.* Extra *catenas aliq. Ascon.31. Tigranem dimisit, & habuit extra catenas.*

F

Fabricationem *in re. in orat.lib.158. Ne illa quidem traductio, atq; immutatio in uerbo quandam fabricationem habere, sed in oratione.* Faciem *ad aliq. rem. Pl.159. Ad eam rem habeo omnem faciem: id est, teneo quicquid opus sit ad eam rem.* Factionem *rei alic. in fam.105. Quas instituit is, qui factionem testamenti non habuerit. quæ uox factio in hac significatione admodum rara est: cum creberrimè in altero significatu reperiatur.* Facultatem *aliquid agendi. in fa.74. Quiq; magnam facultatem sis habiturus nobiscum, & cum omnibus tuis uuendi. nunc est potestas. Item in fa.7. Et si res facultatem habitura uideatur, ut Alexandriam, atque Aegyptum tenere possis, esse, & tuæ & nostri imperij dignitatis. nunc est quasi facilitas.* Famam. *Att.278.. Nullas adhuc à te literas habebamus, ne famam quidem.* Febrim. *in fam.107.. Quia febrim non haberem.* Fidem *alicui.25.. Nam si sciat noster senex fidem non esse huic habitam. Cæs.7. Cui summā rerum omnium fidem habebat: id est, fidebat. Ter.27. Si fidem habeat. uulgò se sia securo.* Fidem. *in fa.83.. Debet habere fidem nostra prædictio. passiuè: id est, digna est, cui fides adhibeatur.* Fidem *alicuius spectatam. 1.uol.orat.36.. Ad meam fidem, quam habent spectatam iam, & diu cognitam.* Filium *ex aliquo. Pl.43. Filiam ex te tu habes, quia adoptiui non sunt filij ex nobis.* For

matum

matum *aliquid. 2.uol.phil.137. Vt quæ nunquam uidimus, ea tamen formata habeamus.* Fructum. *Att.16. Fructum do mesticum non habet.* Frustra *aliq. Plaut.1. Is aduenientes seruum, & dominum frustrà habet.*

G

Gratiam. *in famil.235. Huic utinam aliquando gratiam referre possimus, habebimus quidem semper.* Aduersum *aliq. Terent.2. Et id gratum fuisse, aduersum te habeo gratiam: id est, apud, Don. ait.* Ab aliquo. *in orat.lib.148.. Atq; hanc ab ijs habeo gratiam. nunc est impetrare.* Gratulationem. *3.uolum.oration.120.. Tamen omni in hominum cœtu gratijs agendis, & gratulationibus habendis, & omni sermone celebramur.* Grauitatem. *2.uolum.philos.192. Nam grauitatem res habet, cum frequens ordo est. in orat.lib.195..* Gratum *aliquid. Cato apud Gell.52.. Alijs' que rebus gratissimum id eius factum habuere.*

H

Honorem. *Modò est eius qui habet, modò cui habetur. interdum pro pretio etiam ponitur. 1.uol.orat.276.. Hunc præsentem ijs affecit honoribus, quos habuit amplissimos. nunc est eius qui habet. in orat.lib.154.. Cui tantus honos est habitus: id est, in tanto honore fuit: & est cui datur. Item.169.140.. 1.uolum. orat.205. 1.uol.orat.277. Quibus, neque propter iracundiam, fidem: neq; propter infidelitatem, honorem habere debetis. Item in fa.259.. Curio missi, ut medico honos haberetur, & tibi daret, quod opus esset. 1.uol.orat.36. Nonne satis fuit his gratias agi? deniq;, ut perliberaliter ageretur, honoris aliquid haberi? nunc pretium, & mercedem significat.*

I

Iactationem. *in orat.lib.198. Sed ornata uerbis, atque sententijs iactationem habuit in populo: id est, populo accepta fuit.* Incertum. *Sallust.67. Nam postea quæ fecerit, incer-*

tum habet. Incusationem uitiorum. in orat. lib. 152.. Quorum partim habent uitiorum, & peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem, aut querelam. Indicem ali quid. de offic. 27. Sed cum orationis uocem indicem habeamus. Infamiam. 2. uol. orat. 164. Oppressus est C. Antonius: esto, habuit quãdam ille infamiam suam. Cæs. 71.. Latrocinia nullam habent infamiam: id est, non infames sunt, qui latrocinantur. Ignominiam. 3. uol. orat. 206.. Quam habet ignominiam? Imperium. Sall. 10.. Domi, militiæ, imperium, atq; iudicium summum habere. Implicatum re. in fam. 89. Etenim omnes Cæsaris familiares satis opportunè habeo implicatos consuetudine, & beneuolentia. Impunitatem. 3. uol. or. 118. Si uicisset, habiturus esset impunitatem, & licentiam sempiternam. Impune aliquid. Pl. 187.. Do Iouem testem tibi te ætatem impune habiturum: id est, liberam ab omni pœna futuram. Inimicum. 1. uol. or. 273.. Quorum animos iam antè habueris inimicos. Iniquitatem. in fa. 35. Quid habuit iniquitatis me scribere, ne facerent antequam ego &c. Inuidiam. 1. uol. orat. 206. Te minus inuidiæ habiturum. Inuitum aliq. aliquid. 1. uol. or. 208.. Qui illa non inuitus haberet. In amore. in fam. 161. Quem tu cum ciue acerrimo patre tuo in ore, & in amore semper habuisti. Ita In animo. in fa. 71.. Est autem consolatio peruulgata quidem illa maximè, quam semper in ore, atq; in animo habere debemus. Ita Petere. Att. 15.. Proficisci. in fa. 55.. Att. 124.. Rogaui, ut diceret quid haberet in animo, me nihil ab ipso inuito contendere: id est, quid uellet. In catenis aliq. Sall. 53. Dimidia pars exercitus si sibi permitteretur, paucis diebus Iugurtham in catenis habiturum. Incolumitatem. Att. 285. Nos incolumitatem habere. In consilio aliq. 1. uol. or. 123.. Quem habet in consilio. est uti eius consilio. In custodijs aliq. Sall. 16. Itemq; cæteri in liberis custodijs habeantur. In delitijs. 2. uol. phil. 96. Simia, quam rex Molossorum in

delitijs habebat &c. Plaut. 31. In delitijs palàm, quam habebat. Att. 87.. De publicanis quid agam, uideris quærere, habeo in delitijs, obsequor, uerbis laudo &c. est sibi illud charissimum esse. In decemuiris. in famil. 177. Quod in decemuiris neq; Cæsar, neq; ego habiti essemus. Indictum bellum. 1. uol. or. 174.. uide, bellum. In eximium aliq. Teren. 102. Vt in eximium habeam neminem? In loco alicuius. Ter. 52.. Amicam ut habeas propè iam in uxoris loco? In ludo. Cæs. 123. Gladiatores, quos ibi Cæsar in ludo habebat, in forum produxit. In manibus. 1. uol. phil. 39. Sed habeo opus magnum in manibus: id est, compono. In matrimonio aliquam mulierem. 1. uol. orat. 3. Nam P. Quintij consobrinam habet in matrimonio Næuius, & ex ea liberos. Item. 126.. In numero necessariorum. in fa. 205. Haberes eos in numero meorum necessariorum. In nominibus. Att. 124.. Respondit si quod in nominibus haberet, nescire quo loci esset, alios non soluere, aliorũ diem nondum uenire. ego enim habeo codicem, ubi legitur loco numis, nominibus: quæ lectio sanè magis placet. In ordine omnia. Pl. 189.. Iam instituta, ornata cuncta in ordine habeo, ut uolueram. In ore aliquid. de offic. Ipse autem socer in ore semper Græcos uersus Euripidis de Phœnissis habebat. uide itẽ in amore. In potestate. 1. uol. or. 235.. Accusatorũ, & quadruplatorum quicquid erat, habebat in potestate. In præfectis. Att. 93.. Hunc ego si in præfectis habuissem, quem tu hominem putares? In promptu aliquid. de off. 21. Sed pertinet ad omnem officij quæstionem in promptu habere, quantum natura &c. Item Sall. 3. In ridiculo aliquid. Pl. 214. Neque ab iuuentute ibi in ridiculo habitæ. Inimicitias cum aliq. Cæs. 164. Inimicitiasq; habebat etiam priuatas cum Cæsare ex ædilitate. Insidias. de off. 8. Quæ nihil habitura sit insidiarum. Intimum aliq. Terent. 27.. Tute scis post illa, quam intumum habeam te, & mea consilia, ut tibi credam omnia.

Instar *rei.de offic.54.* Vix minimi momenti instar habeant.1. uol.orat.254. Inuidiam.1.uol.orat.206. Quod quia uidisti plures scire,cogitasti si ei reddidisses, te minus inuidiæ habiturum.in orat.lib.133.2.uol.orat.80. Ex aliquo. *in orat.lib. 133.* Vt cum Scaurus nõnullam haberet inuidiam ex eo.utrunq; passiuè, nam actiuè est inuidentia. Iracundiam *alic.rei. in famil.157.* Iracundias autem harum rerum recentes habebant, quòd Lepidum castigare non desiteram. Iudicium. *in fa. 212.* Quod si feceris, non dubito quin postea in eo diligendo, cæterisq; commendando,idem,quod ego, sis iudicij & uoluntatis habiturus:id est,mecũ sentire. Sall.10.. Domi militiæq; imperium,atq; iudicium summum habere.nunc est constituere, iudicare. Ius aliquid agendi. Att.133. Sed memento præter Appium neminem esse ferè, qui non ius habeat transeundi. Capito ex Gell.181. Habere ius uocandi.de offi.2. Ius disputandi. Iussum. 3. uol.orat. 62.. Nullum Po.nostri iussum Gaditanos habere.

L

Labem. *de offic. 69.* Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? Laudem.*in orat. lib.169.* In uniuersa eloquentia laudem non habet.Item.140.Non habent in se ueram laudem. Lepôrem. *in orat.lib.132.* In uerbis habe lepôrem omnem. Leuationem.1.uol.ph.174.. Agamus hæc,& ea potissimum, quæ leuationem habeant ægritudinum, formidinum,cupiditatum. Licentiam. 2.uol.orat.128.. Tamen ne ab ipso propter periculum nostrum uideamur habere licentiam fingendi,publicis literis testata sunt omnia. Literas *ad aliq. Att. 30.* Tu si hanc ad Sycionios habes aduola in Formianum. Loco prædæ.Cæs.152.. Atq; haberet loco prædæ.Ita Hostium. Cæs.153.Se in hostium habiturum loco. ita patris, fratris &c. Loco eodem aliq. Cæs. 9. Qui si iuuissent se eodem loco illos, quo Heluetios habiturum. Ludibrio aliq.

Ter.

Terent.103.. Sed quam decrerim me non posse diutius habere,eam ludibrio haberi Parmeno. Plaut.159. Lumen rei.1. uol.phil.149.Philosophia iacuit usq; ad hanc ætatem,nec ullum habuit lumen literarum latinarum,quæ illustranda,& excitanda nobis est. Libidinem procreandi.de offic.11. Vt haberent libidinem procreandi. Item in orat. lib.101. Lætitias. *in orat.lib.232.*. Suauis autem narratio est, quæ habet admirationes,expectationes,exitus inopinatos, si interpositos motus animorum, colloquia personarum,dolores, iracundias,metus, lætitias,cupiditates.

M

Magistrum. 1. uol. orat. 231.. Cum hæc agerem,repente ad me uenit Heraclius is, qui tum magistrum Syracusis habebat. Magistratum. de offic. 30. Qui magistratum habebunt. Mandatum ab aliquo.in famil.46.. Qui cum abs te mandatum haberet. Maturitatem. *in orat. lib.165.*. Cumq; ipsa oratio iam nostra canescceret,haberetq; suam quãdam maturitatem, & quasi senectutem.Item.193.Iam uidebatur illud in me quicquid esset, esse perfectum, & habere maturitatem quandam suam. Memoriam. Att.66.Sed tamen habet ædilitas eius memoriam non ingratam, & est pondus apud rusticos in patris memoriam. passiue nunc: id est, de qua homines recordantur. ad Hercul. 21.. Quorum memoriam si uolemus habere. nunc uero actiue: id est, recordari. Mercatum. 1. uol. phil. 229.. Pythagoram autem respondisse,similem sibi uideri uitam hominum,& mercatum eum,qui haberetur maximo ludorum apparatu totius græciæ celebritate. Merita.*in fa.159.*. Tu quoq;,cuius ille habet tanta merita,quãta nemo præter me. Metus. Sall.75.. Habendus metus est.in or.lib.232.. Miserum aliq. 2.uol.orat. 261. Cur igitur unus tu Apollonienses amantiss. Po. Rom. fi-

deliß. ſocios miſeriores habes, quàm &c. id eſt, facis. Miſſum. Pl.188.. Illa omnia miſſa habeo nunc. Moram. in fa. 188.. Habeo paululum moræ dum promiſſa militibus perſoluo. Mutationem. in famil.8.. Vt nullam mutationem unquam hac hominum ætate habitura res eſſe uideatur: id eſt, mutari quæ poßit.

N

Naturam. in orat.lib.191. Atq; hic à magiſtris parum inſtitutus naturam habuit admirabilem ad dicendum. Naturale aliq. in orat.lib.94.. Vt homines adoleſcentes ſi quid naturale fortè non habeant &c. Nauci. 2.uol.phil.108. Non habeo deniq; nauci Marſum augurem. Neceſſe aliq.facere.in orat. lib.244. In quibus non uerbum pro uerbo neceſſe habui reddere. Negotium. Terent.22. Dauo iſtuc dedam negotij. S. Non poteſt. P. Quî? S. Quia habet aliud magis ex ſeſe, & maius. de off.72.. Non eorum modò, qui Deum nihil habere ipſum negotij dicant. Neceſsitatem. 3.uol.orat.137.. Nam profectio uoluntatem habuit non turpem, remanſio etiam neceßitatem honeſtam. 2.uol.phil.112. Notitiam rei.2.uol. phil.160.. Itaque ex tot generibus nullum eſt animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei. Fœminarum. Cæſ.70.. Intra annum uerò uigeſimum fœminæ notitiam habuiſſe, turpißimis habent in rebus: id eſt, cum mulieribus conſueſcere. Cic.dixit cognoſcere adoleſcentem. uide in uerbo. Notatum aliquid animo.in orat.lib.120. Quæ uſu iam tractata, & animo quaſi habere notata uideamur: id eſt, optimè ea tenere. Numerum ſuum.1.uol.or.163. Si ſuum numerum naues haberent. Numeros omnes. de offic.33.Et, ut ijdem dicunt, omnes numeros habet.2.uol.phil.85. Quicquam poteſt eſſe caſu factum, quod omnes habeat in ſe numeros ueritatis? id eſt, ueriſſimum ſit. Numero aliquo aliq. in fa.226. Q. fratrem meum, ſi me diligis, eo numero cura, ut habeas, quo me.

me. Otium. Terent.115.. Otium à ſenibus ad potandum, ut habeam.

O

Obfirmatum. Pl.114. Ego iſtuc habeo obfirmatum. Obſtrictum aliq.aliqua re. Cæſ.3.. Et quamplurimas ciuitates ſuo ſibi beneficio obſtrictas habebat. Obtrectationem. in fa. 154. Quod habere poßit obtrectationem. paßiuè. Occultum aliquid.Sall.8.. Haud occultum habuit. Occupatum animum. in orat.lib.49. In quo animum debeat habere occupatum. Odium in aliq.2.uol.orat.50. Pro illo odio, quod habuit in equeſtrem ordinem. Offenſionem. in fa.86.. Nihil ex eo te offenſionis eſſe habiturum. Opinionem. de offic. 40.. ⌒ 41. Opinio iuſtitiæ neceſſaria eſt, eoq; etiã magis, quòd ſi eam non habebunt, iniuſti habebuntur. Item Cæſ.94. paßiuè. Opportunitatem. Att.126. Si tenendam hanc oram putas, quæ opportunitatem, & dignitatem habet &c. Orationem. in orat.lib.172.. Pleræq; enim ſcribuntur orationes habitæ iam, non ut habeantur. Att.21.. Quam habui ad Po. poſtridie quàm Catilina profugit. Ordines. Sall.58.. Eorum multitudinem in unum coëgit, ac paulatim conſuefacit ordines habere, ſigna ſequi, imperium obſeruare. in orat.lib.189. Tamen habent ordinem.

P

Paratum aliquid.in orat.lib.122.. Et habeant paratum tamen, quid de quaq; re dicant. Parem. Att.62.. Nam in cæteris parem habuit neminem. Partes aliq.Ter.28. Sine illum priores partes per hoſce aliquot dies apud me habere. Participem aliq.rei alic.in famil.168.. Digni ſumus quos habeas tui conſilij participes. Partitum aliquid inter ſe.uide, diuiſum. Penſi quicquam.Sall.2.. Neq; id quibus modis aſſequeretur, dum ſibi regnum pararet, quicquam penſi habebat. Item.8.. Perceptum aliquid.Att.271. Nam & principum philoſophorum

ita percepta habuerat præcepta &c. Perfugium. de off. 12. Neq; aliud ullum potest habere perfugium. Perspectum aliquid. in fa. 41.. Si me uirum bonum, si dignum studijs, eáq; doctrina, cui me à pueritia dedi: si satis magni animi, non minimi consilij maximis rebus perspectum habes. Persuasum. Cæ. 29. Sibi persuasum habebant. 1. uol. or. 248.. Pollicéri. in fa. 5. Vide, habeo dicere. Pondus. Att. 63.. Quid tua cõmendatio ponderis habuerit. 2. uol. or. 164. Plus falsam epistolam habituram ponderis: id est, ualituram. In pingendis uerbis. in or. lib. 177. Eaq; non tam in uerbis pingendis habent pondus: id est, ualent. Att. 173. Addis etiam (quod etsi mihi leuius est, quàm tuum iudiciũ, tamen non est leue) cæteris quoq;: id est, qui pondus habeant, factum nostrum probari. Positum aliquid. Cæs. 178. Ad eas munitiones Cæsar Lentulum Marcellinum quæstorem cum legione nona positum habebat. Præbendum aliquid. Asc. 70.. Habẽt enim Milesij præsidiariam classem ex fœdere præbendam Po. Ro. maritimis necessitatibus. Prehensionem. ut de uocationem infra. Prædæ aliq. Sall. 39. Perinde quasi ea honori, non prædæ habeãt. Primum aliquid. Terent. 71.. Et suaui in præsentia, quæ essent prima habere: id est, pluris facere. Principatum aliq. in re aliqua. 2. uol. phil. 31.. Habere aliquem in se principatum. Principium. ad Her. 28. Vt exitum. Præpositum aliq. alicui. Terent. 114. Quo pacto me habueris præpositam amori tuo. Propositum aliquid sibi. 2. uol. orat. 290.. Tamen non ita uixeras, ut metum iudicij propositum habere deberes. 3. uol. orat. 229. Prouinciam. 2. uol. orat. 128. Habuit hic lege Titia prouinciam tacitam, & quietam. Cæ. 126. Quod prouinciam Hispaniam ex prætura habuerat. Proximum aliq. Att. 15. Obseruat I. Domicium maxime, me habet proximum. Progressus in aliqua re. 2. uolum. phil. 5. Qui tantos progressus habebat in Stoicis. Promiscua omnia. Sall. 4..

Pudo

Pudorem, pudicitiam, diuina, atq; humana promiscua, nihil pensi, neq; moderati habere. Pro certo. Att. 120. Nos quidem pro certo habebamus. Pro derelicto. Att. 117.. Hæc opida, atq; oram maritimam illum pro derelicto habere. Pro exemplo. Ascon. 19. Cuius castitas pro exemplo habere potest. Pro explorato. Cæ. 65.. His rebus cõstitutis, quòd pro explorato habebat Ambiorigem prælio non esse concertaturum. & exploratum ut supra. Pro liberis. Plaut. 154.. Eos pro liberis habeo. Pro uxore. Terent. 4. Pamphilum pro uxore habere hanc peregrinam.

Q

Quartanam. Attic. 122.. Modo etiam audiui quartanam à te discessisse. Pyliæ dic non esse æquum eam diutius habere, nec &c. Querelas. Att. 299.. Etenim interuenit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipso habebantur. item in fa. 161. At nunc cum his tantum negocij est, ut uestrum illud diuinum in remp. beneficium nonnullam habeat querelam. passiue: id est, de quo queri possimus. Querimoniam de aliquo. 1. uol. orat. 250. Et ita dicam. ut si in ea querimonia, quam habiturus sum de istius crudelitate &c. Quæstionem de aliquo. 3. uol. orat. 112. Sed quæstiones urgent Milonem quæ sunt habitæ in atrio libertatis. Quæstui aliquid. de off. 49.. Habere enim quæstui remp. non modo turpe est, sed sceleratum, & nefarium. Cæs. 177. Quod quæstui milites haberẽt. Quòd. in fa. 22. Neq; tamen adhuc habeo, quòd te accusem.

R

Rationem absentis. in famil. 83.. Rationem haberi absentis non tam repugnauit ut liceret, quàm &c. Cæs. 122.. Cuius absentis rationem haberi proximis comitijs populus iussisset. Alicuius. Asconius. 36. Professus est deinde Catilina petere se consulatum. L. Volcatius Tullius Cos. consilium publicum habuit an rationem Catilinæ habere deberet si peteret

si peteret consulatum. nam quærebatur repetundarum Catilina. Item in orat.lib.185. Is ex summis fortunæ, & uitæ sordibus in prætura cos. factus esset, si rationem eius haberi licere iudicatum esset. Ex quibus quidem locis planè uidemus, neque absenti, neq; ei, qui quæreretur, permißum esse posse petere, nisi lege cõtempta eorum ratio haberetur, ut de Cæsare factum est. **Rationem** *salutis. in fa.144. dignitatis. & in cæteris id genus, quæ tantum de bono sint. Ita* **In gerundijs** *genitiui. 2.uol.phil.13. Quanquàm non tam dicendi mihi ratio habenda fuit, quàm audiendi.* **Rationem.** *1.uol.orat.250. Tamen in tanto cõuentu nemo erat, quin rationem, numerumq; eorum haberet. nunc ratio est, quod uulgò il conto.* **Rationem** *in omnibus rebus. in fa.33. Animaduerti, & didici ex tuis literis te omnibus in rebus habuisse rationem, ut mihi consuleres, restitueresq;, & præparares quodammodo omnia. nunc summum studium continet: id est, te nihil omisisse, quod ad meam salutem attineret. Sall.140.. Qui rationes habuissent, aut prodendæ patriæ, aut opprimendæ libertatis: id est, studuissent libertatem & patriam opprimere. Ita* **Quid** *faciat. 1.uol.orat.245. Nunc sum designatus ædilis, habeo rationem quid à populo Rom. acceperim: id est, diligenter considero. Ita* **Illud** *rationis. 1.uol.orat.243.. Neq; illud rationis habuisti: id est, considerasti.* **Et hoc** *rationis. 1.uol.orat.285. Nisi fortè hoc rationis habuit.* **Rationem** *cum musis. Att.25.. Nunc uerò quoniam, quæ putaui esse præclara, expertus sum, quàm essent inania, cum omnibus musis rationem habere cogito: id est, in studijs uiuere. Ita* **Cum** *terra. de off.87.. Habent enim rationem cum terra, quæ nunquàm recusat imperium: id est, in agro colendo se exercent.* **Receptum.** *in fa.150. Animaduerti nullum alium receptum Antonium, reliquias'que, quæ cum eo essent, habere nisi in his partibus. Cæs.119..* **Recordationem** *alicuius rei. Att.88.. Literarum datarum prid. Cal. Ian. summam habui*

recordationem. **Relatum** *aliquid in tabulas. 1.uolum.orat.46.. Non habere se hoc nomen in codice accepti, & expensi relatum confitetur.* **Religioni** *aliquid. de offic.43.. Nec tamen ut hoc fugiendum est, ita habendum est religioni contrarium. 2.uol.philos.96..* **Rem** *cum aliquo. Terent.27.. Ego cum illo, quo cum uno rem habebam, tum hospite. Item.27.. Postquàm sensit me tecum quoque rem habere.* **Rem.** *Sallust.18.. De pœna poßum equidem dicere id, quod res habet: id est, quod uerum est, quod res est. Att.9.. Habes res Romanas: id est, intelligis.* **Reprehensionem.** *in fa.11. Tota uerò interrogatio nihil habuit, nisi reprehensionem illius tribunatus. actiue: id est, tantum eius tribunatum reprehendit. in orat.lib.197.. Et eam quidem cùm antiquam, tum subobscuram, aut reprehensionis aliquid, aut certè admirationis habituram. paßiuè nunc: id est, quæ reprehenderetur.* **Requietem.** *Att.16. Ita sum destitutus, ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore, & filiola, & Mellito Cic. consumitur.* **Respectum** *ad aliquid. 3.uol.orat.204. Itaque cum respectum ad Senatum, & ad bonos non haberet.* **Responsum** *sibi aliq. Terent.122.. Is sibi responsum hoc habeat.* **Robur.** *de offic.53. Nos autem, qui non tantũ roboris habemus &c.* **Rogationem.** *in famil.89. Valent apud M. Cæsarem non tam ambitiosæ rogationes, quàm necessariæ, quas quia Cimber habebat, plus ualuit.*

S

Satis *ab aliquo. 2.uol.orat.279. Se non satis habere à me.* **Sce lus,** *de offic.42. Cuius altera pars sceleris nimium habuit, altera felicitatis parum.* **Scholas.** *1.uolum.phil.149.. Vt iam etiam scholas Græcorum more habere auderemus.* **Scientiam** *rei. Cæs.35.. Habet illam scientiam.* **Scribere** *ad aliquem. Att.37.. De Repub. nihil habeo ad te scribere. ut dicere.* **Scriptum.** *1.uol.orat.245.. Si argumento est, Mamertinos*

pecunias tibi non dediſſe, quia ſcriptum non habent. Se bene rem. 1. uol. phil. 194.. Præclare. in orat. lib. 94. Se caſte ab aliqua. C. Gracchus ex Gellio. Cum à ſeruis eorum tam caſte me habuerim. Se ſic. Attic. 36.. Nunc ſe res ſic habet. Sedem. in orat. lib. 144.. Neq; uerba ſedem habere poſſunt. Segregatum aliq. à ſe. Terent. 118. Id polliceor tibi. Laches me ſegregatum habuiſſe, uxorem ut duxit, à me Pamphilum. Senatum. Attic. 54.. Cal. Octob. habetur ſenatus frequens. in oratorijs lib. 184.. Quem ſenatum Cæſar. Cos. habuiſſet. Senectutem rem. in oratorijs lib. 165.. Haberetq; ſuam quandam maturitatem, & quaſi ſenectutem. Senſum in re. 1. uol. oration. 207. Tamen mirare ſolebam iſtum in his ipſis rebus aliquem ſenſum habere, qui ſcirem nullam in re quicquam ſimile hominis habere. Item. 2. uolum. philoſ. 95. Is habet ſenſum oculorum uera cernentum. Sententiam eandem. Attic. 158.. Curionis ſermo poſtridie eandem habuit ferè ſententiam. 1. uol. orat. 291.. 292.. 1. uol. orat. 232. Cuius omnis oratio hanc habuit primo ſententiam. Sermones apud aliq. Attic. 14.. Et de ſermonibus, quos ab illo, & Romæ, & apud amicos tuos in itinere habitos puto. Dere aliqua. in oratorijs lib. 109. Vt eum ſermonem, quem illi quondam inter ſe de his rebus habuiſſent, mandarem literis. Inter aliquos. in famil. 130. Feci igitur ſermonem inter nos habitum in Cumano, cum eſſet unà Pomponius. Sibi aliquid. 2. uol. oration. 153.. Tu uero tibi habeto iſtam laudationem. Item. 161.. Exurge Amynta, repete à Decimo non pecuniam, non prædia, ſocrum ſibi deniq; habeat, reſtituat uxorem. 1. uol. oration. 106. Rediuiua ſibi habeto &c. Plaut. 13. Tibi habeas res tuas, reddas meas. idem eſt ſine ſibi. Terent. 15.. Habeas. Item. 21. Imò habeat, ualeat, uiuat cum illa. quo dicendi modo tum uti ſolemus, cum aliquid cum contemptu, & ſtomacho concedimus. Socium rei alic. 3. uol. orat.

orat. 132. At uero huius gloriæ. C. Cæſar quam es paulo ante adeptus, ſocium habes neminem. Solícitum aliquid aliq. in fa. 90. Diutius uelle uidetur eos habere ſolicitos, à quibus ſe putat diuturnioribus eſſe moleſtiis conflictum. Terent. 60.. in fa. 96.. de off. 91. Solutum aliquid. Plaut. 61.. Ego habeo tibi res ſolutas recte, bellator uale. Spem poſitam in aliq. Attic. 119. In unius hominis quotannis periculoſe ægrotantis poſitas omnes noſtras ſpes habemus. 1. uol. orat. 38. Spem alicui. 1. uol. orat. 1.. Aut quo non ijs, quos tibi aduocaſti uiris electiſſimis ciuitatis ſpem ſummam habere P. Quintius debeat. Speciem honeſti. de offic. 33.. Tertio ſi id, quod ſpeciem haberet honeſti, pugnaret cũ eo, quod utile uideretur. Speciem gloriæ. in famil. 151.. Atq; hæc omnia, quæ habent ſpeciem gloriæ &c. Att. 285. Spectatum aliquid. uide fidem. Splendorem in re aliq. in oratorijs lib. 186.. Actio uero eius habebat in uoce magnum ſplendorem, & in motu ſummam dignitatem. Statutum aliquid cum aliq. 1. uolum. orat. 168. Sic habuiſti ſtatutum cum animo, ac deliberatum. Stipendiarium aliq. Cæſ. 10. Reliquasq; ciuitates ſtipendiarias haberent. Studia. in fam. 40.. Talia cum te ſtudia uideam habitũ eſſe innumerabilia, plane dubitare nõ poſſum, quin tibi amplitudini iſta ſolicitudo futura ſit. paſſiue: id eſt, cui maxime homines ſtudeant. Studioſum ſui aliq. Att. 50. Et quòd mei ſtudioſos habeo Dyrrachinos. Suaſionẽ. ad Her. 1. Habet in ſe ſuaſionem, & diſſuaſionem. Suauitatẽ aliquid. in or. lib. 152.. Vt ſuauitatẽ habeat auſteram, & ſolidã, non dulcem, & decoctã. Subter ſe aliq. 1. uol. ph. 228.. Omnia quæ cadere in hominẽ poſſunt, ſubter ſe habet: id eſt, exiſtimat. Sub ſigno. Att. 145. Euolui uolumẽ epiſtolarum tuarum, quod ego ſub ſigno habeo: id eſt adſeruo. Sumptum cum aliq. in fam. 138. Cũ mecũ ſumptus habebas. Suſpẽſum aliq. in fa. 69.. Nec extrinſecus, aut bene, aut male uiuẽdi ſuſpẽſas habere rationes.

Suſpi-

Suſpicionem *rei.2.uol.orat.126..Etſi habet Aſia ſuſpicionem luxuriæ quandam. Att.180. paßiuè.* Suſceptum *aliquid.2.uol.orat.69. Bellum neſcio quod habet ſuſceptum conſulatus cum tribunatu.*

T

Tacítum *ſecum aliquid aliquem. Pl.210..Sed hoc tu tecum tacitum habeto.* Tantum.*in fa.22. Tantum habeto, ciuĕ egregium eſſe Pompeium.* Tempus *uacuum. Att.37..Nam cum uacuum temporis nihil haberem.* Teſtímonium *ali.in fa.39.. Tamen aliquod teſtimonium tuæ uocis habere uoluiſſe.* Teſtem. *Att.36..Alium enim habeo neminĕ teſtem.* Tuendum *aliquid.1.uol.or.102..Aedem Caſtoris Iudices P. Iunius habuit tuendam, L. Sylla Q. Metello coss.* Turmas *equitum. Att.93. Qui, quia non habuit à me turmas equitum, quibus Cyprum uexare &c.* Turpitudínem. *ad Heren.2..Si cauſa turpitudinem habebit.*

V

Vacatíonem *rei.Cæſ.68..Militiæ uacationĕ, omniũq; rerum habĕt immunitatĕ. in fa.129. Quæ igitur ſtudia magnorũ hominum ſentĕtia uacationĕ habent.* Vectígalem *aliq.Cæſ.30.. Qui eodem mari uti cõſueuerunt, habent uectigales. de off.61.. Socios uectigales habemus.* Venale *aliq.1.uol.or.132..Quin is uenalem in Sicilia iuriſdictionĕ habuerit. uocem infrà.* Verecundiam. *de off.26. Scenicorũ quidĕ mos tantam habuit à uetere diſciplina uerecundiam.* Verbum. *in or.lib.138. Vt quod primum uerbũ habiturus ſit, neſciat &c.* Viam. *de off.20. Officiũ autem, quod ab eo ducitur, hanc primũ habet uiam.* Vígilías. *Sall.10..Romæ per totam urbem uigiliæ habebantur.* Vim *alic.rei.in fa.65. Has literas uelim exiſtimes fœderis habituras eſſe uim, non epiſtolæ. Item de off.66..Itaq; ſi uir bonus habeat hanc uim, ut ſi digitis concrepuerit &c.* Vim *apertam. in fam.43. Ambitus uerò ita apertam uim habet, ut, aut accuſetur*

accuſetur improbe, aut defendatur. nunc paßiue eſt uis: id eſt, qui opportunus ſit ad uim accipiendam. Virtutes in ſe. *in orat.lib.140. Non tam ipſis, qui eas in ſe habent, quàm generi hominum fructuoſæ putantur.* Vocem uenalem. *1.uolu.or.2..Si is qui uocem uenalem habuerat.* Voluntatem *alicuius.3.uolum.orat.143. Vt conceßiſti illum Senatui, ſic da hunc populo, cuius uoluntatem clariſſimam ſemper habuiſti.* Voluntatem erga *aliq. in famul.87. Niſi ut ad eam uoluntatem, quam tui ſponte erga Cæcinnam habiturus eſſes. Itĕ 3.uolum.orat.137.. Nam profectio uoluntatem habuit non turpem.* Vocationem. *Att.Capito. ex Au.Gell. Cum moribus maiorum Tribun. Pleb. prehenſionem haberent, uocationem non haberent. Item habent alij uocationem, alij prehenſionĕ, alij neutrum.* Voluptatem. *in famil.22.. Ego uoluptatem habui nimiam. in orat.lib.236. Omnis enim expectatio eius, qui audit, & admiratio, & improuiſi exitus, habent aliquam in audiendo uoluptatem. paßiue: id eſt, afferunt.* Vrbem. *Salluſt.2..Vrbem Romam ſicuti ego accepi condidere, atque habuere initio Troiani, id eſt, habitauere.* Vſum. *in famil.210. Poſſe arbitror, ualet ingenio, habet uſum: id eſt, ſe in eo exercuit.2. uolum.philoſoph.60. Nec ullum uſum habere membrorum: id eſt, utitur.* Ex re. *de offic.35..Rerum multarum. de offic.96.. Nam & qui principes inueniendi fuerunt, quem ex quaq; bellua uſum habere poßimus, homines certe fuerunt.* Vulgò. *2. uol.orat.129..Fortaſſe enim uulgò non habebant.*

Habitare. *Ab ædium permanſione, quas proprie habitamus, ad ea transfertur, in quibus aliquis diu immoratur.* Triginta millíbus. *3.uolu.orat.40..Sumptus unius generis obiectus eſt habitationis, triginta millibus dixiſtis eum habitare. eſt tantum ædes, in quibus aliquis habitet, ualere.* Laxe. *2.uol.orat.236. Habitare laxe & magnifice uoluit: id eſt, in ædibus ampliſſimis habitare. Item.236..* Benc. *Att.269.. Neq; tamen non in*

primis bene habitauit. Apud aliquem. 3. uo. orat. 48. Per quos Alexandrinus Dio, qui tum apud Luceium habitabat, necare= tur. In aliqua re. 3. uol. phil. 186.. Theophraſtus uero inſtitu tus ab Ariſtotele habitauit, ut ſcitis, in eo genere rerum. Ita In foro. 3. uol. orat. 128.. Apud exercitum mihi fueris, inquit, tot annos fórum non attigeris, abfueris tam diu, ut cum longo in= teruallo ueneris, cum iis, qui in fóro habitarunt, de dignitate cõ tendas. Ita In roſtris. in orat. lib. 193.. Diſerti autem Q. Va= rius C. Carbo. C. Pompeius, & ij quidem habitant in roſtris. In bonis. in orat. lib. 201.. Quonam modo ille in bonis hære= bit, & habitabit ſuis? Oculos. in uultu alic. 3. uolu. orat. 239.. Quorum in uultu habitant oculi mei: id eſt, à quibus oculos nõ dimoueo. In oculis. Att. 67. Viſum eſt hoc mihi ad multa qua drare, præſentem me uiderent, habitaui in oculis. In uita beata. 1. uolum. philoſoph. 84. Qui poteſt igitur habitare in beata uita ſummi mali metus?

Halare aliquid. 3. uol. orat. 82. Et cum iſto ore fœtido teterri= mam nobis popinam inhalaſſes.

Hallucinari. Aberrare, & non conſiſtere atq; diſſolui, obſtu= pefieri, atq; tardari honeſte ueteres dixerunt, inquit No. Atti. 250.. Ego tamen ſuſpicor hunc, ut ſolet, hallucinari. Item. 313. Sic epiſtolæ noſtræ debent interdum hallucinari.

Haurire. Multa ſignificat apud No. Mar. uerbũ hoc, ſed ple= runq; cum proprie, tum translate eſt pro extrahere, capere. Haurimus uero aliquid, & de aliqua re. Animum. 2. uolu. phil. 103.. A qua ut doctiſſimis, ſapientiſſimiſq; placuit, hauſtos animos, & delibatos habemus. Calamitates. 1. uol. ph. 166. Is propagatione uitæ quantas, & quam incred. biles hauſit ca= lamitates? Dolorem. 3. uol. or. 50. Vidi, & illum hauſi dolo= rem, uel acerbiſſimum in uita: id eſt, ſuſcepi. idem de calamitate. Lucrum. 3. uo. or. 17.. Luctum nõ hauſimus maiorẽ. Volu ptates. 2. uo. ph. 231.. Quoq; affluẽtius uoluptates undiq; hau

riat, eo grauius, & c. id eſt, capiat. Ex fonte aliquid. 1. uo. ph. 63.. Omnia dixi hauſta è fonte naturæ, ſi tota & c. De fece. in orat. lib. 187. Tum Atticus, tu quidem, inquit, de fece hauris, idq; iandudum.

Hebeſcere, eſt retundi, & hebes eſt retuſi acuminis, inquit Sex. Vt Aciem mentis. 1. uolum. phil. 163.. Sic mentis acies ſe ipſam intuens, nonnunquam hebeſcit.

Heluari. De hoc uerbo ita ait Sex. Heluo dictus immoderate bona ſua conſumens, qui aſpiratur ab heluendo, ut auditas ma gis exprobretur: fit enim uox incitatior. ego idem eſſe arbitror cum ingurgitare. 3. uo. orat. 72. Quibus cum iam in Orcheſtra heluatur. Sanguinem. 2. uolum. orat. 238. Cur ille gurges heluatus eſt tecum ſimul Reipub. ſanguinem. uide ut apte con= iunxit gurges heluatus.

Hærere, proprie eſt alicui rei adiacere, & arcte inſidere, inter= dum etiã pro dubitare, & alicui aliquid, & in aliqua re hærere dicitur. Turpitudinem alicui. Aſc. 48.. Sed latẽter hoc ſi= gnificat, prauo de ſe iudicio magis iudicibus hæſuram turpitudi= nem, quam ſibi. Peccatum alicui. 1. uo. or. 47.. Poteſt hoc ho mini huic hærere peccatum. In aliqua re. Terent. 105. In te omnis hæret culpa: id eſt, tu ſola in culpa es, & c. Crimen in aliquo. 3. uol. or. 49.. Quæ fuit cauſa quamobrem iſti mulieri ue nenum uellet dare Cælius? ne aurum redderet? num petiuit? ne crimen hæreret? nunquis obiecit? Pugnum in mala. Terent. 79.. Quin pugnus continuo in mala hæreat. In bonis. in or. lib. 201. Quonam modo ille in bonis hærebit, & habitabit ſuis? Ita In cauſa. in orat. lib. 145.. Hæret in cauſa ſemper: id eſt, nuſquàm diſcedit à cauſa. Ita In iure. 99. In corpore. 1. uol. phil. 87. Hic ſe ad ea reuocat, è quibus nihil unquam retule rit ad corpus, tu totus hæres in corpore: id eſt, in illa tantũ, quæ ad corpus referũtur, incumbis. In pœnis. 3. uol. orat. 112. In quos incenſos ira, uitamq; domini deſperantes cum incidiſſet,

hæsit in his pœnis, quas ab eo serui fideles pro domini uita expetiuerunt. In oculis. 3. uol. orat. 247. Hi in oculis hærebũt, & cum licebit in faucibus. In tabulis publicis. 2. uolum. orat. 35. Hærebant in publicis tabulis reus, & accusator. est diu alicuius nomen in tabulis publicis legi. In media stultitia. 1. uol. phil. 205.. Neq; tamen cum se in media stultitia, quo nihil est peius, hærere intelligũt, ægritudine premuntur: id est, ineſſe. Ita Iniuria in causa. in fam. 82.. In Rep. Religionem. 2. uo. phil. 28. Peccatũ suũ, quod celare potuit, confiteri maluit, quàm hærere in Rep. religionem. Ad metas aliquem. 3. uol. orat. 53.. Fama adolescentis paulum hæsit ad metas, offendit aliquid fortasse ad extremum. ab ijs enim sumptum est, qui currunt in stadio, quorum erat summus labor in euitandis metis. In salebra. 1. uol. phil. 144.. Venit ad extremũ, hæsit in salebra: id est, difficultate implicatus est. Aliquo loco aliq. 1. uol. phil. 4.. Et tamen isti philosophi raro admodum cum hærent aliquo loco, exclamant: id est, ambigunt. Re aliqua aliquid. Ter. Perij, lingua hæret metu.

Herciscere. Hoc uerbum ita Sex. Pomp. exponit, Erectũ, quod fit inter consortes, ut in libris legum Romanarum legitur. Erectum à coërcendo dicitur, unde &c. Herciscundæ, & herciſci. in orat. lib. 105.. Idcirco qui quibus uerbis herciscere oporteat. Familias. 1. uol. orat. 283.. Non'ne hæredes familiæ herciscundæ postulauit?

Hæsitare. Vt hærere interdum est ambigere, sic hæsitare semper, cum ad iudicium, & cognitionem rei alicuius pertinet. Vt In re aliqua. in orat. lib. 88.. Quem tu adolescentulus pertuliſti ignarum legum, hæsitantem in maiorum institutis. Lingua aliq. in oratorijs lib. 94.. Sed sunt quidam, aut ita lingua hæsitantes &c. Hoc uero naturæ uitio, uel accidentis alicuius causa fieri solet.

Hiare. Notum est esse aperire. Sall. lib. 4. histo. Atq; hiauit humus

mus. Domum. 1. uol. orat. 149.. Huic homini si cuius domus patet, utrum ea patere, an hiare, ac poscere aliquid uidetur?

Hiscere, item est aperire. Aedes. Pl. 193.. Tace, ædes hiscũt: id est, fores aperiuntur, concrepuit foris. Cic. dixit domũ hiare.

Honestare aliq. aliqua re. 2. uol. orat. 141. Si interdum ad forũ deducimur, si uno basilicæ spacio honestamur: est enim unum spacium, quod uulgò, una passeggiata. ut item in orato. lib. 87. Tum Scæuolam duobus spacijs tribus'ue fictis. Mortem. 2. uol. orat. 142. Et non diuini hominis Africani mors honestaretur. est eius mortem honoribus afficere.

Horrere aliquid, cum abhorrere magis sit ab aliquo, & modò transitiue, modò intransitiue ponitur. ut item grandire, & multa alia. Crimen. Att. 136. Sed quia ingrati animi crimen horreo. Item Att. 35.. Horreo quorsum eruptura sit hæc dominatio. Terram. 2. uol. phil. 30. Posset'ne uno tempore florere, deinde uicißim horrere terra. est cum niuibus, & glacie oppleta est terra, cui opponitur florere.

I

IAcere. Proprie quid significet notum est, quoniam uero quæ iacent plana sunt, item imbecilla, humilia, otiosa, ad hæc, & si quæ alia sunt his similia, uerbum recte transferri uidebis. Ad pedes alicuius. in fa. 91. Cũ fratres & propinqui tui iacerent ad pedes: id est, ad pedes alicuius se proijcerent. Conclusionem ali. 2. uol. phil. 130.. Iacet igitur tota conclusio: id est, nihil concludit. Ita. 1. uol. phil. 74. Iacere uestra omnia: id est, abiecta esse, & pro nihilo habenda, & à nostris uicta. Delectum. Att. 116.. Quod quæris quid hic agatur, tota Capua, & omnis hic delectus iacet: id est, maxime cessatur à delectu habẽdo. Iudicia. de off. 121. Nõ igitur erat, tum illa ciuitas, cum leges in ea nihil ualebant, cum iudicia iacebant. Pretia prædiorum. 1. uol. orat. 50.. Cum iacerent pretia

prædiorum: id est, cum paruo prædia uenibant. Rempubl. in famil. 88. Quæ in perpetuum iacere non potest. Tempora in re aliqua. in famil. 72.. Sed quòd priora tempora in ruinis Reip. nostrisq; iacuerunt. Aduersarijs nomen. 1. uol. orat. 46. Cur tandiu iacet hoc nomen in aduersarijs? quasi neglectũ, contemptum. Ita Pecuniam. 1. uolum. orat. 45.. Quomodo tibi tanta pecunia extra ordinem iacet? In obliuione aliquid. 1. uo. orat. 97. Absens non in obliuione iacuisset: id est, eius aliqua memoria fuisset. In silentio. in orat. lib. 114. In eodem silentio multa alia oratorum officia iacuerũt: id est, de illis nulla præcepta tradita sunt. In pace. 3. uolum. orat. 227. In pace iacere, quàm in bello uigere maluit: quasi ignauam pacem agere. In neruo. Plaut. 68. Tu autem in neruo iam iacebis, nisi mihi argentum redditur.

Iacere, proprie est emittere, sed in transferendo maxime elucet uerbi usus, & aliquid, & de manu aliquid iacimus. Anchoras. Cæ. Quæ tamen anchoris iactis, &c. Fundamentum alic. rei. in fam. 161. Et fundamenta ieci salutis tuæ. 3. uolu. orat. 200. Ieci sententia mea maximo uestro consensu fundamenta Reip. Fulmen aliquo. 2. uolum. phil. 117.. Quid enim profecit, cum in medium mare fulmen iecit. Igniculos. Atti. 249. Sed tamen nonnullos interdũ iacit igniculos utriles: quasi scintillat. Ita illud. 27. Sed illud quid sit scire cupio, quod iacis obscurè. Iniuriam in aliquem. de offic. 127. Iactam, & immissam à te nefariam in me iniuriam semper duxi. Suspitionem alicui. 2. uol. orat. 147.. Quæ est unquam iacta non suspitio, quæ tamen solet esse falsa, sed iracundiæ uox & doloris? Terrores. Att. 38. Sed βούπιλος nostri consanguineus non mediocres terrores iacit, atq; denunciat. Vocem. uide suspitionem. Adulteria alicui. 2. uolum. orat. 265. Iacis adulteria: id est, obijcis. Contumeliam in aliq. 2. uolum. orat. 171. In quem tu, cum cuperes, nullam contumeliam iacere potueris.

In con

In contentionem caput suum. in famil. 12.. Iecit quidam casus caput meum quasi certaminis causa in mediam contentionem: id est, obiecit. 1. uolum. orat. In quem scyphum de manu iacere conatus est.

Iactare. Cum à iacere sit iactare, proprie crebram rei iactationem frequentatiuorum more significat: ea uero quia non uno omnino modo fit, ideo in multas, quæ iactum ullum habeant, significationes uerbum transferri uidebis. inde etiam ambitiosius gloriari significat, quia qui glorioſe de se loquuntur, gestu illam gloriam maxime exprimunt, & re, & de re tum aliq. iactari dicitur. Ceruiculam. 1. uolum. orat. 158. Tamen ne putemus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum, & populo se ad coronam daturum. 2. uolum. orat. 18.. Equidem quod ad me attinet, quò me uertam, nescio: negem fuisse illam infamiam iudicij corrupti? negem illam rem agitatam in concionibus? iactatam in iudicijs? id est, sæpius actitatam. Conuitio aliquem. in famil. 5.. Posteaquam Pompeius apud Pop. ad VIII. Idus Februarij cum pro Milone diceret, clamore, conuitioq; iactatus est: id est, contumelioſe exagitatus. In aliqua re se. in orat. lib. 91. Tamen facile declaratur, utrum is qui dicat, tantummodo in hoc declamatorio sit opere iactatus, an ad dicendum omnibus ingenuis artibus instructus accesserit: id est, exercitatus. Ita In causis. in orat. lib. 99. Iactare se in causis centumuiralibus. Numum. de offic. 67. Iactabatur enim temporibus illis numus sic, ut nemo posset scire, quid haberet. est numi sæpius, ut nostra fit etiam tempestate, pretium mutare. Aliquid uulgò. in famil. 112. Neque adhuc certi quicquam est, neque hæc incerta, tamen uulgò iactantur: id est, omnes tamen hæc loquuntur. Minas alicui. primo uolumine orationum. 8. Adhibenda uis est ueritati, minæ iactentur, pericula intendant, formidines proponantur. est sæpius, & instantius minitari. Terrores.

3.uol.orat.14.. Neq; erit iusta causa ad portas sedenti Imperatori, quare terrorem suum iactari, opponiq; patiatur: id est, incuti. Se magnificentius aliq. Att.36. Qui ante solitus esset iactare se magnificentius. Item Att.22. Et de re. At.28. Non modo de Cynico consulari, sed ne de istis quidem piscinarum tritonibus poterit se iactare.

Iactitare. Altera est uerbi forma, quae omnino superiori est uehementior. Aliquem. in fam.22.. Egiq; omnes illos adolescentes, quos ille iactitat: id est, quibus confidebat, quibusq; gloriari solebat.

Icere, est ferire, percutere, & dicimus icere aliquid re aliqua, & aliquid alicui. Fœdus. 3.uol.or.8. Id enim fœdus meo sangui ne ictum sanciri posse dicebant. Item.65. Et ferire fœdus dicitur. Colaphum alicui: est impingere ei colaphum. Pl. 229. Quæ hæc res est? hei colaphum icit, malum uobis dabo, ut sit tam quo percutimus, quàm quod percutitur icere.

Ignoscere, est peccatum condonare. inter hoc uero & concedere Cic. hanc differentiam fecit, ut de præteritis hoc sit, illud de futuris, qui ita ait: Nam & præteritis ignoscis, & cõcedis futura. Culpam. Teren.143.. Ego Nausistrata esse in hac re culpam meritam non nego, sed ea, quæ sit ignoscenda.

Illabi alíquid animum alic.2.uol.ph.177.. Grauiter olim ista uendicabat uetus illa Græcia, longe prouidẽs, quàm sensim pernicies illapsa ciuium animos multis malis studijs, malisq; doctrinis repente totas ciuitates euerteret.

Illícere, est attrahere, inducere, inescare, & ad aliquid, & in aliquid illicimur. Ad alíquid. Sallust.23. Quos ad bellum spes rapinarum, aut nouarum rerum studium illexerat. In fraudem aliquem. Terent. 21.. Tu ne hic homines adolescentulos imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis? id est, illigas, ait Do.

Illígare aliquid in aliqua re.1.uolum.orat.212.. Tum illa ex patellis

tellis, & thuribulis, quæ uellent, ita scite in aureis poculis illigabat, &c. Lepores sententiæ.in orat.lib.205.. In quo omnes uerborum, omnes sententiarum illigantur lepôres. Personas sermonibus.1.uol.phil.2.. Qui sermonibus eiusmodi nolunt personas tam graues illigari: id est, induci.

Illucere, aliquid alicui, & aliquem. Attic.283. Cum lætissimus ille ciuitati dies illuxisset. Aliquem solem. Plaut.101.. Quia ædepol certo scio, Vulcanus, sol, dies, luna, Dei quatuor scelestiorem nullum illuxere alterum: id est, uidisse.

Illudere, modo est per ludum nocere, modo tantum ludo habere. Et dicimus aliq. alicui, in aliquo, & in aliquem illudere. Aliq. Terent.19.. Dum studeo obsequi tibi, penè illusi uitam filiæ. Alicui. 1.uolum. orat. 27. Finge aliquid saltem commode, ut ne planè uidearis id facere, quod aperte facis, huius miseri fortunis, & horum uirorum talium dignitati illudere. Existimationi ali.1.uolum. orat.51.. Tamen diutius illudere uiri optimi existimationi Q. Roscij audebit? In aliquo. Teren.18. Adeo uidemur uobis esse idonei, in quibus sic illudatis? In aliquem. Ter.46. Ego pol te pro istis dictis, & factis scelus ulciscar, ne impune in nos illuseris.

Illumínare aliquid aliqua re. in orat.lib.158.. Quod maxime tanquam stellis quibusdam notat, & illuminat orationem.

Illustrare aliquid aliqua re. in orat. lib.90. Illustrare autem oratione si quis istas ipsas artes uelit. Ita Studium philosophiæ.1. uolum. phil.148. Hoc mihi Latinis literis illustrandum putaui. Sedes argumentorum.in orat.lib.123.. Sed unde uniuersum flumen erumpat, & ille sedes, & tanquam domicilia omnium argumentorum communiraret, & ea breuiter illustret, uerbisq; definiat. Gratiam remunerando.in fa. 20.. Nullam esse gratiam, quam uel non capere animus meus accipiendo, uel remunerando, cumulandoq; illustrare possit: id est, facere ut omnes me gratissimum intelligant. Amplitu-

dinem. *in famil.6.* Illustrabit (*mihi crede*) *tuam amplitudinem hominum iniuria.* Ita Laudem *alicuius.2.uol.or.228.. Sed etiam laudem illustras meam.* Nobilitatem. *in or.lib. 170. Et ad illustrandum nobilitatem suam.*

Imbibere *aliq.animo.1.uolum. orat.74. Nisi de uobis malam opinionem imbibisset:id est,de uobis prorsus male sibi persuasum haberet.*

Imbuere. *Consuetudo inducere,uel inficere existimat,cum sit proprie maculare,uel polluere,uel inficere,inquit* No. *qui item alibi esse dicit initiari teste Cic. de offic. Pleriq; autem parentũ præceptis imbuti ad eorum consuetudinẽ,moresq; deducimur. & aliq.aliqua re inficitur.* Scelere. *3.uol.orat.198. Cum autẽ semel gladium scelere imbuisset:id est,infecisset.* Sanguine. *259. Imbuti sanguine gladij P.C.legionum,exercituumq; nostrorum,uel madefacti potius duorum Coss.* Flagitijs. *Sall. 129.. Verum etiam imbuti flagitijs.* Crudelitate. *3.uolum. orat.134. Hac ille crudelitate imbutus.* Erroribus. *1.uolum. phil.190.. Tum ita uarijs imbuimur erroribus: Nunc uero est impleri.* Vsu *aliq.in orat. lib.123.. Sin sit is, qui & doctrina nihi liberaliter institutus,aliquo iam imbutus usu.* Malis moribus. *Sall.5. Animus imbutus malis moribus,haud facile libidinibus carebat.* Mentem *alicuius.1.uolum.phil.154.. Quòd nulla gens tam fera,nemo omnino tam sit immanis cuius mentem nõ imbuerit deorum opinio: Nunc significat deorum opinionem in mente omnium gentium insidere.*

Immergere *se in rem aliquam.2.uolum.orat.24.. Qui ut se blanditijs, & assentationibus in Asinij consuetudinem penitus immersit:id est,penitus intrauit.*

Immigrare, *est proprie aliquo habitatum ire.* In domicilium. *1.uo.ph.160. Cum tam repẽte,in tam insolitũ,atq; perturbatum domicilĩ immigrauit. Pl.116. Transtulit ad libertatẽ, qui ait: Nam ego ad id frugi usq; & probus fui, in fabrorũ po*

testate dum fui: posteaquàm immigraui in ingenũ meũ,perdidi operam fabrorũ:id est, cũ meus factus sum,desiui esse probus.

Imminere *à minis murorum factum uidetur,quæ per se solæ quodammodo ruinam minari uidentur,& ad aliquid,& in aliquid imminere dicitur.* Ad rem. *2.uol.or. 216. Sed homo ad cædem imminens: id est,quasi gladio insurgens.* In rem. *2.uo. orat.222.. Qui immunere iam cupiditate uidẽtur in tribunitiam potestatem: id est,tribunitiam potestatem expetere.*

Imminuere *aliquid. Att.17. Sed imminuit autoritatem suam.ita* Libertatem. *2.uol.orat.5.. Illi libertatem ciuium Ro. imminutam non tulerunt,uos uitam ereptam negligetis?* Virtutem. *Att.12.. Virtus non est imminuta.*

Immittere. *Pro natura præpositionis,ex qua compositum est uerbum,significationẽ uariabit. Hæc enim modo uim adhibet, modo est cõtra,modo intus significat,ut in exẽplis.* Equum *aliquò.in fa.162.. Repẽte equũ immisi ad eam legionem tyronum,quæ ueniebat ex castris scuto reiecto:id est,adegi. Item de offi.17. Quæ uis patrem Decium,quæ filium deuouit,ac immisit in armatas copias? Item.1.uol.orat.284. Qui se armatus sæpius in hostiũ manus,multitudinemq; immiserat.* In remp. *aliquem. Attic.12.. Hunc tertium iam esse à iudicibus in remp. immissum:id est,contra remp.missum.* In aures *aliq. Pla.93. Neq; ego id immitto in meas aures,nec mihi &c.*

Impedire, *est implicare, inuoluere, inquit* No. Marcellus. *de quo* Do. *item impeditus proprie est,qui ita pedes habet illigatos,ut progredi nõ possit. sed transfertur ad multa.et re,& in rem impedimur.* In rem. *Pl.163.. Ipsas ille sese iam impediuit in plagas.* Solutionem. *2.uol.or.7. Scimus Romæ solutione impedita, fidem concidisse.* Profectionem. *in fa.98. Et mea quædam tibi non ignota dubitatio,aut impedire profectionem meam uidebatur, aut certe tardare.* Re aliq. *Plaut.16.. Imò hunc ego Thebani ciues, qui domi uxorem meam impu-*

dicitia impediunt. quod pro sordidare exponit No.

Impellere, est adigere, & in rem impellimus. 3. uolu. orat. 76.. Hic in fraudem impulit. **In mentem** aliq. in fa. 12.. Grauissime autem me in hanc mentem impulit & Pompeij fides, &c. id est, coëgit hunc habere animum. **In spem**. Att. 278.. Impulerunt in spem certissimam consulatus.

Impendere. Maxime affine est uerbum hoc, imminere uerbo, significatq; propè adesse id, de quo agitur. & sæpius, nisi fortasse semper, de malo usurpatur. **Bellum** ab aliquo. Attic. 91. Magnum enim bellum impendet à Parthis. Ita **Timorem** belli. in fa. 24. Vel quia belli magni timor impendet. **Malum** aliquem. Terent. 126. Ita nunc imparatum subito tanta te impendent mala. **Negocium**. in fam. 195.. Quod cum in summum etiam ocium te ire arbitrabar, & impendentibus magnis negocijs discedere. Att. 34.. **Formidines**. 1. uol. orat. 268. Nisi etiã hæ formidines ab nostris magistratibus, atq; in nostris prouincijs impendebant. **Necessitudinem**. Sall. 24. Præterea milites nõ eadem nobis & illis necessitudo impendet. ubi est, necessitudo pro necessitate. **Contentio**. Att. 37. Vt nobis ea contentio, quæ impendet interdum non fugienda uideatur. **Iudicium**. Att. 65. Iudicia reliqua impendent.

Imperare. Etsi cætera etiam imperãtur, maxime tamen hæc imperari solent, ut pecunia, obsides, milites, tributum, & cætera, quæ uictores solent deuictis imponere. **Pecuniam**. in fa. 169. Nam de delectibus habitis, & pecunijs imperatis, exercitibus solicitis, &c. Ita **In rem**. 2. uolum. orat. 153. Ita **Ad rem**. 1. uol. orat. 136. **Milites**. Cæ. 3. Quammaximum potest militum numerum imperat. **Tributum**. 1. uolum. orat. 136. Ita in tributis imperandis. **Sumptum**. 2. uolum. orat. 153. Illam rationem in imperando sumptu, & Pompeius, & Flaccus secutus est. **Leges**. Sallust. 78.. Ex libidine leges imperantur. **Cœnam**. 1. uolum. orat. 28. Nonnunquam etiam puerum uoca

uocaret: credo cui cœnam imperaret: id est, iuberet ut cœnam pararet. **Frumentum**. 1. uol. orat. 59. Cum frumentum sibi in cellam imperauisset.

Impertire, & impertiri, est partem dare, cõmunicare aliquid cum aliquo. dicimus uero aliquid alicui, aliquem aliqua re, & de re impertiri. C. Gracchus ex Gell. 155.. Vos cum putatis eos ab his rebus remotos esse, impertitis bonam existimationem: id est, efficitis. **Dolorem** suum alicui. 1. uol. orat. 125. Veruntamen dolorem suum nemini impertiebat: id est, communicabat. **Laudem**. Atq; etiam uiro forti collegæ meo laus impertitur. **Signum** rei. Att. 33. Signa præterea beneuolentiæ permulta à bonis impertiuntur: id est, beneuolentiam significant. **Quietem**. 2. uol. orat. 67. Quæ mihi nullam partem, neq; diurnæ, neq; nocturnæ quietis impertiunt: id est, cõcedunt. **Se alicui** 1. uol. orat. 20. Talem te & nobis & pop. Rom. hoc tempore impertias: id est, præbeas. **Testimonium**. in famil. 69. Sed etiam graue testimonium impertiri clari hominis, magniq; uideatur. **Salutem** alicui. Att. 29.. Terentia affecta est tuis literis, & impertit tibi multam salutẽ. **Et salute** aliq. Ter. 30.. Plurima salute Parmenonem summum suum impertit gnato. Ita **Malo** aliquem. Ter. 84. Sed cesso herum hoc malo impertiri propere? quæ constructio illi simulis est, quam habet dono tibi aliquid, & te re aliqua. **De re** aliq. de off. 44. Et sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum est.

Impetrare, est obtinere quod petatur, & aliquid, & de re aliqua impetrare dicimus. **Cum** gratia aliquid. Ter. 10. Facis ut te decet, cũ istuc, quod postulo, impetro cum gratia. Ita **Voluntate**. Ter. 87.. Quod uos ius cogit, id uolũtate impetret. **Per** gratiam, per amicitiam aliquid ab aliquo. Plau. 161. Quod uolui, ut uolo, impetraui per amicitiam, & gratiam à Philocomasio. **De re** aliqua. Att. 113. Minus honeste nũc quidem uiolata iam ab illo Rep. illatoq; bello, quàm si olim de ratione habenda

benda impetrasset:id est,ut ratio haberetur.

Hadrianus. Impingere. Etsi Adrianus insulsos eos appellat, qui pro ascribere,ac attribuere uerbū hoc poni uolunt,ego nō possum cum Plauto non esse uel insulsissimus, qui planè in ea significatione hoc usus est. Ita enim inquit.157.. Potine ut homunem mihi des? quiescas cætera,ni illum ludificata lepide, culpam omnem post in me impingito:id est,conijcito,ascribito,attribuito. nam facti in se culpam transferri mulier permutit,nisi nulitem pulchre ludificata sit. Compedes alicui. Pl.54. Adducite illū actutum ad Hippolytum fabrum,iubete huic crassas compedes impingere. Neq; hic ulla est ante oculos iactatio, sed est proprie cōpedes indere alicui, conijcere aliquem in compedes. Calicem mulsi alic.1.uol.ph.200. Quid? huic calix mulsi impingendus est,ut plorare desinat? aut aliquid eiusmodi? ego dicerē actutū ei mulsi calicem obijciendum. Epistolam. Att.85.. Hoc tempore ipse impingit mihi epistolam Scaptius Bruti. Dica alicui. Ter.131.. Si tu illam attigeris,secus q̄ dignū est liberam,dicam impingam tibi grandē. Dixi Demipho. Vulnus alic.est modo facere,& altius ferire. Pl.17. Cicatricem in dextro musculo ex illoc uolnere,quod mihi impegit Pterela.

Implere aliquid aliqua re,& alicuius rei. Aures alic.in orat. lib.206. Qui quanq̄ unus eminet inter omnes in omni dicendi genere,tamē nō semper implet aures meas. Oculos aliqd. Sal. Ventus coortus harenam humo excitauit, ea magna ui agitata ora,oculosq; implere solet. Vbi uides tam id implere,quo aliās aliquid impletur,quam quod implet.ut hoc uini doliū nō implebit,& ego uino doliū implebo. Orbem terrarū gloria sua.3. uo.or.115. Quorū interfectores implerūt orbē terrarū nomnis sui gloria. De re etiā Lau. Vall. dicit implere,ut refercire,exē plū tamē nullū adducit. Rei alic. Pl.40. Quid sit me rogas? q̄ mihi omnes angulos furum impleuisti in ædibus misero.

Implicare, est proprie in plicas aliquid inuoluere, sed transfertur

fertur ad arcte coniuncta,& re aliqua aliq. implicatur. Amicitia. Attic.19. Atq; ita tamen nouis amicitijs implicati sumus. Ita Consuetudine se alic.in fa.89. Etenim omnes Cæsaris familiares satis opportune habeo implicatos consuetudine,& beneuolentia. Ita Familiaritate se.3.uol.or.94.. Se reuocare non poterat familiaritate implicatus. Vsu,officijs.de off. 112. Nam implicati ultro,& citro,uel usu diuturno,uel etiam officijs,& c. Ita Societate aliquorum.1.uolu.phil.74. Et se implicet primum ciuium, deinde omnium mortalium societate. Maleficio se.3.uol.orat.53. Eo maleficio tamen erant implicati. Morbo. Cæs.164.. Et grauiter morbo & frigore,ac labore implicitus. Inter se aliq.de offic.4. Quæ quatuor quanquàm inter se colligata,atq; implicita sunt:id est,cōnexa. Ad aliquid.1.uol.orat.32.. Tamen natura nō tam propensus ad misericordiam,quàm implicatus ad seueritatem uidebatur.

Implorare, est inclamare,ad auxilium inuocare. Deos. Sall. 21.. Ne quicquam deos implorans. Ita Aliquem.3.uolum. orat.124.. Hic ego nunc non uos prius implorabo. Memoriam alic.1.uol.ph.4.. At ille Heracliti memoriam implorās. Auxilium.in orat.lib.121.. Neq; enim ipse auxilium suum sæpe in ueris bonis frustra implorari patietur. Fidem alic.1. uol.ph.201.. Et quidem uicinorum fidem implorans.

Imponere, est supra ponere,ait No. interdum pro iniungere, necnon pro decipere, fallere,& aliq. alicui, & alicui tantum imponimus. Vt in exemplis. Aliquid alicui.1.uol.orat.38.. Meministis me ita distribuisse initio causam,in crimen,cuius tota argumentatio permissa Erutio est. Et in audaciā,cuius partes Roscijs impositæ sunt:id est,attributæ. Clitellas alic. Att. 76. Et clitellæ boui sunt impositæ. prouerbialis est sententia. Cōpedes. Pl.221. Verberibus cædi iusserit,cōpedes imponi, uapalē. Cōditiones. Cæ.21. Cōditionibus impositis, punciæ

ciæ tuendæ,ac defendendæ,&c. Contumeliam. *Sallu.17.* Ipsum Crassum ego postea prædicantem audiui, tantam illam contumeliam sibi à Cicerone impositam. Habeo enim ita correctum codicem. Nam in Aldino paratam legitur. Item. 1. uolu. orat. 204. Consulem. Att. 16.. Consul est impositus is nobis. Dominum alicui. 3. uol. orat. 249.. Nam si ipse seruire poterat, nobis dominum cur imponebat. 2. uol. phil. 12.. De intolerabili scilicet Coss. & domino. Diadema alicui. 3. uolu. orat. 185.. Vt collegæ diadema imponeret. Item. 249.. Exercitum. 2. uol. phil. 126. Cum M. Crassus exercitum Brundusij imponeret. Item Att. 5. Et si Lentuli nauis nõ erit, quò tibi placebit imponito. Plaut. 130. Vt ad aliquid per nauem traijciendum maxime accommodetur uerbum. Fastigium oper. de offic. 58.. Sed quoniam operi inchoato, propè tamen absoluto tanquam fastigium imponimus, &c. Aliquem alic. rei. Sallu. 68.. Simul consul quasi nullo imposito omnia prouidere, apud omnes adesse, increpare, &c. Imperatorem exercitui. Sall. 36. Me, quem uos imperatorem Numidis imposuistis, clausum obsidet. Iniurias. 1. uol. ora. 204. Quibus tu priuatim iniurias plurimas, contumeliasq; imposuisti: id est, iniurijs affecisti. Item. 1. uolum. orat. 18. Aut iniuriam, sine ignominia sibi imponerent: id est, facerent. Contumelias. uide iniurias. In ceruicibus domunum. uide domunum. In rogum 1. uol. phil. 166. Metellum enim multi filij, filiæ, nepotes, neptes in rogum imposuerunt. Laborem alicui. 2. uolum. orat. 131. Nunquam iste plus militi laboris imposuit, quàm sibi sumpsit. Leges alic. 3. uol. orat. 107.. Quas ille leges (si leges nominandæ sunt, ac non faces urbis, & pestes Reipub.) fuerit impositurus nobis omnibus, atq; inusturus? Item. 189.. Plau. 22.. in orat. lib. 107.. Necessitatem alicui. 2. uolum. orat. 173.. Mihi de me ipso tam multa dicenti necessitas quædam imposita est ab illo, &c. Sallust. 11.. Asc. 59. Nomen alicui. in orat. lib.

lib. 110. Ne nomen quidem ei uitio imposuerunt. 3. uol. or. 127. Nomen alicui alicuius rei. Sall. 26.. Tanto tamq; utili labori meo nomen inertiæ imponant. Item in orat. lib. 110. Multam alic. Cæs. 248. Adrumetanis HS. triginta millia. conuentui coriũ HS. quinquaginta millia, multæ nomine imponit. Onus alicui. Att. 232. Meq; tibi hoc onus imponere patiere. Personam. 3. uol. or. 205.. Ita Cal. Ian. ueni in senatũ, ut meminissem quam personã impositam à uobis sustinerem. 1. uo. or. 287.. de off. 10. & 23. Partes. Att. 164. Partes has mihi Cæsar imposuit. Seruitium. Sallust. 80.. Qui scelestum imposuerat seruitium. Ita Seruitutem. sall. 91.. Postremo seruitus imposita est. Stipendium. Cæs. 91.. Omnibus ereptis socijs, imposito stipendio, &c. Tributum in capita. Cæs. 169. In capita singula seruorum, ac liberorum tributum imponebatur. Vectigalia. 1. uol. orat. 278. Vectigal enim esse impositum fructibus uestris dicitur. 2. uol. orat. 62.. Vulnus alicui. Att. 12. Non ita, ut sperarant mali, tanto imposito reipub. uulnere. Item. 77. Alicui. Att. 311. Cui tamen egregie imposuit Milo noster. nunc est dolo malo aliq. fallere.

Importare aliquid alicui. ut Calamitatem. 3. uol. orat. 28.. Tantam importare meis defensoribus calamitatem. Item in orat. lib. 113. Item. 2. uol. orat. 212. Detrimentum alicui. in orat. libr. 88. Plura proferre possim detrimenta publicis rebus, quàm adiumenta per homineis eloquentissimos importata: id est, inuecta. Solicitudines alicui. 1. uol. phil. 59.. Eas ipsas solicitudines, quibus eorum animi noctes, atque dies exeduntur, à dijs immortalibus supplicij causa importari putant. Frumẽtum. Cæs. 224.. Etiam animaduertebat frumento se in Asia nisi importato uti non posse: id est, aliunde inuecto.

Imprimere. Vt exprimere est extra aliquid premendo trahere: ita imprimere est aliquid premendo intus signatum relinquere, ut fit in cera annulo signatorio: transferturq; ad similia.

Ceram. 1. uolum. philos. 161. An imprimi quasi ceram animum putamus? Animum. uide ceram. Vestigium. in orat. lib. 198. In quibus Platonis primum sunt impressa uestigia. Notitias rerum. 1. uolum. philosop. 6.. Quo è genere nobis notitiæ rerum imprimuntur. Memoriam re aliqua. 3. uolum. orationum. 115.. Vt memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam extingueret. Dedecus alicui. 3. uolumine oration. 197.. Quorum lectione duplex imprimeretur reipub. dedecus.

Impugnare, est aduersus aliq. acriter pugnare. Aliquem. Cæs. 204. Diuersis enim telis nostri figebantur, aduersi ex uallo castrorum, auersiq; ex flumine, in quo multæ naues instructæ funditoribus, & sagittarijs nostros impugnabant.

Imputare sibi. Ascon. 65. Sibi imputat pecunias publicas datas Verres.

Inambulare in loco. in orat. lib. 165.. Nam cum inambularem in Xysto, & essem otiosus domi. In Lycio. 1. uol. philos. 42.. Qui a disputabant inambulantes in Lycio. habet uerbum remissiorem itionem. uulgò, passeggiar.

Inaudire. In uerbo, in, augere magis uidetur quàm negare: in participio uero sæpius contra. Aliquid. in fam. 141.. Quæ te uideo inaudisse: id est, percepisse, planè intellexisse. Plaut. 148. Nam os columnatum poëtæ inaudiui esse barbaro: id est, intellexi. 3. uol. orat. 145. Quinquàm cui sunt inauditæ cum Deiotaro querelæ tuæ? id est, quis audiuit? 1. uol. orat. 5.. Nos inaudita criminatione accusatorum priore loco causam dicere intelligis: id est, non cognita.

Inaurare, est auro aliquid superinducere. ut Statuam. 1. uolum. orat. 131.. Cui Romæ statuæ stant inauratæ à communi Sicilia.

Incedere, modo est ire, uerum cum quadam grauitate incessus esse uidetur, modo inuadere. Aliquem omnibus lætitijs. in fam. 22.

fam. 22.. Repente uero incessi omnibus lætitijs. fortasse ex Cæcilio sumptum est. nam cum uoluptatem animi lætitiam nimiam appellarent ueteres, hanc eandem Cæcilius. 1. uol. phil. 66.. expressit, dicens omnibus lætitijs se esse lætum. est autem uehementer lætari, & quasi lætitia gestienti exultare. Ad aliquid. in orat. libr. 67. Facilius autem ad inuentionem animus incedet: id est, deueniet. Dolorem alicui. Cæs. 181. Exercitui quidem omni tantus incessit ex incommodo dolor, tantumq; studium infamiæ sarciendæ, ut &c. id est, inuasit. Cupiditatem rei alic. Sallust. 3. Tanta cupido gloriæ incesserat: id est, inuaserat. Morem. Sallust. 86. Quoniam is incessit mos: id est, inualuit, irrepsit. Timorem alicui. Sallust. 11. Ad hoc mulieres, quibus pro rei magnitudine belli timor tantus insolitus incesserat afflictare: id est, occuparat. Item Timorem omnium. Cæs. 133.. Atq; in castris Curionis magnus omniũ incessit timor: id est, omnes inuasit timor. Ita Inopiam aliq. Sall. 83.. Inopia rursus ambos incessit: id est, inuasit. Religionem in aliq. Ter. 17.. Noua nunc religio in te istæc incessit. Studium. uide dolorẽ.

Incendere, est inflammare, ut facem. sed in transferendo maxime enitet uerbum. & aliqu. & re aliqua incendi dicimus. Cedrum. 1. uol. phil. 200.. Collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus, cedrum incendamus, demus scutellam dulciculæ potionis. Odores. Pl. 134.. Et sternite lectos, incendite odores. est autem igne odores suscitare. Item. 1. uol. philos. 199.. Animum alic. aliq. re. Terent. 38.. Hac arte tractabat uirum, ut illius animum cupidum inopia incenderet. Libidinem. Ter. 7. Quo magis libido frustra incendatur tua: id est, ardentior fiat. Amentiam alic. 2. uolum. orat. 26.. Erat ipse immani, acerbaq; natura Opianicus, incendebat eius amentiam infesta, atque inimica filio mater Habiti. Cupiditatem alic. Att. 275. Quæ cupiditatem, & arrogantiam incendere possint. Et cupiditatem aliquem. in familiar. 69. Illa nos cupiditas

incendit. Re aliqua. *in orat. lib. 93.* Ego enim qui ab ineunte ætate incensus essem studio utriusq; uestrum, Crassi uero etiam amore. Ita Amore. *uide studio.*

Inceptare, *cum aliquo. Terentius. 136.* Si cum illo inceptas homine: id est, litigabis.

Incœstare *mulierem. Pl. 213.* Ei duæ puellæ sunt meretrices seruulæ sorores, earum hic alteram efflictim perit, neque eam incœstauit unquam. ut non semper sit de coniunctis sanguine, aut sacris initiatis. est autem, nunquam cum ea rem habuit. ut etiam sit tam personam, quàm locum incœstare.

Incidere. *Nunc factum est à cædo: nam hoc absoluto de eo, quod à cado uenit, agetur.* Pennas. *Att. 55.* Qui mihi pennas inciderunt, nolunt easdem renasci. Linguam. *2. uol. or. 195.* Lingua inciditur ad deplorandam calamitatem. Medium. *3. uol. orat. 169..* Tametsi incidamus oportet media, ne nimis serò ad extrema ueniamus: id est, medium abijcere. Neruos *uirtutis. 1. uol. phil. 45..* Qui, *ut Theophrastus, neruos uirtutis inciderit. Ita* Neruos *legionum. 3. uol. orat. 240..* Quid? legionum nostrarum neruos non'ne his consilijs incidimus? In basi *epigramma. 1. uol. orat. 229..* Tum epigramma pernobile incisum habuit in basi. In æs *aliquid. 3. uolum. orat. 106..* Decreta falsa uendebat, regna, ciuitates, immunitates in æs acceptâ pecunia iubebat incidi. Ita Leges. *3. uol. orat. 189..* Falsas leges Cæsaris nomine, & falsa decreta in æs incidenda, & in Capitolio figenda curauit. Item. *189..* Et in ære. *1. uol. orat. 233..* Id non modo tum scripserunt, uerum etiam in ære incisum nobis tradiderunt. ut etiam in ære incidatur: non autem tantum in æs,

La. Val. ut Laur. Vall. præcipiebat.

Incidere. *Nunc est à cado, in quo uerbo multæ sunt mutuæ dicendi figuræ, ut statim exemplis cognosci poterit. præterea præter casum, qui in uerbo inest, sæpius in mala, & aduersa incidimus.* Morbum *alicui. Plaut. 141.* Ecce de repente tantus morbus

morbus incidit &c. Et in morbum *aliq. 2. uol. or. 59..* In morbum grauem & periculosum incidit. Malum *alicui. in orat. lib. 87.* Vt nihil incidisset postea ciuitati mali. Et in *malum aliq. Teren. 18..* Iocularium in malum nesciens penè incidi. Suspitionem *alicui. Terent. 9.* Redeunti interea ex ipsa re mihi incidit suspitio. *Item. 12.* Nam quî istæc tibi incidit suspitio? Calamitatem *alicui. Ter. 59.* Vt nunquam ulla amori uestro incidere possit calamitas. Ita In calamitatem *aliqu. ut in ærumnam.* Casum *alicui. in fam. 73.* Multis fortissimis, atque optimis uiris iniustis iudicijs tales casus incidisse. Aetatem *in aliq. in orat. lib. 180.* Sed in magnos oratores inciderat eius ætas. In tempora. *in fa. 21.* Quod in id reip. tempus non incideris, sed ueneris. Bellum. *Cæ. 23.* Si qua bella inciderint. & in bellum. Causas. *de off. 62.* Sed incidunt, (ut supra dixi) sæpe causæ, cum repugnare utilitas honestati uidetur. In cupiditatem *aliq. de offic. 6.* Cum in imperiorum, honorum, gloriæue cupiditatem inciderint. In amicitiam *alicuius. Sal lust. 5..* Quòd siquis etiam à culpa uacuus in amicitiam eius inciderat. etsi amicitia per se bona est, malorum tamen est mala. In diem *aliq. Attico. 89..* Faciesq; me in quem diem Romana incidunt mysteria certiorem: id est, quo die eo anno mysteria Rom. fierent. nam diem statum non habuisse uidentur ea mysteria. & idem est cum incurrere: quod genus dicendi aptissime nos transferemus ad quosdam dies festos, qui incerto tempore anni ueniunt, ut Christi optimi ascensus, item corporis sacra, & cætera id genus. necnon etiam ad lunæ defectum, & in cæteris similibus. *Att. 137.* Si enim recte ambulauit is, qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. nunc tantum casum habere: id est, quartanæ tuæ die peruenit. In discessum *alicuius. in fam. 40.* Tum in ipsum discessum senatus incidisse credo meas literas. In æruginem. *1. uolum. philosop. 215..* Inter acutos autem & hebetes interest, quòd ingeniosi, ut æs Corin-

thium in æruginem, sic illi in morbum & inciderunt tardius, & recreantur otius: id est, æruginem contrahunt. In æruginam. Att. 45. Scio nos nostris multis peccatis in hanc æruginam incidisse. In febrem. in fam. 156. Qui ex labore in febriculam incidit. In morbum de integro. in familiar. 201. Vt enim grauius ægrotant ij, qui cum leuati morbo uidentur, in eum de integro inciderunt. est quod uulgo dicitur recadere. In fraudem. Terent. 60. Cuius ego spe in hanc fraudem incidi. Att. 18. In mentem aliquid. Ter. 125.. Quod utinam ne Phormuoni id suadere in mentem incidisset: id est, uenisset. Item Ter. 33. Quodcunque inciderit in mentem, uolet. In manus hostium. 1. uol. phil. 186.. Qui cum in manus Cypri Nicocreontis regis incidisset. Item Att. 66. In manus aliquid. in orator. lib. Nunquam enim libri illi in manus inciderunt. In molestitatem. de offic. 18. Ne si irascamur, aut intempestiue accedentibus, aut imprudenter rogantibus, in molestitatem inutilem, & odiosam incidamus. In luctus. de offic. 7. Quo impetrato, in maximos luctus incidit: id est, deuenit. In hyemem aliquid. in familiar. 33. Eadem epistola petebas, ut eos quamprimum, ne in hyemem inciderent, ad facultatem ædificandi liberarem. In insanias hominum. in familiar. 45.. Inciderant in hominum pugnandi cupidorum insanias. In locum eum aliq. Terent. 125.. Ego in eum incidi infelix locum, ut neq; mihi eius sit amittendi, nec retinendi copia. In opinionem. in famil. 130.. Ne possum quidem in ullam aliam incidere opinionem, nisi in eam: id est, aliter arbitrari non possum. actiue enim nunc est opinio. In petulantiam. in familiar. 35. Tamen cauendum est, ne in petulantiam incidas: id est, ne petulans fias. In perturbationem. in orator. libr. 85. Et ætate incidimus in ipsam perturbationem disciplinæ ueteris. In sermonem Att. 152. Ego enim in uarios sermones incidebam. Item in fa. 127. Tamen in sermonem incidemus: id est, dabimus

sermonem

sermonem. in or. lib. 94. Non ipse aliquid à me prompsisse, sed fortuito in sermonem uestrum incidisse. nunc est casu incidisse in alienum sermonem. In salebras. 1. uolum. philos. 71. Nunquam in tantas salebras incidisset. In suspitionem. 3. uolu. orat. 115. Quia nimis amplecti plebem putabatur, in suspitionem incidit regni appetendi. passiue nunc est suspitio. Ita Suspitionem de aliquo. Ter. 90.. Nunc suspicio de me incidit. Terentius. 9. Redeunti interea ex ipsa re mihi incidit suspicio: id est, suspicatus sum. Item. 12. Nam quî istæc tibi incidit suspicio? In tarditatem. Att. 160.. Hoc ueritus in hanc tarditatem incidi, sed assequar omnia si propero, si cunctor, amatto. In orbem aliquid. 1. uolum. philosoph. 129.. Iam explosæ, eiectæq; sententiæ Pyrrhonis, Aristonis, Herilli, quod in hunc orbem, quem circumscripsimus incidere non possunt: id est, eas non admittit hic orbis noster. Aliquid in aliquem. in fam. 173. Vt ex libellis suis animaduerti, qui in me inciderunt. Item Att. 35. Oculos aliquò. 3. uolum. orat. 101.. Tamen hæc noui iudicij noua forma terret oculos, qui quocunque inciderint ueterem consuetudinem &c. id est, quoquo oculos forte conuerto. Rempub. in aliq. Att. 131.. Sed uides ne in quem hominem inciderit respub. quàm acutum, & quàm uigilantem, quàm paratum? &c.

Incipere aliquid. ut Amicitiam à paruis. Terent. 13. Per ego te deos oro, & nostram amicitiam Chreme, quæ incepta à paruis. Turbam inter aliquos. Terent. 41. Quia cum inde abeo, iam tum inceperat turba inter eos.

Incitare, proprie est ad celeritatem impellere, interdum irritare, commouere. Equum. 2. uolumine philosoph. 62.. Vt exercitus imperatorem equo incitato se in hostes immittentem prosequentur. Cæsar. 40.. Incitato equo se hostibus obtulit. Cursum. Cæsar. 26. Cursu incitato in summo colle. Se in aliquem. Attico. 32. Quòd si in eam me partem incitarem.

Celeritatem *linguæ. in orat.libr.* & *linguæ celeritatem incitant.* Odium *in aliq. Att.18.. Odia autem illa libidinosæ, & delicatæ iuuentutis, quæ erant in me incitata, sic mitigata sunt.* Rationem *uiuendi.in orat.lib.164. Quanquàm ea tela texitur, & ea incitatur in ciuitate uiuendi ratio:id est, ab omnibus usurpatur auide.* Studium *scribendi, aut quid agendi.2. uol.ph.109.. Quorum studio legendi, meum scribendi studium uehementius in dies incitatur.*

Inclamare, *est conuitijs, & clamoribus insectari, inquit Sext. Pomp.interdum uoce altiori aliq.uocare. & aliq. & alicui inclamamus.* Aliquem. *Pl.252.. Inclama tuos, tui delinquunt. Item. 27. Nimis ægre risum continui, ubi is hospitem inclamauit: id est, obiurgauit, reprehendit. in orat.lib.64. Comitem illum suum inclamauit semel, & sæpius. nunc est alta uoce aliquem uocare.* Alicui. *in orat.lib. Metuo ne mihi inclametis: id est, reprehendatis.*

Inclinare, *est pendere, nam inclinato rectum opponitur. uerum maximum habet ornatum in translatis. & dicimus inclinare aliquid, & cum præpositionibus præsertim ad locum significantibus, ut in exemplis.* Rem. *in familiar.2. Laboratur uehementer, inclinata res est. Att.162.* Aliquem *timore. Attico 45.. Qui ut me paulum inclinari timore uiderunt &c. id est, aliquantulum deficere.* Fortunam. *in fam.26.. Aut me tam improuidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam, & propè iacentem desciscere.* Remp. *paulum. Sallust.9.. Vbi paulum inclinata respub. agitari cœpit.* Voluntatem. *2.uolum.orat. 136.. Magna est autem comitijs consularibus repentina uoluntatum inclinatio: id est, mutatio, propensio. Item in or.libr.120. Nam hoc est necesse, ut is, qui nobis causam adiudicaturus sit, aut inclinatione uoluntatis propendeat in nos, aut &c.* Et iudicem. *in orator. libr. 138.. Sed tantum impelli primo iudicem leuiter, ut iam inclinato reliqua incumbat oratio.* Diem. *1.uol.*

1.uol.phil. 191.. Vt enim in academiam nostram descendimus, inclinato iam in post meridianum tempus die: id est, uergente iam sole in post meridiem. Ad aliquid *se.1.uolu. phil.92. Quàm uellem, inquit, ut te ad Stoicos inclinasses. nũc est sequi.* Se cum aliqua. *Plaut.227.. Nam iam inclinabo me cum libertã tua: coeundi nunc actum modeste expressit.*

Includere *aliquid in re, & in rem.* In carcere *aliquem. Att. 23. Itaq; nunc consule in carcere incluso.* Emblema *in annulis.1.uol.orat.212.. Ita apte in scyphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata esse diceres: id est, illigabat.* In orationem *epistolam. Att.212.. Penè orationem in epistolam inclusi.* Vocem. *3.uol.orat.130.. Et me dolor debilitat, includitq; uocem: id est, uocem exire non sinit.* Animum *in corpore. de off. 131. Si iam tum, cum erit inclusus in corpore eminebit foras.* Opinionem *in diffinitiones.1. uolu.phil.212.. Opinionem autem, quam in omnes diffinitiones superiores inclusimus, uolunt esse imbecillam assensionem.*

Inchoare. *Videtur inquit Sex.ex Græco originem uerbum trahere, quod Hesiodus omnium rerum initium esse dixit chaos. ideo inchoare est incipere.* Libros. *Att.320. Libros meos, quos expectas, inchoaui.* Bellum. *3. uolumi. oration. 73. Bellum affectum uidemus, & uere ut dicam penè confectum. sed ita, ut si idẽ extrema prosequitur, qui inchoauit, iam omnia perfecta uideamus.*

Inconciliare, *est comparare, commendare, uel ut antiqui, per dolum decipere, inquit Sex.Pomp.pro diuellere, segregare Pl. accipere uidetur.260. Inconciliasti eum, qui mandatus est tibi, illum qui mandauit, eum exturbasti ex ædibus: id est, disperdidisti. Item Plaut. Ipse quod in se fuit, accuratum habuit, quod posset mali facere in me, inconciliare copias omneis meas. Terdixit male conciliatæ: id est, emptæ. Plaut. uero inconciliate dixit.122.. pro ignaue, & nihili.*

Incommodare *aliquid alicui. Terent. 4. Magis id adeo mihi ut incommodet, quàm ut obsequatur gnato. Item. 1. uol. orat. 9. Vt cum ipsi nihil alteri scientes incommodarent, nihil ipsis iure incommodi cadere posset.*

Increbrescere *aliquid. in orat. lib. 243.. Quare quoniam nonnullorum sermo iam increbuit. Item. 198..* Numerum. *in orat. lib. 203. Nunc apud oratores iam ipse numerus increbuit: id est, numerosior facta est prosa oratio.* Disciplinam. *1. uolu. orat. 110. Vt proxime ad nostram disciplinam illam ueterem, non ad hanc, quæ nunc increbuit, uidentur accedere. nunc est oriri.*

Increpare, *& increpitare paria sunt, ut ait No. Significant autem incusare, & tunc transitiue, aut sonitum reddere, & tunc tantum intransitiue.* Aliquem. *Sall. 8. Ad hæc maledictis increpabat omnes bonos: id est, insectabatur.* Fores. *Pl. 15. Si denuo putaueris, si minusculo digito increpuerint fores, hac tegula tuum diminuam caput.* Discum. *in orat. lib. 110. Qui, simul ut increpuit discus &c. Ita 3. uol. oration. 101. Circumspicientem omnia, quicquid increpuisset pertimescentem &c. Ita* Suspitionem *rei. 1. uol. orat. 129. Simulatq; increpuit suspitio tumultus, artes illico nostræ conticescunt.*

Increpitare, *est coarguere, conuitiari, clamare, maledicere, ait Sex.* Aliquem *uocibus. Cæs. 27.. Vbi uineis actis, aggere extructo, turrim constitui procul uiderunt, primum irridere ex muro, atque increpitare uocibus, quod tanta machinatio ab tanto spacio institueretur.*

Inculcare, *est infercire, instrissare, à calco.* Se auribus *alicuius. in orat. lib. 110. Qui se inculcant auribus nostris.* Alicui. *1. uol. orat. 183. Inculcatum est Metello, & te aratores euertisse, &c. Item Att. 14. Quod erat illi nonnullorum artificijs inculcatum: id est, persuasum.* Librum. *Att. 252.. Mihi ad te retractatius & quidē ὀρχίτυπον ipsum crebris locis inculcatum*

culcatum, & refectum: id est, scriptura super scripturam addita. Libertatem. *Att. 286. Quæ ne traditam quidem, atque inculcatā libertatē recuperare posit: id est, prorsus restitutam.*

Incumbere *alicui rei, ad aliquid, & in aliquid dicimus, estq; diligentem operam ei rei dare, cui incumbimus. in orat. lib. 138.. Vt iam inclinato reliqua incumbat oratio.* Ad aliquid. *2. uol. orat. 136. Magna est autem comitijs consularibus repentina uoluntatum inclinatio, præsertim cum incubuit ad uirum bonum, & multis alijs adiumentis petitionis ornatum. nunc est summo studio deflectere ad bonum uirum.* Ad studium. *Att. 32. Quare incumbamus ô noster Tite ad illa præclara studia, & eò, unde discedere non oportuit, aliquando reuertamur.* Ad uoluntatem *alic. rei. Att. 18. Pompeius uero ad uoluntatem perferendæ legis incubuerat: id est, totus inclinarat.* Ad aliquid *recuperandum. Att. 49. Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe, ut facis. Item. 2. uol. orat. 206.* Ad salutem. *1. uolu. oration. 118.. Quare P. C. incumbite ad salutem Reipub.* Ad Bellum. *2. uolumi. oration. 7.. Quare uidete num dubitandum uobis sit, omni studio ad id bellum incumbere, &c.* Eò, *id est ad id. 3. uolu. oration. 235.. Facis tu id quidem, & eò maxime incumbis. Ita* Eodem. *3. uol. oration. 208. Idem uolunt omnes ordines, eodem incumbunt municipia.* In Remp. *in familiar. 143.. Vt in Remp. omni cogitatione incumberes. Ita* In curam *aliq. Att. 248.. Sed tu incumbe quæso in eam curam. Ita* In cogitationem. *in familiar. 143. Incumbe per deos immortales in eam curam, & cogitationem. Ita* In studium. *in orat. lib. 57.. Atque in id studium, in quo estis, incumbite. & ad studia, ut supra.* In aliquare. *Att. 327.. Dicitq; se perfecturum, ut Cæsar in illo incumbat: id est, ut illi faueat, illud ipsum ut uelit Cæsar, quod ipse.*

Incurrere. *Idem est, & incidere.* In ætatē *alicuius. Att. 325..*

Ego

Ego autem id ipsum tum eram secutus, ne in nostra tempora incurrens, offenderem quempiam. In odium hominum. de offic.30. Primum improbantur ij quæstus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, & fœneratorum: id est, quæ facile hominum odium sibi comparant. In reprehensionem. 1. uol.phil.49. Non eram nescius Brute, cum quæ summis ingenijs, exquisitaq; doctrina philosophi Græco sermone tractauissent, si ea latinis literis mandaremus, fore ut hic noster labor in uarias reprehensiones incurreret. In quem diem. Att.105.. Tua λαυις in quẽ diem incurrat nescio. & hoc recte dici potest de ijs ferijs, quæ erraticæ appellari possunt, ut dictum est in incidere. In difficultatem. in famil.47. Nihil enim construi potest, quod non incurrat in magnam aliquã difficultatem. In memoriam rei alicuius. in orat.lib.187.. Nobisq; amicissimi laudibus libenter audio, tamen incurro in memoriam communium miseriarum. In oculos, In uoculas alicuius. in famil.26.. Sed incurrit hæc nostra laurus non solum in oculos, sed iam etiam in uoculas maleuolorum: id est, sermonem dat.

Incutere aliquid alicui. Plaut.137.. Quid pauci? Me. nihil equidem nisi unum, palla pallorem incutit. Dolorem alicui. Att.12. Nam plane ita putauerunt, cum religio, cum pudicitia, cum iudiciorum fides, cum senatus autoritas concidissent, fore ut aperte uictrix nequitia, ac libido pœnas ab optimo quoq; peteret sui doloris, quem improbissimo cuiq; incusserat seueritas consulatus mei.

Indagare, est diligenter inquirere. propriumq; uenatorum esse uidetur, qui quæq; loca ad feras captandas inuestigant. & aliquid, & de re aliqua indagamus. Att.25. Tu quicquid indagaris de Repub. Et maxime quos coss. futuros putes facito, ut sciam.

Indere. Plautinum est uerbum, & modo significat immiscere, modo inijcere, necnon etiam facere, ut in exemplis. Coriandrum

drum escis. Plaut.191.. Boues qui conuiuas faciunt, herbasq; aggerunt, eas herbas herbis alijs porrò condiunt, indunt coriandrum, fœniculũ, allium, atrum holus &c. Id est, immiscẽt. Salem in aquam. Plaut.167.. Quasi tu in aquam indideris salem: id est, inieceris. Ignem in aram. Plaut.151. Inde ignem in aram, ut & Ephesiæ Dianæ latas laudes, gratesq; agam: id est inijce, impone. Catenas alicui. Plautus.45.. His indito catenas singularias: id est, inijcito. Compedes alicui, eiusdem est significationis. Plaut.131. Homines captiuos, qui catenis uinciunt, & qui fugitiuis seruis indunt compedes, nimis stulte faciunt mea quidem sententia. Cicatricem in aliquid. Plaut.26.. Qui sæpe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt: id est, fecerunt. Fenestram. Plaut.23. Ita omnes de tecto deturbauit tegulas, illustriores fecit, fenestras indidit: id est, fecit. Nomen alicui scorto. Plaut.43. Iuuentus nomen indidit scorto mihi: id est, fecit.

Indicare, est detegere, aperire, & aliquid, & de aliqua re indicamus. sed ad uenditores apte transfertur ad rei uenalis precium faciendum. Aliquid alicui. in famil.129. Nam quod ante à te calumniatus sum, indicabo malitiam meam. De re. Sall.10.. Siquis indicasset de coniuratione, quæ contra Remp. facta erat. Mercem. Plaut.225.. Indica, fac precium. Do. tua merx est, tua indicatio est. Item.37.. Venio ad macellum, rogito pisces, indicant caros. Item.226.. Item de offic.64.

Indicere, est aliquid denuntiare quod faciendum sit. Bellum alic. de offic.8. Ex quo intelligi potest nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum sit, aut indictum. Concilium. Cæs.77. Indictis inter se principes Galliæ concilijs. Item.95. Totius Italiæ concilium Bibractæ indicitur. Mercatum. 1. uol.oration.135. Tanto mercatu prætoris indicto, concurritur undiq; ad istum Syracusas. Venditionem. Cæs.296. Vt qui eorum bona redemisset

demisset, se bonorum uenditionem indicturum. Pactionem. Asc. 56.. Sequestres sunt apud quos pecunia deponitur, interpres per quos indicitur pactio. Funus alicui. 2. uol. oration. 221. Funestum funus te indixisse Reipub. Item. 221. Legem sibi. 1. uol. orat. Legem sibi indicunt innocentiæ, continentiæ uirtutum omnium, & c. id est, imponunt.

Indignari aliquid. in orat. lib. 47.. Et dicere ea, quæ indignantur aduersarij, tibi quoq; indigna uideri: id est, quæ indigna esse ostendunt.

Indolere. 3. uol. orat. 171. Quis? qui non indoluerit tam sero se, quem hominem secutus esset, cognoscere.

Indormire alicui rei. 3 uol. oration. 160. An faces admouendæ sunt, quæ te excitent tantæ causæ indormientem? Att. 315.. Sic ego, qui in isto homine colendo tam indormiui diu, & c.

Induere. Verbi significatio plana est. cõstructionem uero hanc habet, ut & aliquid alicui induere, & re aliqua aliquid, & in aliquid dicamus. Tunicam alicui. 1. uolu. philosop. 179. Cui cum Deianira sanguine Centauri tinctam tunicã induisset. Talaria. Att. 236. Quare talaria induamus. Annulum. de offic. 59.. Annulumq; aureum in digito, quem, ut detraxit, ipse induit: id est, in digitum sumpsit. Torquem. 1. uol. phil. 80. Et ex eius spoliis sibi & torquem, & cognomen induit. dixit cognomen, quia prius torquem dixerat, amant enim scriptores aliquando etiam duo diuersa nomina sub eodem uerbo proferre, modo uerbum eorum alteri conueniat, ut hoc in loco, non enim fortasse per se solum dixisset induere cognomen, sed ad torquem uerbum respexit, quod etiã Seruius innuit eo in loco: Sacra manu, uictosq; deos, paruumq; nepotem Ipse trahit. trahit inquit. licet nepotis sit tantum, tamen & superiora concludit, neque illud refert, utrum uiciniori, an remotiori uerbum accommodetur. Imaginem alicuius. 1. uolu. philosop. 168. Habes somnum imaginem mortis, eamq; quotidie induis. Personam

sonam alicuius. de offic. 60. Ponit enim amici personam, cum induit iudicis: id est, cum sumit iudicis personam. Reliqua aliquid. Plaut. 125. Atque etiam nunc satis sunt boni, si sunt induti pice: id est, circumliti. Item. 1. uolu. oration. 270. Sua confessione induatur, ac iuguletur necesse est. In aliquid se aliq. 1. uolu. oration. 129. Hunc uidete in quot laqueos se induerit: id est, implicuerit. Item. 1. uolu. philosop. Et (ut docui) Antiochus in id ipsum se induit, quod timebat.

Inducere. No. Marcellus quasdam huius uerbi significationes adnotauit, nos etiam quasdam alias ad illas addimus, quarum omnium exempla etiam subiecimus. de offic. 59.. Hinc ille Gyges inducitur à Platone: id est, fingitur. Ita Sermonem. 1. uolu. philosop. 177. Est igitur ambulantibus ad hunc modum sermo ille nobis, & à tali quodam inductus exordio. Etsi nunc magis dicerem esse deduci, oriri. fortasse, quia dialogorum sermo fingi solet, eo apte hoc uerbo usus est Cicero. sed est ubi in hac dicendi figura nulla cognoscitur fictio. Att. 12. Atque ille locus inductus est à me diuinitus. nunc est apte rem aliquam rei alicui interponere, interijcere. Animum. Terent. 77.. Mea est sic ratio, et sic animũ induco meum, malo coactus & c. Id est, mihi persuadeo. Item Att. 43. Animum inducere non potui, ut aut illum amantissimum mei mollissimo animo tanto in mœrore aspicerem. nunc est constituere. Item Terent. 102.. Quod ego nunquam credidi fore, ut hac ille uiua posset animum inducere, uxorem habere. Item Terent. 35. Nam qui huic animum assentari induxeris, è flamma te petere cibum posse arbitror. ubi Don. ait proprie, nam animus inducitur aduersum obiectas difficultates. Et in animum. 2. uolumi. orationum. 26.. Neque enim legare eiusmodi matri poterat in animum inducere. Aliquid. Att. 47. Quandoquidem ego proditus, inductus, coniectus in fraudem, omnia mea

præsidia

præsidia neglexi. Item.1.uolu. oratio.37.. At uero T. Rosscius non unum rei pecuniariæ socium fefellit, (quod tametsi graue est,tamen aliquo modo posse fieri uidetur) uerum nouem homines honestissimos eiusdem muneris,legationis, officij, mandatorumq; socios induxit,decepit, destituit.in quibus duobus exemplis est pro fallere,decipere. in his uero aliquot, quæ sequuntur significat delere, tollere,seu irritum aliquod cõtractum facere. Locationem. Att. 15.. Asiani, qui de censoribus conduxerunt, questi sunt in senatu, se cupide prolapsos nimium magno conduxisse, ut induceretur locatio postulauerunt. Ita S. Consultum. Att.20.. Inducendi S. Consulti maturitas nondum est. Ita Agros uenditos, & quid tale. 2. uolu. orat. 80. Hic ager omnis quoquo precio coemptus erit, tamẽ ingenti pecunia uobis inducetur. Item.86. Ita Nomen, quando debitorem significat. Att. 208. Igitur consideremus, etsi nomina iam facta sunt,uel induci, uel mutari possunt. Att. 67.. Hæc pactio non uerbis, sed nominibus, & præscriptionibus multorum tabulis cum esse facta diceretur,prolata à Memmio est nominibus inductis Pompeio autore. quæ tollendi contractarum rerum ratio ab eo deducta esse uidetur, quòd linea superducta quicquid ante contractum fuerat, tollatur. Aliquid re aliqua. Cæs. 28. Partim scutis ex cortice factis, aut uiminibus intextis,quæ subito (ut temporis exiguitas postulabat) pellibus induxerant,& c.id est,superinduxerant. Ita Tectorium.1.uol.orat.105.. Atque in illis colũnis dico esse, quæ à tuo redemptore commotæ non sint, dico esse ex qua tantum tectorium uetus deletum sit, & nouum inductum. Iniuriarum. Plaut. 216. Quia iniuriarum multo induci satius est: id est,obliuisci. Etiam si Aldus iniuriam legat. Amicitiam. in familiar. 98.. Accedit etiam quod familiaritatem inducit: id est, familiares facit. In errorem aliq.3. uolumi. oration.92.. Prius quàm in errorem induceremini? In mores aliquid. in orat.

orat.lib.119.. Præsto est,qui omnes docere possit,qui hoc primus in nostros mores induxit,qui maxime auxit,qui solus effecit. Et morem in aliq.3.uolum.orat. 124. Aut quem hunc morem nouorum iudiciorum in Rempub. inducimus? nunc est introducere. In consuetudinem aliq. Attic.324. Sed tamen,si nobiscum eum rus aliquo eduxerimus,in hanc nostram rationem,consuetudinemq; inducemus:id est,uti ea, quæ nos facimus,& ipse quoq; sequatur. In rationem. uide in consuetudinem. Item Cum ratio est pro tabulis scriptis,1.uolu. orat.97.. Tutores pecuniam prætori si pupillæ nomine dedissent,grandem præsertim, quemadmodum in rationem inducerent,quemadmodum sine periculo suo dare possent,non uidebant:id est,referre in tabulas:sed inest tamen nescio quid fraudis in uerbo. In pedes soleas.in orat. lib.81. Ligneæ solcæ in pedes inductæ sunt. In spem aliq. de offic.44. Quod te malum,inquit,rationis in istam spem induxit?& c.id est,adduxit. Et spe induci.1.uolum.oration.31. Sæpius uero cum hac particula ut,quasi sibi reditiua.ut in exemplis uideri potuit.

Indulgere alicui. Terent. 29. Nimis mihi indulgeo. quem locum Don.exponens,inquit,indulgeo me:sic ueteres, quod nos mihi dicimus,& alibi.Te indulgebant,tibi dabant.

Inesse aliquid in re aliqua.in famul.80. Quæ uis insit in his paucis uerbis. Item Terent. 20. Cum faciem uideas, uidetur esse quantiuis pretij. tristis seueritas inest in uoltu, atque in uerbis fides.

Inescare aliq.Ter.81. Nunquam rem facies.abi,nescis inescare homines sannio.ab aucupibus sumptum est, qui auibus capiendis effundunt cibum.

Infatuare aliquem. Item.2.uolum.orat.156. Neminem quidem adeo infatuare potuit,ut ei nummum ullum crederet,3.uolum. orat.187..

Infercire uerba.in orat.lib.220. Neq; inferciens uerba,quasi

rimas expleat. uide explere rimas.

Inferre, est modo contrà, modo in locum ferre, interdum quædam etiam alia significat. Et aliquid aliquo, uel in aliq. uel alic. infertur, ut in exemplis. **Aquilam**. 3. uol. orat. 263. His uigiti cohortibus nullo equitatu Hircius ipse Aquilã quartæ legionis cum inferret. ut signum infra. **Bellum** patriæ. de offic. 71. Quod si is, qui apud te pecuniam deposuerit, bellum inferat patriæ, reddes ne depositum? est arma aduersum patriam ferre. **Detrimentum** alicui. Cæs. 145. Magnisq; ultro illatis detrimentis eos, qui eruptionem fecerant, in oppidum reijciebant. **Consulatum** in suam domum. de offi. 28. Itaq; ille in suam domum consulatum primus intulit: id est, ex sua familia primus cos. factus est. **Famem**. Atti. 145. Me meis ciuibus famem, uastitatem inferre Italiæ. **Iniuriam** alicui. 3. uolum. orat. 26.. Huic hominum generi fateor multos aduersarios, inimicos, inuidos esse, multa proponi pericula, multas inferri iniurias. Item de offic. 5. Plaut. 152.. **In rogum**. 2. uol. phil. 77. Atq; in suo lectulo mortuus, in Tympanidis rogũ illatus est: id est, positus est. ut etiam efferri ad sepulturam. **In discrimen** aliquid. 3. uolum. orat. 59.. Ne quis se pro nostro imperio in periculum capitis, atq; uitæ discrimen inferret. Item de offic. 43. 2. uolum. orat. 3. **In pauperiem** aliq. Plaut. 279. Velut meretrix meum herum miserum sua blanditia intulit in pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, atque amicis. **In sacrificium** alí quid. 2. uolumine philos. 177. Qui in sacrificium cogitatam libidinem intulit. **In equum** aliquem. Cæs. 72.. Iis pugnantibus illum in equum quidam ex suis intulit. est eum in equum reponere. **Memoriam** aliquam in suam domum. de offic. 49. At hic nihil in domum suam intulit, præter memoriam nominis sempiternam. ut consulatum. **Morem** alicui. in orator. lib. 44.. Aut si diutius in hoc constiterimus, moram atque impedimentum reliquis præceptis intulisse

tulisse uideamur. Cæs. 182. Neque uero Pompeius cognito consilio eius moram ullam ad insequendum intulit: id est, nihil moratus est. **Mortem** alicui. 3. uolum. orat. 104.. Interfit inter uitæ dignitatem summorum, atq; infimorum, mors quidem illata per scelus ijsdem pœnis teneatur, & legibus. **Litem** capitis. 2. uolum. orat. 41.. Si quæ lis capitis illata est, non admittunt. est aliquem capitis accusare. **Periculum** alicui. 1. uolum. orat. 64. Ad inferendum periculum iustam uideri oportere. **Rationes**. 2. uolum. orat. 150. Quàm uero facile falsas rationes inferre. **Sese**. Plaut. 159. Viden' tu ignauum ut sese inferat? est elate & tumide incedere. **Sermonem**. in orat. lib. 97. Solebat Cotta narrare, Crassum sermonem quendam de studio dicendi intulisse. **Signa** alicui. 3. uolum. orat. 198.. Atq; ille furens infesta iam patriæ signa Brunduſio inferebat. Item. 155.. **Stuprum** mulieri. de offic. 59.. Itaq; hac opportunitate annuli usus reginæ stuprum intulit. Ita **Pulu naribus** bonæ deæ. 2. uolum. orat. 245.. Qui puluinaribus bonæ deæ stuprum intulerit. **Sumptum** alicui. 2. uolumine orat. 155.. Pro quo cum à P. Varino prætore pecuniam accepisset, celauit suos ciues, ultroq; ijs sumptum intulit. **Suspitionem**. Cæs. 171. Qui cum essent progressi, primæq; turmæ insidias intrassent, ex fremitu equorum illata suspitione, ad suos se recipere cœperunt. **Vastitatem** rei alicui. 2. uolumine oration. 247. Deinde cum ille saxis, & ignibus, & ferro uastitatem meis ædibus intulisset. Item de offic. 145. **Vim**. 3. uolumine oration. 111. Consuetudinem illius perpetuam in ui inferenda, huius tantum in repellenda. **Vulnus** alicui. Cæs. 146. Multa nostris de improuiso imprudentibus, atq; impeditis uulnera inferebant.

Inficiari, est negare quod petitur, uel in quo quis accusatur. Vnde inficialis status apud rhetores, in quo qui reus est, insi-

ciatur. Aliquid. 1. uolum. orat. 224.. Earum autem rerum nullam sibi iste neque inficiandi rationem, neq; &c. Plaut. 11. Quæque facta inficiare. Fœdus. 1. uolu. ph. 76. Qualis Q. Pompeius in fœdere Numantino inficiando fuit.

Infici. A uestiũ infectoribus recte ad quædam alia uerbum trãsfertur. Aliqua re aliqu. 1. uolum. ph. 91.. Video equidem inquam, sed infici tamen debet his artibus, quas, si dum est tener, combiberit, ad maiora ueniet iam paratior. Prauitate opinionis. 1. uol. phil. 190.. Tum planè inficimur opinionum prauitate. Ita Animum. 2. uo. or. 243.. Sed nos umbris, delitijs, ocio, languore, desidia animum infecimus.

Infirmare aliquid. 3. uol. orat. 217.. Qui omnes moras interponis, quibus infirmetur Brutus, melior fiat Antonius. Veritatem. 1. uolu. orat. 15. Est quædam tamen ita perspicua ueritas, ut eam infirmare nulla res possit: id est, debilitare. 1. uol. or. 25. Notam. ad Her. 22. Propterea q, frequẽtia, & obambulatio hominum cõturbat, & infirmat imaginum notas. Sententia alic. ad Her. 8.. Deinde ea sententia, quæ ab aduersarijs sit excogitata, & scripto attributa, contemnetur, & infirmabitur.

Infit, cum ab in & fit fiat, tamen significationem mutat, nam fit patientis est, infit agentis. & est incipit, ut infit dicere. Pl. 14.. Infit dicere adulterinum, & non esse symbolum. Item Pl. 24. Infit percontarier. Item. 36.. Infit tibi postulare plorans, eiulans, plorans, ut sibi liceret miluium uadarier.

Inflammare. Verbi proprietas plana est, sed ab ea perelegan ter ad quædam sui simulima sæpe transfertur. Inflammamus uero aliquid re aliqua, ex re, & ad rem. Aliquid. Atti. 119. Cum eadem lucerna hanc epistolam scripsissem, qua inflammaram tuam: id est, combusseram. Ita Tedas. 1. uolum. orat. 225. Quam cum inuestigare, & conquirere Ceres uellet, dicitur inflammasse tedas ex ijs ignibus, qui ex Aetnæ uertice erumpunt. Nunc est incendere tedas. Bellum. in fam. 173. Ex tuis

Ex tuis literis, & ex Greceij oratione non modo non restinctum bellum, sed etiam inflammatum uidetur: id est, uehementius factum. Inuidiam. 1. uolu. orat. 66. Qui concionibus, & legibus hanc inuidiam senatus inflammare conetur: id est, excitare, & maiorem efficere. Odium suum. 3. uolum. orat. 136. Vicit is, qui non fortuna inflammaret odium suum, sed bonitate leniret. Rem. in orat. lib. 205.. Si is non præparatis auribus inflammare rem cœpit, furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari uinolentus uidetur. Re aliqua. 2. uol. ora. 219. Proinde desinant aliquando me ijsdem inflammare uerbis: id est, ad iram prouocare. Cupiditate aliqu. de offic. 112. Quorum cupiditate quidam inflammantur. Iracundia aliq. 1. uol. phil. 219.. Vel iurare possum non illum iracundia tamen inflammatum fuisse. Ad aliquid. in famil. 8. Vt omnem gloriã, ad quam à pueritia inflãmatus fuisti, omni cura, atq; industria consequare: id est, quam ardenter appetisti.

Inflare, à follibus sumptum est, qui flatu recepto turgent. quod idem efficit genus quoddam tibiæ. ut in ora. lib. 181.. Vt si tibiæ inflatæ non referant sonum, &c. Sonum. in or. lib. 164. Qui inflaret celeriter eum sonum. uulgò dar il ton della uoce. Historiam. 2. uol. ph. 157. Fannij autem ætate coniunctus Antipater paulo inflauit uehementius: id est, sonitu quodam maiore historiam effecit. Recenset enim Cicero eo in loco, qui claruere in scribenda historia. Aliquid re aliqua. 3. uol. or. 99. Quo in oppido cum tibi spe falsa, quod Q. Acharium non esse successurum putares, animos rumor inflasset: id est, elatiorem te reddidisset. Item. 2. uol. orat. 132. Quid illam pugnam naualem ad Tenedum contento cursu, acerrimis ducibus, hostium classis Italiam spe, atque animis inflata peteret. Ita Opinionibus. de offic. 18.. Cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur.

Inflectere aliquid. in famil. 8. Magnitudinem animi tui, quam

ego semper sum admiratus, semperq; amaui, ne unquam inflectas cuiusquam iniuria: id est, ne discedas à constanti & forti uiro. Orationem. in orat. lib. 168. Hic primus inflexit orationem, & eam mollem, teneramq; reddidit. Colaphos alicui. Terent. 80.. Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi. in quo loco Don. exponit inflixit homini misero plus quàm quingentos colaphos.

Infligere turpitudinem alicui. 3. uol. ora. 93. Vt mihi illa omnia immortalem gloriam dederint, tibi sempiternam turpitudinem inflixerint: id est, te sempiterna turpitudine inusserint. Vulnus alicui. 3. uolu. orat. 170.. Tum illud, multis ante tentatis, necessario tibi uulnus inflictum. Item. 179.. Tamen infligi magnum Reip. uulnus putabamus. Item. 3. uol. orat. 86.

Influere in aliquid. Cæs. 3. Qui in flumen Rhodanum influit: lacus scilicet Lemanus: & influere dictum est, quasi emitti lacum in flumen Rhodanum. Ita In aures alicu. de offic. 113.. Quibus blandicijs C. Papirius cos. nuper influebat in aures concionis. Ita In animos. 2. uolum. phil. 177. Assentior enim Platoni nihil tam facile in animos teneros, atq; molles influere, quàm uarios canendi sonos.

Informare. Vt à facie facio, à figura fingo, ita à forma formo dictum est: Significat autem informare, formam imponere. Oratorem. in oration. 197.. Atq; ego summo oratore fingendo, talem informabo, qualis fortasse nemo fuit, & Animum. de offic. 3.. Vt nemini parere animus bene informatus à natura uelit, &c. Aliquid. Att. 101. Ne tu haud multum requireres illum uirum, qui in sexto lib. informatus est: id est, descriptus. Causam. 1. uolum. orat. 6. Propterea quod & ab illo, qui tum dixit, informata iam causa est, est planè ut se habeat causa iudicibus quasi ante oculos ponere. Cogitationem. Attic. 1. Petitorum hæc est informata adhuc cogitatio: id est, de petitoribus, ita omnes cogitaret. Proscriptionem

ptionem. Attic. 173. Tanta erat in illis crudelitas, tanta cum barbaris gentibus coniunctio, ut nõ nominatim, sed generatim proscriptio esset informata.

Infringere aliquid alicui. Terent. 80.. Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi. Animum. 1. uolumine phil. 193. Verisimile est igitur in quem cadit ægritudo, in eundem cadere timorem, & infractionem quandam animi, & demissionem. Spem alic. in orat. lib. 197.. Quare non est, cur eorum, qui se studio eloquentiæ dediderunt, spes infringatur, aut languescat industria. Tribunatum. in orat. lib. 87. Drusiq; tribunatus pro senatus autoritate susceptus, infringi iam, ac debilitari uideretur.

Infundere aliquid alicui, & in aliquid. in famil. 130.. Tum cum in urbem nostram est infusa peregrinitas: id est, irrepsit, & occupauit urbem. In rem. in orat. lib. 130. Cum homines humiliores in aliorum eiusdem nominis infunderentur genus. Venenum. 3. uolum. orat. 255. Ac hic nuper sororis filio infudit uenenum, non dedit.

Infuscare aliquid. ut merum Pla. 81.. Raro nimium dabat quod biberem, atq; id merum infuscabat. Ita in ora. lib. 188.. Qui nec extra urbem hanc uixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat, recte loquebatur. Barbam pectus. 1. uolu. phil. 196. Situ nidoris barba pædore horrida, atque intonsa infuscat pectus illuuie scabrum.

Ingenerari. Vt innasci, est simul nasci, ita ingenerari est simul generari, & aliquid alicui ex aliq. re ingeneratur. 2. uolu. orat. 85. Non ingenerãtur hominibus mores tam à stirpe generis, ac seminis, quàm ex his rebus quæ ab ipsa natura bonis. Ita Frugalitatem. 3. uo. or. 7. Et quod erat eo nomine, ut ingenerata familiæ frugalitas uideretur, fauebãt, gaudebant. est maiorum suorum frugalitatem ita retinere, ut secum innata esse uideatur. Amorem. de offic. 3.. Ingeneratq; in primis præcipuum

puum quendam amorem in eos,& c.

Ingerere mala multa. Terent. 15.. Ingerant mala multa. Do. inquit, quasi tela ista se dicit ingesturum mala. Item Plaut. 159. Omnia mala ingerebat. **Pugnum** in aliquem. Ter. 145. Nisi sequitur, pugnos in uentrem ingere: id est, infer.

Ingraueſcere aliquid: id est, grauius fieri. Auget enim in, ut multis in locis. uideorq; recte obseruare, ut ingraueſcere dicebam, semper esse ingraueſcere id, quod onus affert, non autem cui affertur. ut malum ingraueſcit, non autem malo Cæſar ingraueſcit. **Annonam**. 2. uolumine orat. 215. Nam cum ingraueſceret annona: id est, difficilior fieret. Item Cæſ. 135. **Aetatem**. in fámul. 8. Quare hoc animo in nos esse debebis, ut ætas nostra iam ingraueſcens in amore, atq; in adoleſcentia conquieſcat tua: id est, quæ annis iam fit grauior. Item de offic. 102.. **Malum**. Attic. 278, Ingraueſcit enim in dies inteſtinum malum: id est, maius fit. Aggraueſcere uero morbum dixit Terent. 105. **Studium** alicuius rei. in fa. 49. Nam si à prima ætate me omnis res & doctrina liberalis, & maxime philoſophia delectauit, tamen hoc ſtudium quotidie ingraueſcit: id est, maiores uires ſumit, ut ſit etiam de bono ingraueſcere.

Ingredi. Verbi proprietas est introire: ſed cũ ingreſſus ſit in rebus omnibus rerum initium, ideo ingredi pro eo quod est incipere maxime frequenter boni ſunt uſi. uſus uero eius est, aliquid ad aliquid & in aliquid ingredi ut dicamus. **Mare**. Terent. 110.. Neſcis quid mali præterieris, qui nunquam es ingreſſus mare. Nunc propriam ſeruat ſignificationem. **Iter**. 3. uolum. orat. 243.. Quid cenſetis cum iter ingreſſus ero? **Magiſtratum**. Salluſt. 44. Is ubi primum magiſtratum ingreſſus est. **Periculum**. 2. uolum. orat. 124. Quod natura offert ut eis faueamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti ſumus ingrediuntur. **Dicere** aliquid. Attic. 142.. Cum ingreſſus eſſem dicere, quid oportuiſſet. **Orationem**. Attic.

242.. Quam orationem cum ingreſſus eſſem: id est, cũ exorſus eſſem dicere. **Ad aliquid**. in orat. lib. 97. Quanquã uos iam pridem estis in curſu: ſed ijs qui ingrediuntur ad ſtudium & c. Ita **Ad explicandum** aliq. in or. lib. 97.. **In cauſam**. in fa. 78.. Quare ſi id euenit quod ingredientibus nobis in cauſam propoſitum fiat accidere poſſe, non debemus ita cedere animis. **In conſpectum** alic. Pl. 10.. Quid est? nihil te pudet ſceleſta populi in conſpectum ingredi. nũc est uenire, ac se oſtẽdere, ut No. ait hunc ipſum citans locũ. **In orationem**. Cæ. 120. Vt primo M. Marcellus ingreſſus in eam orationem. **In tribunatum** alicuius. 3. uol. ora. 19. Ingredior iam in Sextij tribunatum: id est, dicendo. nam tribuni est ingredi tribunatum, ut magiſtratum non fortaſſe in tribunatum. **In remp**. 3. uolu. orat. 77.. Prætermitto posteaquàm ſum penitus in Rempub. ingreſſus: id est, poſtquàm multa, & magna in Repub. geſſi, uel me totum Reip. tradidi. **In ſpem**. 3. uolum. orat. 196. Quoniam ingreſſi in ſpem Reipub. recuperandæ ſumus: id est, deſiuimus deſperare. **Aliq**. Att. 51. Si dormis, expergiſcere, ſi ſtas, ingredere, ſi ingrederis, curre, ſi curris, aduola. nunc est ambulare, ire.

Ingruere. Pl. 4. Crebri hoſtes cadunt, noſtri contra ingruunt: id est, inſurgunt, premunt, obterunt.

Ingurgitare. A' parte illa fluminis, quæ gurges dicitur, factũ est uerbum. ſummam uero rei uoracitatem præ ſe fert eius ſignificatio. tamq; nos re aliqua, & in rem, quam rem ingurgitamus. ut Plautus. Et plenam uini amphoram ingurgitat: id est, auide tanquàm gurges ipſe abſorbet. 3. uolum. orat. Cum ſe cibis ingurgitauiſſet: id est, auide compleſſet. 1. uol. phil. 69. Crudiq; poſtridie ſe rurſus ingurgitent. ubi uides ſe ingurgitare. ſupra uero uinum. Item **In aliq**. 3. uol. orat. 173. In eius igitur copias cum ſe ſubito ingurgitaſſet: id est, immerſiſſet, & penitus immiſiſſet.

Inhalare *aliquid. 3. uolum. orat. 82. Isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses.*

Inhiare. *Verbum hoc transfertur eleganter in eos, qui auide aliquid concupiunt. mos enim est, ut cupide aliquid desiderantes aperto ore illud expectent, uulgò etiam factum est tritissimum, aspettare a bocca aperta.* **Aliquid.** *Vt Plaut. 154.. Bona mea inhiant. est eius bona mirum in modum concupere. Item Pl. 35. Nunc petit cũ pollicetur. inhiat aurum, ut deuoret nisi hic sit, inhiat, aurum ut deuoret.*

Inhibere. *Cic. uerbum hoc ad Att. 210. declarat. Inhibere illud tuum, quod ualde mihi arriserat, uehementer displicet: est enim uerbum totum nauticum: quanquàm id quidem sciebam, sed arbitrabar sustineri remos, cum inhiberi essent remiges iussi. id non esse eiusmodi didici heri, cum ad uillam nostram nauis appelleretur: non enim sustinent, sed alio modo remigant. Item in orat. lib. 97.. Vt concitato nauigio cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa nauis motum, & cursum suum. uulgò Venetijs sciar. 1. uolum. orat. 4.. Quod se facere nolit, atq; inhibuerit eiusmodi rationibus, illum ad suas conditiones perducere: id est, institerit, perseuerabit, contendet. Ita* **Supplicium** *alicui. tertio uolumine orationum. 255. Vt ille Trebonium, & si posset etiam Brutum, Cassium, discruciatos necaret, eademq; inhiberet supplicia nobis: id est adhiberet.* **Spem.** *2. uol. orat. 88. Sed tamen inhibet illis legibus spem nonnullam cui ademptus est, aliquem scrupulum cui datus est. nunc uidetur esse adhibere. ut lex non ita auferat, ut prorsus desperet, cui adimit, & cui dat, non libere det.*

Initiari. *Verbum est totum sacrarum cerimoniarum. est autem initiari iam se quempiam alicuius dei mysterijs adiudicasse. Dicimus uero alicui initiari, tamq; mysterijs quàm deo initiamur. 1. uol. philosoph. 154. Reminiscere, quoniam es initiatus, quæ tradantur mysterijs.* **Ministerijs.** *2. uolum. Philosoph. 177.*

Exci

Excipis credo illa, quibus ipsi initiati sumus, suprà sunt ministeria. **Alicui deo.** *2. uolum. philosoph. 177. Ad nostra igitur reuertor, quibus profecto diligentissime sanciendum est, ut mulierum famam multorum oculis lux clara custodiat, initienturq; eo ritu Cereris, quo Romæ initiantur: id est, sacra Cereri ut faciant.* **Initiari puerum.** *Terent. 123. Porrò autem Geta ferietur alio munere ubi pepererit. Porrò alio autem ubi erit puero natalis dies, ubi initiabitur. ita enim legit Do. non autem initiabunt, qui eodem in loco exponit qui mos initiandi pueri fuerit, ait enim initiari pueros eduliæ, & poticæ, & cubæ diuis edendi, & potandi, & cubandi, ut primum à lacte transferuntur. Quod Probus adnotauit in Virgilio: Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. Sed Terent. Apollodorum sequitur, apud quem legitur in insula Samotracum à certo tempore pueros initiari more Athenienſium, quod in palliata probandum est magis. hæc Do. ego uero ad institutum Christiani baptismatis, cum puer Christianæ fidei per aquæ illius ablutionem initiatur, transferre non dubitarem. Item de sacerdotibus, cum ad sacras cerimonias admittuntur.*

Inire. *Verbum hoc in cæteris significationibus transitiue semper ponitur, in una tantum significatione, cum est incipere, idq; tantum de tempore, aut de ijs, quæ tempus continent, intransitiue usurpatur.* **Adolescentiam.** *primo uolumine orationum. 55.. Qui me ad defendendos homines ab incunte adolescentia dedissem. Ita* **Aetatem.** *1. uolumine oratio. 4. Ita pueritiam, ita mensem, & quicquid tempus continet, ut uigiliam primam, & quæ ussis ferat. nam die ineunte fateor me non legisse, sed ex oriente, nascente.* **Castra** *alicuius. 3. uolumine orationum. 59.. Qui si suis decretis, legibus ue sanxisset, nequis suorum ciuium castra imperatorum Popu. Rom. iniret. nunc est ingredi.* **Beneficium** *uerbis. Terent. 19.. Imò enim quàm maxime abs te oro, atque postulo Chreme,*

ut bene

ut beneficium uerbis initum dudum, nunc re comprobes. Do initium dixit: id est, inceptum ab ineundo, unde & initia quoq; dicimus. Consilia. 2. uolum. orat. 143. Inita sunt in hac ciuitate consilia iudices urbis delendæ. Item. 43.. Quod facile fuisset nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia inirentur. item in famul. 141.. philosoph. 187.. 1. uolum. orat. 34. Conuiuia cum aliquo. 1. uolum. orat. 26. Nam opinor illa tu quoq; concedis leuia esse, atq; inepta, conuiuia cum patre non inibat: id est, pater eum mensa non communicabat. Domum alicuius. 3. uolum. orat. 145. Tu illius domum inire, tu uetus hospitium renouare uoluisti: id est, ingredi. Epulas. 2. uolum. philosoph. 183. Sequebantur epulæ, quas inibant parentes coronati. ut conuiuium. Gratiam. Att. 9. Proximus Pompeio sedebam: intellexi hominem moueri, utrum Craßum inire eam gratiam, quam ipse prætermisisset, an esse tantas res nostras &c. Gratiam ab aliquo. 1. uolum. orat. 131.. Sed etiam à Prouincia tota se huius absolutione inire gratiam arbitraretur? Item 300. Quare per magnam initis à nobis gratiam. Terent. 36. Adibo, atq; ab eo gratiam hanc, quam uideor uelle, inibo. ubi Do. ait inire gratiam, est mereri gratiam. item ineo gratiam, in gratiam eo. hoc est amicos comparo. Magistratum. Est magistratum auspicari, incipere agere magistratum. Atti. 13. Qui magistratum simul cum lege Cælia inijt. 3. uolum. orat. 207. Quoad magistratum iniret. 1. uolum. orat. 71.. 2. uolum. philosoph. 193. Nondum initis seditiosis Tribunis Plebis. nunc est non incipere administrare tribunatum, sed fieri tribunos. loco tamen non satis fidimus, totus enim corruptus est, & uarie etiam legitur. sunt enim codices qui legunt, uiris initis, quod neq; etiam satis probatur. Prælium. 1. uol. phil. 77. Quid sortes uiri? uoluptatum ne calculis subductis prælium ineunt? de offi. 8.. Monet igitur ut caueat ne prælium ineat. nunc est pugnare: id est, ne manum conferat. Sallust. 24. Pericula. 2. uol. ph. 91. Cum

Cum pericula præliorum iniret audacius: id est, adiret. Sacerdotium. 2. uol. orat. 240.. Huic nouo Pontifici primam hãc post sacerdotium initum religionẽ instituenti. Suffragium. 3. uolum. orat. 24.. Dicit se legem tulisse, quis est? qui cum contra me ferebatur iniisse se suffragium confiteatur. est ire in suffragia. Mensem. Att. 2. Quare ianuario ineunte, ut constituisti, cura ut Romæ sis. Pueritiam. in famul. 144. Amorem autem erga te ab ineunte pueritia tua. ut adolescentia. Vigiliam secundam, tertiam. est incipere secundam, tertiam uigiliam. Cæ. 34.. Ac summam tranquillitatem consecutus secunda inita cum soluisset uigilia, silentio exercitum eduxit: id est, incepta. Certamen. 1. uolum. philosoph. 133. Sed ut magnum & difficile certamen initur. est congredi cum aliquo. Vaccam. de re rusti. 50. Non minores oportet inire bimas. Ita Matrem. de re rust. 51.. 52.. Cum equus matrem ut saliret, adduci non posset, & cum capite obuoluto peroriga adduxisset, & coegisset matrem inire. est cum à brutis generationi opera datur. Numerum. Cæs. 99. Hæc in Heduorum finibus recensebantur, numerusq; inibatur, præfecti constituebantur. uulgò dicerem ueder il conto. uel idem est quod numerare. Rationem rei. Att. 225.. Sed tamen ratio ædificandi initur: id est, consilium capitur. Item Cæs. 84. Vt quo primum curreretur, aut cui rei ferretur auxilium, uix ratio iniri posset: id est, deliberari. Item. 98. Ratione inita frumentum se exigue dierum triginta habere. uulgò fatta la discretion. in famul. 75. A me ratio inita est, quam quidem omnes non solum probant, sed etiam laudant. Item Terentius. 65.. Ratio de integro ineunda est mihi. in quibus exemplis quodam modo ratiocinationem, & consultationem significat. Societatem cum aliquo. 3. uolum. orat. 255. Parum uidetur omnium facinorum sibi cum Dolobella societatem initam confiteri?

Inijcere. Qui in uerbi proprietate iactus est manifestus, idem

in trans

in translatis etiam retinetur, ut omnino uiolentius sit inijcere desperationem, cupiditatem, cogitationem, & in cæteris huiusmodi, quàm dare, quàm afferre. construendi uero ratio est, ut aliquid alicui, & ad aliquid dicamus. Amentiam alícui. 3. uolum. orat. 188.. Nec uero eadem ira deorum hanc eius satellitibus iniecit amentiam. Catenas alicui. 1. uolumi. orat. 257.. Iste homunibus miseris, innocentibusq; inijci catenas imperat. Causam. 1. uolum. orat. 285. Se iecturos uobis causam deliberandi, & iudicandi iustam moram, ac religionem. Cogitationem alícui de aliqua re. Att. 101. Quòd si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset, quam tu quoq; approbas. Curam alícui. Terent. 93. Itaq; adeò magnam mihi iniecit sua commoditate curam. Cupiditatem alícui. in famil. 172. Quantamq; cupiditatem hominibus iniecit nouitas, non te fugit. Dubitationem. 2. uolum. orat. 33.. Hic tum iniectus est hominibus scrupulus, & quædam dubitatio, quidnam esset actum. Desperationem alícui. 2. uolum. ora. 136. Quibus rebus qui timor bonis omnibus iniectus sit, quantaq; desperatio Reipub. si ille factus esset, nolite à me commoneri uelle. Formidínem alícui. 1. uolum. orat. 162. Iste æquissimus homo formidinem illam suam miseris Egyrinensibus inijciebat. est formidolosum aliquem efficere. Frustrationem alícui. Plautus. 12. Atq; in horum familiam frustrationem hodie inijciam maximam. est eum frustra habere. Fugam alicui. Plautus. 188. Tum fugam & metum perduellibus meis inijciam. est eos fugere, cogere. Ignes alícui rei. 3. uol. philosoph. 84. Et Capitolinis iniecit sedibus ignes. ita de multis ad hunc modum, quæ iactum patiuntur. Mentem. 3. uolum. orat. 118. Cui primum mentem iniecit, ut ui irritare, ferroq; lacessere fortissimum uirum auderet. In sermone aliquid. in famil. 194. Qui cum mihi in sermone iniecisset, se uelle Asiam uisere. est inter loquendum aliquid extra sermonem sic

nem susceptum inferre. Manum alícui. 1. uolum. oratio. 53. Ipsa mihi ueritas manum iniecit: id est, apprehendit. Manum uero inijcere, ut sit per uim aliquid ab eo auferre. Budæus uir summo ingenio, ac de literis undiq; optime meritus, negat recentiores ullo antiquo exemplo usurpare. Latini enim afferre manus, uel etiam inferre potius, inquit, dicebant: ego à tanto uiro de hac locutione admonitus, diligenter animum attendi, si eam apud ueteres uspiam animaduertere possem, quod in Plauto uno in loco uideor obseruasse. 281.. Post id ego in te manum inijciam quadruplus uenefica. ubi uidetur minari se per uim quadruplum ab ea ablaturum. Illum uero locum. 35. Nemini credo qui; large blandus diues est pauperi: ubi manum inijcit benigne ibi aliquã onerat Zamiam. exponere possumus, porrigere manum. ab eo, quod suprà dixit altera manu fert lapidem, panem ostentat altera. Metum alicui. Atti. 306.. Eo metu iniecto repente magna querimonia omnium discessimus. primo uolumine orationum. 122. Est eum timere cogere. Periculum rei alic. 2. uolum. orationum. 293. Etenim recuperatores non à sola uis est, quæ ad corpus nostrum, uitamq; peruenit, sed etiam multo maior ea, quæ periculo mortis iniecto, formidine animum perterritum loco sæpe, & certo de statu dimouet. est eum mortis periculo obijcere. Plagam alic. 2. uolum. orat. 135.. Atq; ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuæ non tacente me maxima. Securím alic. rei. 2. uolum. orationum. 135. Sed tamen Serui, quam te securim putas iniecisse petitioni tuæ? id est, quantum putas nocuisse? sed per securim quasi dicit Seruium petitionem suam decollasse. Scrupulum alicui. 2. uolum. orat. 33. Hic tum iniectus est hominibus scrupulus, & quædam dubitatio quidnam esset actum. Terent. 81. Scrupulum inieci, est dare ei, quamobrem dubitet. Spem alicui. Att. 254. Bruto cum spem iniecissem de ἀποδοσει nõ perinde atq; ego putarã accipere uisus est. Itẽ. 49..

Budæus.

Est ei

Est ei spem afferre. Timorem. 2.uolu.orat.136. Quibus rebus qui timor bonis omnibus iniectus sit.ut metum suprà. Verba alicui. Ter.71. Nam ubi desponsam nunciasti filio,continuo iniecisse uerba tibi Dromonem,scilicet sponsæ uestem, aurum, ancillas opus esse, argentum ut dares. scilicet hæc sunt iniecta. Ad aliquid.1.uol.orat.240.. Nisi uero existimatis hominem pecuniosissimum sine aliqua causa quæstus iniectum ad tam incredibile crimen.

Iniungere. Hoc sanè uerbo in hac significatione, qua est imponere,neq; Cæsarem,neq; Ciceronem usos esse usquam repe ri,sed imponere semper. Detrimentum alicui.in fa. 174. Tamen si quo etiam casu Hisaram se traiecerint,ne quid detrimenti Reip.iniungant, summa à nobis opera dabitur. epistola est D.Bruti. Onus. Cæ.106. Ita quãtum Hybernorum opportunitas,belliq; ratio postulabat,perpetuo suo labore inuicè legionibus expeditionum onus iniungebat. Seruitutem alicui. Cæs.100.. Atq; his æternam iniungere seruitutem. Moram alicui. Cæ.208.. Nec sibi ullius rei moram, necessitatemq; iniungebant. Necessitatem alicui rei. uide moram. sed est Hircius ubiq;.

Innasci aliquid alicui. Cæ.89.. Impellit alios auaritia, alios iracundia & temeritas, quæ maxime illi hominum generi est innata. Vecordiam alicui. Terent.5. Tanta uecordia innata cuiquam ut siet.

Innouare se aliq. ad aliq.3.uol.orat.99. Quo te modo ad tuã intemperantiam innouasti scelerate?

Inobscurare aliquid.3.uol.or.222. Nulla eius legationis posteritatem inobscurabit obliuio.

Inquinare,est aliquid stercore oblinere.nam cunire, unde inquinare,est stercus facere. inquinamus uero aliquid aliqua re. 1.uol.orat.29.. Nisi omnibus flagitijs uita inquinata. Se ore, lingua, manu, uita.3.uolum,orat.54. Ore, lingua, manu, uita omni

omni inquinatum. Ita Amicitiam re aliqua. 2.uol.or.259.. Quos si tu sodales uocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. Agros possessoribus turpissimis.3.uol.or.168.. Quos iste agros ereptos reipubl. turpissimis possessoribus inquinauit.

Inquirere,in se.in orat.lib.191. Nimium tamen inquirens in se, atque ipse sese obseruans,&c. id est,nimium seuere sese obseruans,& in se nimis diligens erat.

Inquit.in or.lib.109.. Nihil sane inquit Catulus. Item eodem in loco quater,& sæpius, & creberrime in dialogis.

Inquibat.in orat.lib.224.. Nihil hoc ad ius, ad Ciceronem inquibat Gallus noster.

Insanire,est mente alienari. ad exemplum alic. Pl.168. Verum ad hoc exemplum nunquã,ut nunc insanio: id est,ad hunc modum. Cum ratione aliq.Ter.26.Incerta hæc si te postules ratione certa facere,nihilo plus ages,quàm si des operam, ut cum ratione insanias.prouerbialis sententia est,in ea, quæ fieri nullo modo possunt. Sponte sua aliquem. Ter.16.. Agè,si hic non insanit satis sua sponte,instiga: id est,per se.

Inscendere,in aliq.Plaut.41.Illuc præcurram,atque inscendam aliquam in arborem.

Inscribere, est inscriptione aliqua aliquid significare. Libru. 1.uolum.philos. 4. Nec se tenuit, quin contra suum doctorem librum etiam ederet,qui Sosus inscribitur. ita liber appellabatur ex inscriptione. Epistolam alicui, quod recentiores uulgò faciunt in exteriori fólij parte, quod appellant suprascriptum. Attico.93. Quintus Ci. puer legit, ut opinor, certe epistolam inscriptam patri suo: id est,quæ patri suo ueniebat. Aliquid mercede.Terent.53..Inscripsi illico ædes mercede,quasi talenta ad quindecim coëgi.locationem ædium significat,non autem liberam uenditionem. In frontem. 2.uolumine oration. 103.. Sit denique inscriptum in frontem uniuscuiusque, quid de Re-

pub. sentiat.

Insectari aliquid. Attico. 177.. Ibi forum agit, cum ego sum in prouincia: quam eius iniuriam non insector. Ita **Leuitatem.** Attico. 10.. Quomodo sum insectatus leuitatem senum: id est, diuexaui.

Insequi aliquem aliqua re. Att. 230.. Sed homines beneuolos, qualescunq; sunt, graue est insequi contumelia: id est, prosequi. in ora. lib. 108. Denique insecutus est hunc proximo seculo Themistocles: id est, subsecutus est.

Inserere. Propria arborum est insitio, transfertur tamen ad quædam alia. ut **Manus** in sinum alicui. Ter. 62.. Vidin' ego te modo manum in sinum huic meretrici inserere? **Opinionem.** in orat. lib. 205.. Hæc modo perfringit, modo irrepit in sensus, inserit nouas opiniones, euellit insitas. **Odium** animis. 2. uolum. orat. 256.. Inest hoc tempore haud obscurum odium, atque id insitum penitus, & inustum animis hominum amplissimorum. Item. 69.

Inseruire alicui sæpius, interdum etiam aliquem. Plaut. 117. Matronæ, non meretricum est unum inseruire amantem. Item. 117. Si illum inseruibis solum. sed uetustate iampridem se ipsa abrogauit dicendi figura. **Honoribus.** de offic. 33.. Posteaquam honoribus inseruire cœpi: id est, operam dare.

Insidere aliquid in re aliqua. in or. lib. 159.. Ex eo est, quod nihil quisquam unquam me audiente egit orator, quod non in memoria mea penitus insederit: id est, quod non penitus memoriæ mihi inhæserit: nunc enim maxime, in, auget. **Suspitionem** alicui. 3. uol. orat. 114.. Si tibi ita penitus insedisset ista suspitio, nullo ut euelli modo posset.

Insidiari alicui. Terent. 102. Hiscine tu amabo non contra insidiabere.

Insimulare, est crimen in aliquem confingere, inquit Sext. Pomp. Donatus uero ait: Insimulare, est crimen ingerere. Insimulatio,

mulatio, est & falsi & ueri criminis incusatio. **Auaritiæ** aliquem. Ter. 130. Si herum insimulabis auaritiæ, male audies. Etsi malitiæ Aldus legerit. **Probri** aliquem. Plaut. 152. Quodq; concubinam herilem insimulare ausus es probri pudicam, meq; summi flagitij. **Aliquid** alic. Plaut. 12.. Nimis ecastor facinus mirum est, qui illi collubitum siet meo uiro me insimulare falsum facinus tam malum. Quo in loco ego cum Pyllade magis mi legerem, pro mihi: ubi me nunc legitur: nam insimulare aliquem aliquid admodum rarum, & fortasse inusitatum. **Proditionis** aliquem. Cæsar. 82.. Vercingetorix, cum ad suos rediisset, proditionis insimulatus, quòd castra propius Romanos mouisset. **Ex re aliqua.** 2. uolum. orat. 56.. At is ex serrula insimulatus, & à puero conscio est indicatus. Interdum est pro suo simplici, ut multa alia composita. Plaut. 222.. Non metuo pater, uerum insimulari nolo: id est, fingi, ut uendar. Item. 219..

Insinuare. A' sinu seu hominis, seu fluminis parte factum est uerbum insinuo. cuius forma quoniam incurua est, ideo etiam insinuare, quasi quodam modo non recta uia aliquid agere, plerunque significare uidetur. unde insinuatio apud rhetores, quæ est oratio dissimulatione, & circuitione obscure subiens auditoris animum. usus autem est, se in, & ad aliquid, & cum aliquo insinuare. **Se in consuetudinem** alicuius. in familiaribus. 57.. Nam & amplectar eius familiares, qui me admodum diligunt, multumq; mecum sunt, & in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo. Ita **In familiaritatem.** 1. uolumine orationum. 185.. Videtis, ut moneat Apronium, quibus rebus, ac muneribus insinuet in familiaritatem Metelli? **In sermonem** alicuius. 2. uolum. orationum. 68. Cum familiariter me in eorum sermonem insinuarem, ac darem, celabar, excludebar. **In philosophiam** antiquam. 1. uolum. philos. 235. Etsi Zeno Citiæus aduena quidam,

& ignobilis uerborum opifex insinuasse se in antiquam philosophiam uidetur. Se in turmas equitum. Cæsar. 46. Genus hoc est ex essedis pugnæ, primo per omnes partes perequitant, & tela conijciunt, atque ipso terrore equorum, & strepitu rotarum ordines plerunque perturbant, & cum se inter equitum turmas insinuauere, ex essedis desiliunt, & pedites præliantur. Ad aliquid. Plaut. 147.. Insinuat sese ad illam amicam heri mei. Ad causam. ad Herenn. 2.. His rebus nos insinuabimus ad causam. Cum aliquo in rem aliqu. Plaut. 82. Inde in amicitiam insinuauit cum matre, & mecum simul. Se aliquem. de offic. 114.. Callidus ille & occultus ne se insinuet, studiose cauendum est. Se aliq. Cæs. 29. Celeriter dato loco cum se insinuasset, sinistra corripit eum, dextraq; bis ferit pugione. nunc est se inclinare, & quasi in sinum demitti, flecti.

Insistere proprie de ijs est, quæ in motu sunt, cum consistunt, & tunc intransitiue ponitur. cum uero pro persequi, ingredi, capere, & quibusdam alijs, transitiue usurpatur, & tum rem insistimus, & in rem etiam dixit Plautus. Ambitum. in or. lib. 217.. Insistit autem ambitus modis pluribus &c. Orationem. in or. lib. 217. Vt tanquam in orbe incluſa currat oratio, quoad insistat in singulis perfectis, absolutisq; sententijs. Facere aliq. Pl. 52. Videsis Aegio, nequid tu huic temere insistas credere: id est, certum credas. Munus. in orat. lib. 159. Quonam igitur modo tantum munus insistemus, ut arbitremur nos hanc uim numerose dicendi consequi posse? id est, persequemur. Rationem alic. rei. Cæs. 32.. Neq; satis Bruto, qui classi præerat, uel tribunis militum, centurionibusq;, quibus singulæ naues erant attributæ, constabat, quid agerent, aut quam rationem pugnæ insisterent: id est, caperent. Viam. Pl. 155. Erro quam insistas uiam: id est, capias, ingrediaris. Item Ter. 31. Et uia. Terent. 126.. Sed ubi Antiphonem reperiam? aut qua quærere insistam

insistam uia? id est, quam uiam prius capiam ad eum quærendum. In dolos. Pl. 150. Age nunc iam insiste in dolos: id est, aggredere.

Inspicere aliquid in aliquid. Ter. 86. Deniq; inspicere tanquam in speculum uitas hominum iubeo, atque ex alijs sumere exemplum sibi. In patinas. Ter. 86. Postremo tanquam in speculum in patinas Demea inspicere iubeo.

Instare, modo est pro aliquid iam adesse, modo pro urgere, & contendere. & dicimus aliquid alicui, & aliquem instare. Iudicium. 1. uolum. orat. 70. Vrgebant comitia, & his ipsis oppugnabar grandi pecunia, instabat iudicium. Ludos. Ex Ascon. 3. Instant post hominum memoriam apparatissimi, magnificentissimiq; ludi. Iter. 2. uol. philos. 93. Itaque quanquàm iter instaret: id est, mox eundum esset. Periculum ab aliquo alicui. in famil. 176.. Veteranos uero pessime loqui uolebat Labeo me credere, & tibi ab ijs instare periculum. Terræmotus. 2. uolum. phil. 103.. Qui cum uidisset haustam aquam de iugi puteo, terræmotus dixit instare. Prope aliquid. Ter. 83.. Neque quod partus instabat propè. Alicui. 1. uolu. orat. 6. Quoniam tibi instat Hortensius: id est, urget. Item. 286.. Qua re aut muta actionem, aut noli mihi instare ut iudicem: id est, tantopere contendere à me, ut iudicem. Agere aliquid. 1. uolu. orat. 178.. Instat Scandalius poscere recuperatores: id est, magnopere poscit. non intermittit poscere. Viam rectam. Plaut. 20. Rectam instat uiam: id est, recta insistit uia. Aliquid aliquem. Pl. 210.. Dij immortales meum herum seruatũ uolunt, & hunc disperditum lenonem, tantum instat eum exitij. ut quasi sit dictum, tantum in eum stat exitij. quam dicẽdi figuram ego sanè, ut nimis ueterem, deuitarem. Instare factum. Plau. 168. Ter. 4. ubi Do. exponit instat dicere factum.

Instaurare. Ad instar dictum est inquit Sext. Pompeius, cum aliquid ad pristinam similitudinem reficitur. caueasq; dicas restau-

rare. Cædem. 2.uolum. orat.214. Et tibi gladiatoribus tuis instaurandæ cædis potestatem non fecisse. Censum. Asco.72.. Quorum annorum spatio instaurari census solet. Incendia. Sallust.78.. Qui rapinas & incendia instaurare cupiunt. Proscriptionem. 1.uolum.orat.44. Ne noua, & multo crudelior per uos proscriptio instaurata esse uideatur. Reliquias rei.3. uolum.orat.73. Si succeditur, periculum sit, ne instauratas belli reliquias, ac renouatas audiamus. Rapinas. uide incendia. Scelus. 1.uolumine orationum.68. In Cn. Dolobellam scelus suum illud pristinum renouauit, & instaurauit quæstorium. Sacrificium. Att. 7. Idq; sacrificium cum uirgines instauraſſent.

Instigare aliq. Ter.16.. Agè, si hic non satis sua sponte insanit, instiga: id est, incitatus est. ad Her.21. Si quam rem docere eos, & uehementer instigare uelimus.

Instillare aliquid alicui. de off.84. Nanque hæc quoque nisi tan quam lumini oleum instilles, extinguntur senectute.

Instituere, in plerisque initium rei significat, aliquando magis ordinem, seu dispositionem respicit, nec non etiam pro præcipere ponitur. Rem aliq. in famil.67. Neque tamen hæc cum scribebam, eram nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerum, & iam institutarum: id est, inceptarum. Agere causam. 1.uolum.oration.150. Nunc tractare causam instituimus frumentariam. Amicitiam. in famil. 39.. Illud quod polliceris, uelim pro tua fide diligentiaq;, & pro nostra non instituta, sed iam inueterata amicitia cures, enitare, &c. Munitiones. Cæs.97. Eius munitionis, quæ ab Romanis instituebatur, circuitus XI. M. passuum tenebat. Ita opus. 97.. Opere instituto fit equestre prælium. Officinas armorum. Cæs.195. Nec minus in urbe maximæ armorum erant institutæ officinæ. Animum ad aliquid agendum. Terent.127.. Ita sum iratus, animum ut nequeam ad cogitandum instituere. Actionem. 2.uolum.

2.uolum.orat.129. Tu actionem instituis, ille aciem instruit. est in suas partes totam actionem distribuere. Codicem. 1.uol. orat.45.. Quid attinet codicem instituere? conscribere? ordinem conseruare? Consilium. Terent.129.. Cedo senem, iam instituta sunt mihi consilia omnia: id est, disposita. Ita Inanimo aliq. Ter.77. Vah quenquam' ne hominum in animo instituere, aut parare, quod sit carius, quàm ipse est sibi? id est, constituere. Orationem cum aliquo. 1.uol.phil.145. Audi igitur, inquit, Luci, tecum enim, ut ait Theophrastus, mihi instituenda oratio est: id est, habenda. Sumptus alicui. 2.uolu. orat. 153. Crimen autem tum uideri solet cum aliquis sumptus instituit eos, qui antea non erant instituti: id est, imperat. Vitam. Ter.2.. Sapienter uitam instituit: id est, recte, & prudenter uixit. Honores alicui. Sall.58. Carthaginienses in eo loco Philenis fratribus aras consecrauere, alijq; illis domi honores instituti: id est, decreti. Re aliqua aliquem. 1.uolu.orat.85.. si in pueritia non his artibus, & disciplinis institutus eras. est imbui artibus, & disciplinis. Item in orat.lib.167.. Sed non tam armis institutus, quàm palæstra.

Instruere, modo est parare, modo in ordinẽ disponere, interdũ erudire, docere. quibus autem uocibus, & quomodo hæ significationes sese communicent, aliqua ex parte exempla commonstrabunt. Aciem. 2.uolum.orationum.129. Tu actionem instituis, ille aciem instruit. Item in familiar.162. Ita Cohortes. Cæs.108.. Cæsar uiginti cohortibus instructis, castrisq; eo loco metatis, muniri iubet castra. Ita Copias. Cæs.82. Copias omnes in loco edito, atque aperto instruxerunt. Auxilia. Sallust.78. Auxilia palam instruebantur. Ita in orat.lib.184. Nam cum tardus in cogitando, tum in instruendo dissipatus fuit. Naues. Cæs. 204. In quo multæ naues instructæ funditoribus, & sagittarijs nostros impugnabant: id est, à funditoribus, & sagittarijs paratæ. Hortos. de offic.63.. Impetrat, emit hortos

cupidus, & locuples tanti, quanti Pythius uoluit, & emit instructos: id est, omnibus rebus, quæ ad hortos pertinent maxime paratos. Aliquid aliqua re. Sal. 23. Sed ex omni copia citer pars quarta erat militaribus armis instructa: id est, armata. Item in or. lib. 197. Aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis. Item. 1. uol. phil. 54. De cætero uellem equidem, aut ipse doctrinis fuisset instructior. Ad aliquid. Attico. 71. Instruar etiam idoneis consilijs ad hoc nostrum negotium. Ter. 60. Quàm ea nunc instructa pulchre ad perniciem siet. 1. uo. ph. 76. Erit enim instructus ad mortem contemnendam.

Insuere in rem aliquid. Att. 30. Nescio quod scribis cupisse te, quoniam Smyrnæ duos Mysios insuisses in culeum. Item. 1. uo. orat. 23. Culeus uero modo, & equuleus legitur. ut. 1. uolum. philos. 230.. uide conijcere in equuleum. No. item culeum exponit, & modo masculinum, modo neutrum fuisse exemplis probat.

Insuefacere. Notum est quid sit. Cæs. 44. Et equos insuefactos incitaret.

Insumere aliquid in aliquem. Att. 77. Vt nullus teruntius insumatur in quenquam.

Insultare calcibus aliqu. Ter. 31. Sine biduum hoc prætereat, qui mihi uno digitulo fores aperis fortunatus, næ tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra: id est, calcibus pultabis. In aliquid. 2. uol. phil. Tum in eum maxime, qui ita peperit hominem sine arte, sine literis insultantem in omnes, sine acumine ullo, sine autoritate, sine lepore. Item Sallust. Multos tamen ab adolescentia bonos insultauit. est contumeliosius in aliquem dicere.

Insusurrare, in aures, & ad aures alicui. Att. 292. Nō in quas ficte, & simulate quæstus causa insusurretur. 1. uol. orat. 237.. Atque cum uidear sedere ad latus prætoris, & ad aurem familiariter, ut solitus erat, insusurrare.

Intergr

Integrascere, est ad integrum redire. Animum. in orat. lib. 47.. Sic animus defessus audiendo, & admiratione integratur, aut risu renouatur. Malum. Terent. 16.. Vah perij, hoc malum integrascit.

Intendere. Verbum à uenatoribus translatum esse, Don. dicit super illud Terent. 61.. Intendenda in senem est fallacia. Item 17.. Repudio consilium, quod primum intenderam. Verum est & ubi nihil habet insidiarum, seq; ad propositionis uim accōmodat. ut in exemplis. Corpus. 1. uolumi. philosop. 187. Sed quia in profundenda uoce omne corpus intendunt, uenitq; plaga uehementior. Ita Digitum ad aliquid. in orat. lib. 102. Et, ut fieri solet, digitum ad fontem intenderam. quod est indicare. Oculos. 2. uol. orat. 150.. Sed contra iudices uos oro, & obtestor, ut totam causam quàm maxime intentis oculis (ut aiunt) acerrime contemplemini. Ita in orat. lib. 163. Aciem. 1. uol. philosop. 217. Atque idem ita acrem in omnes partes aciē intendit, &c. Animum. 1. uol. philosop. 29. Faciam equidem, sed intento opus est animo, ne omnia dilabantur, si unum aliquod effugerit. Animum ad aliquid. Sall. 44.. Ad bellum, quod gesturus erat, animum intendit. Animum in aliquid. Sall. 34.. In regnum Adherbalis animum intendit. quod Ci. dicit oculos adijcere alicui rei. Cupiditatem alicuiò. 3. uolumi. oration. 205.. Quò cupiditatem infinitam cum immani crudelitate iampridem intendit Antonius: id est, id unum impotenter concupit. Litem alicui. in orat. lib. 88.. Tum singulæ familiæ tibi litem intenderent: id est, te in iudicium uocarent. nunc enim in, contra significat. Periculum. Att. 33.. Multa me solicitant, & ex Reipub. tanto motu, & ex his periculis, quæ mihi ipsi intenduntur. Item. 1. uolumi. oration. 8. 19. Est etiam ubi pro instare siue contendere ponitur. Terent. 36. Hanc se intendit esse. in familiar. 3. Proxima erat Hortensij sententia, cui Lupus Tr. Pl. quod ipse de Pompeio retulisset, in-

tẽdere cœpit, antè se oportere discessionẽ facere, quàm COSS. id est, contendere, & instare cœpit. ubi cui non est apud eum, sed in eius damnum, ut pleriq; datiuorum. nam qui cum legunt, ipsi uiderint. modo conari, seu proponere. in orat. lib. 92.. Et id, quod intenderemus confirmare, protendere, seu dirigere iter. Terent. dixit. 8.. Sed ubi quæram? aut quo nunc primum intendam?

Intelligere in aliqua re. 1. uol. orat. 222. Tametsi non tam multum in istis rebus intelligo. Item. 200.. Est eius rei scientiã callere. uulgo etiam dicitur intenderſi ben di quella cosa.

Intentare, est quasi in faciem alicuius munitando aliquid obijcere. Asc. 25. Ita ut mors intentaretur, si mox non desisterent. **Sicam**. 3. uol. orat. Itaq; quando illius postea sica, quam à Catilina acceperat, conquieuit, hæc intentata nobis est. **Faces**. 1. uol. phil. Is ardentes faces intentat. **Seruos**. 3. uol. orat. Intentauit seruos? non arma? non uim?

Intercalare. In famul. 116. Quia de intercalando non obtinuerat. quod ad intercalandi rationem attinet, nihil est, quod à me expectes, cum à Macrobio omnia tibi petere possis. sed ne uix uerbum attigisse uideamur locum eius in familiar. 90.. & ubi est non nihil mendi, atque etiam diligentioris expositionis opus, explicabimus. Verba Ci. sunt: Ego idem tamen cum ad 11. Calendas intercalares priores rogatu fratrum tuorum uenissem mane ad Cæsarem. & quæ sequuntur. manifestum mendum est statim in 11. Calen. nemo enim unquam ex bonis ita locutus est. idq; ex ea ratione, quam mox afferam, censeo esse corrigendum VI. Cal. Vbi etiam uides in scriptura, quàm non multum differant duæ illæ superiores uirgulæ, ad VI. Sed cum cognoris quid ego intelligam priores intercalares, facile spero tibi cætera comprobari. Cum igitur intercalaris mensis bis sexto Cal. reciperet, necesse erat, ut inter eas bis sexto Cal. notam aliquam apponerẽt, quæ scilicet alteras ab alteris discerneret

neret. Id autem hoc modo effecerunt, ut eas Sex. Cal. quæ præcederent, priores appellarent, quæ subsequerentur, posteriores. Et si de posterioribus exemplum non habeo, sed priorum tantum ratione id assequi uideor. Ita ut VI. Cal. Intercalares priores legendum sit, significetq; illas VI. Cal. quæ præcedũt, quæq; legitimæ, & certæ erant.

Intercedere, est aliquid inter aliquid cedere. quod modo fauorem, modo contra significat. constructio uero nunc est cum quibusdam præpositionibus, modo cum datiuo, præsertim cum de aliqua re constituenda agitur, ut in ferendis legibus, in dicenda sententia, & in similibus. **Precium**. Terent. 84.. Postremo quando ego conscia mihi sum à me culpam esse hanc procul, neque precium, neque rem ullam interceſisse. **Cum** aliquo aliquid. 1. uol. orat. 8. Ad uadimonium non uenerat, ut ais, is, qui cum tibi affinitas, societas, omnes deniq; causæ, & necessitudines ueteres intercedebant. **In gratiam**. in famul. 14.. De Vatinio autem primum reditus interceſſerat in gratiam per Pompeium statim. **Inter** aliq. Terent. 107.. Vnde ira inter eas interceſit, quæ tam permansit diu, quemadmodum amicitiam, familiaritatem, querimoniam inter aliquos. Att. 270. **Dissentionem**. de offic. 210. Aut in Reipub. partibus dissensio interceſſerit. **Pro** aliquo dictum. in familiar. 16. Quod & Q. frater meus legatus est Cæsaris, & nullum meum minimum dictum non modo factum pro Cæsare interceſit. **Aliquid** alicui. Terent. 23. Nam mihi immortalitas parta est, si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit: id est, interuenerit, obfuerit. **Legi**. Att. 10.. Qui dum ueritus est, ne Fusius ei legi intercederet, quæ ex Senatus Consulto ferebatur. Item. 64.. 2. uolumi. oration. 72. Ita **Autoritati** Senatus. in famul. 3.. Cui cum Cato, & Caninius interceſissent, tamen est perscripta. **Sententiæ** alicuius. in fa. 151. Meæq;

sententiæ

sententiæ, quæ secunda pronuntiata erat, cum frequens assentiretur senatus, rogatu Seruilij P. Titius intercessit. De aliqua re. in famul. 3.. De his rebus pridie, quàm hæc scripsi, Senatus autoritas grauissima interceſſerat. uulgo intermettere. in famul. 7. Pro aliquo aliquid. Att. 83. Adscribit etiam, & quasi calcar admouet, interceſsisse se pro ijs magnam pecuniam. ubi transitiue positum uides, quod admodum rarum est.

Intercipere aliquid. Att. 7.. Vt, aut interire, aut aperire, aut intercipi possint: id est, literæ. Terent. 26.. Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit. Do. ait, quasi totum capit. ut Plaut. dixit. Quæ sola interbibere Corinthiensem fontem, & Pyreneum potest. inter enim particula præter propriam naturam, aliquãdo adauget. ut interminari. Terent. 12. Intermori. 3. uol. orat. 82. internecare. Plaut. 3.

Intercludere, est quasi iter claudere. & aliq. re aliqua, & à re aliqua, & aliquid alicui. 2. uol. oration. 201. Flumine sanguinis meum reditum includendum putauerunt. Ita Cæs. 35.. Cõmeatibus nostros intercludere insistunt. Item. 8. Siue eo, quod re frumentaria intercludere posse confiderent. Aliquem ab aliqua re. Cæs. 77. Vt Cæsar ab exercitu intercludatur. Iter. Cæs. 29.. Neque subsidio ueniri, neque commeatus supportari intercluſis itineribus posset. Item. 140. Ita Vias. 2. uol. oration. 91. Intercludere omneis seditionum uias. Fugam alicui. Cæs. 80. Atque itinerum angustiæ multitudini fugam intercluserant.

Interdicere. Lau. Vall. tam exacte persecutus est, quod ad huius uerbi constructionem attinet, ut nihil addi possit, quod totum superuacaneum non uideatur, nos duo exempla in eam sententiam tantum adducimus, quæ est, & aquam, & ignem alicui interdici, etiam usurpari solere. Sacrificijs aliquem. Cæs. 68.. Si qui aut priuatus, aut populus, eorum decreto non stetit, sacrificijs interdicunt. Cæs. 166.. Omni Gallia Romanis interdixisset

terdixisset. Aqua & igni alic. 3. uol. oration. 157. Quæ iubent ei, qui de ui: itemq; ei, qui maiestatis damnatus sit, aqua, & igni interdici. Et aquam, & ignem. 2. uol. oration. 222.. Vt M. Tullio aqua, & ignis interdicatur? Ita Præmium. 3. uol. orat. 60. Qui se opponat periculis non modo nullo proposito præmio, sed etiam interdicto. in orat. lib. 103. Neq; enim est interdictum, aut à rerum natura, aut à lege aliqua. Et ne quid facias. Terent. 113.. Interdico ne extulisse extra ædes puerum usquam uelis. nunc est prohibere.

Interesse, modo utilitatem, idq; cum impersonaliter profertur: modo præsentiam, aliquando simplicem, aliquando eius rei qua de agitur, participem, interdum differẽtiam significat. Quarum trium significationum, quàm uaria sit constructio, exemplis facile cognoscetur. Ad aliquid. Att. 172.. Neque ad id, quod quæris multum interest. Ad laudem. in famul. 67.. Equidem ad nostram laudem non multum uideo interesse. Ad necessitudinem. in famul. 29.. Magni enim uidebatur interesse ad eam necessitudinem, quam nobis sors tribuisset, consuetudinem quoq; accedere. Ad rem. 1. uol. orat. 25.. Et certe ad rem nihil interfit, utrum huic ego Comicum adolescẽtem, an aliquem ex agro &c. Quanti. Ser. Sulpitius apud Gellium 65.. Quantiq; interfuerat eam uxorem accipi, aut dari, &c. Magni. 1. uol. oration. 165. Magni sua putabant interesse. ita mea, tua, de cuius cõstructionis ratione grãmaticorum omnium pleni sunt libri. Alicui rei. 1. uol. philosop. Cum C. Tiarius in primis grauis, & doctus adolescens ei disputationi interesset. Consilijs. in familiar. 128.. Et simul ostentaui me istis esse familiarem, & consilijs eorum interesse. Rebus gerendis. in familiar. 52.. Itaq; neque tu multum interfuisti rebus gerendis. Et ego id semper egi ne interessem. In re. 1. uolumi. oration. 97. quibus ego in rebus interfui. item. 276.. Qui in re non interfuistis. Item. 1. uol. oration. 75. Cum aliquo aliq. 2. uol. orat.

uol.orat.207. Cum hoc homine, aut cum stipite Aethiope si in foro constitisses, nihil crederes interesse. Inter aliq. Ter.85.. Nimium inter uos Demea, ac non quia ades præsens dico hoc, pernimium interest. Item Att.14.. Terent. 77. Hoc pater ac dominus interest. Item.29.. Dij immortales homini homo quid præstat? stulto intelligens? quid interest? ueteres inquit Do. sic loquebantur. Ci. hoc idem per differre dixit. 2.uol. oration. 83. Quasi uero paulum differat ager Campanus, ac Stellatis.

Interficere, est de medio tollere. Quod uerbum, & occidere ueteres uehementi autoritate ad inanimata etiam transtulerunt. Ferrum rubiginem M. Cato apud Gellium. 151.. Ferrum si exerceas conteritur, si non exerceas, tamen rubigo interficit.

Interimere aliq. alic. Plaut.173. Disperij, nam illæc interemit modo me oratio.

Interire, est de ijs, quæ funditus pereunt. Beneficium. Pl. 207. Malo si benefacias, id beneficium interit: bono siquid malefacias, ætatem expetit. Datum dixit Ci. ad Att. 295. Cumq; id quod dabitur, non esset interiturum. Leges. 3. uol. oration. 196. Possunt'ne hæ leges ratæ esse sine interitu legum reliquarum? Literas. Att.7.. Sunt autem post discessum à me tuum res dignæ literis nostris, sed non committendæ eiusmodi periculo, ut aut interire, aut aperiri, aut intercipi possint. Ordines. Sallust. 78.. Cuius in urbem reditu decus, atque ordines omnes interierunt: id est, prorsus sublati sunt. Vsum rei alicuius. Cæs. 149.. Suorumq; tormentorum usum, quibus ipsi magna sperauissent spatio propinquitatis interire: id est, tormenta nulli usui esse. Aliquid in nihilum. 1. uol. philos. 44. Eoq; etiam interire, non in nihilum, sed in suas partes. Sine dolore aliquid. Att.35.. Vt posse uideremur sine dolore interire.

Interijcere aliquid alicui, & inter aliquos. Spatium. Cæs. 82. Indignantes milites Cæsar, quod conspectum suum hostes

hostes ferre possent tantulo spatio interiecto, &c. Aliquid. Cæs. 87.. Quin equestri prælio interiectis sagittarijs, quid in quoq; esset animi ac uirtutis &c. in orat.lib.243. Alios eis interiectos, & tanquam medios putet. Inter. de offic. 19. Aut interiecti inter philosophos, & eos, qui Rempub. administrant. Ita in orat.lib.198.. Est autem quidam interiectus intermedius. Item.1.uol.orat. 226.. Qui duorum fratrum ætatibus medius interiectus, uitijs cum utroq; certabat. est medium inter ea locum tenere.

Interloqui, est loquentem interrumpere. & aliquem, & alicui interloquimur. Terent. 66. Siccine me interloquere? ita enim in palatino legitur. In Aldino uero mihi.

Interminari. Terent.12. Interminatus sum, ne faceres: num ueritus? quid retulit? &c.

Intermittere, est modo in aliquod tempus, quod agas, deponere: interdum pro interijcere. Ludos. 2. uol. philosop. 92. Itaq; ludis intermissis, instauratiui constituti sunt. Literas. in familiar.101.. Neque alia fuit ulla causa intermissionis literarum, nisi quod ubi esses planè nesciebam. Facere aliquid. in familiar.101. Mirabar quid tu mihi literas mittere intermiseras. Mentionem alicuius. Att.72. Nec tui mentionem intermitti sinit. Diem. Terent.83. Nam nunquam unum intermittit diem, quin semper ueniat. Spatium. Cæs.66. Et mille passuum intermisso spatio castra communit: id est, interiecto spatio mille passuum.

Intermori aliquid. ut Reliquias. 3. uolumi. oration. 82.. Quam quod eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquijs concitastis. Memoriam re. 2. uol.orat.82. 127.. Memoriam prope intermortuam generis sui.

Interpellare, est mediã alterius orationẽ interrũpere, uel actioni se alterius interponere, autore Asc. 69.. Orationem.

Cæs.

Cæſ.126. Cuius orationem Cæſar interpellat, &c. Sententiam. Aſc.15.. Ne Pop.Rom. poteſtatem, aut conſilium, aut ſententiam interpellaturum. Ita in famil. 172. Interpellent me, quo minus honoratus ſim, dum ne interpellēt quo minus Reſp. à me commode adminiſtrari poſſit: id eſt, uetent. Realiqua aliquid. Att. 18. Sed hæc tota res interpellata bello, refrixerat. quaſi bello interrupta.

Interpollare, eſt interponere, intermittere. & factum eſt ab arte fullonica, quæ poliendo diligenter uetera quæq; quaſi in nouam ſpeciem mutat. Plaut. 5.. Illic homo me interpollabit, meumq; os finget denuo. Item. 118. Scita tu quidem es noua pictura, & interpollare uis opus lepidiſſimum. 1.uol.orat.108. Tollendo quod eſſet, & ſemper aliquid demendo, mutando, curando ne litura apparcat, interpollando.

Interponere, eſt aliquid medium interijcere. ſed ad eos maxime transfertur, qui in tractando aliquo negotio, ſe quaſi autores, & caput negotij faciunt, tamq; iuuādo, quàm impediendo nos interponimus. & dicimus interponere aliquid, & aliquid in aliquid. Moram. Cæſ. 39. Hoc expectari equites, atque eius rei cauſa moram interponi arbitrabatur. Item. 3.uol.orat. 224. Aliquid. 3.uolu.oration. 261. Hæc interpoſui P. C. non tam, ut pro me dixerim. Nomen ali.in aliqua re.1.uol. oration. 177. Hoc cum palam Decumani in tota prouincia loquerentur, tuumq; nomen in re tam turpi, nefariaq; interponerent. Autoritatem ſuam. in familiar.7. Offenſionem eſſe periculoſam propter interpoſitam autoritatem, religionemq; uideo. 1. uolumi. oration. 175. Fidem publicam. Sall. 40.. Eumq; interpoſita fide publica Romam duceret. Ita Fidem ſuam. Sall. 40.. Priuatim præterea fidem ſuam interponit, quam illa non minoris, quàm publicam ducebat. Iudicium ſuum. Att. 121. Hæc te ſcire uolui, ſcripſiq; ſedatiore animo, quàm proxime ſcripſeram, nullum meum iudicium interponens

interponens, ſed exquirens tuum. Item. 3.uolum.orat. 63.. Se. 3.uolum.orat.106. Conuocabat tribus, ſe interponebat. Att. Se. Att. 325. De Aſcanione tu uero quod uoles facies, me nihil interpono. 1.uol.orat.99. Leges ſinunt: tamen te interponis. in fam. 161. Itaq; ſapientius meo quidem iudicio facies, ſi te in iſtā pacificationem non interpones. nunc uides eſſe uetare, prohibere. Att. 268. Quin etiam, cum illa fundum ſecunda fortuna emiſſet in diem, neque poſt calamitatem uerſurā facere potuiſſet, ille ſe interpoſuit, pecuniamq; ſine fœnore, ſineq; ulla ſtipulatione, credidit. In gratiam. in fam. 14.. De Vatinio autē primum reditus interceſſerat in gratiā per Pompeium: id eſt, Pomp. autor fuit noſtræ reconciliationis. nunc uero adiuuare, fauere, prodeſſe ſignificat.

Interpretari aliquid, & de re aliqua. Monſtra. 2.uolum. phil. 80.. Cumq; magna uis uideretur eſſe in impetrandis, conſidendisq; rebus, & in mōſtris interpretandis. Att. 262. Quod ſi à te erit impetratum, uelim exiſtimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, ut tuo ſummo beneficio me affectum iudicem.

Interrumpere aliquid. Pontem. Cæſ. 124. Cohortes quinque præmiſſæ à Domitio ex oppido pontem interrumpebant. Officium alicuius. in fam. 64. Sed multa uarietate temporum interruptum officium cumulate reddidi. Orationem. 3.uolum.orat. 72. Atque illam interpellationem mei familiariſſimi, qua paulo ante interrupta eſt oratio mea, non pertimeſcam. ut interrumpere aliquem dicentem, pro interpellare, Plautino uerbo, Latine dici recte uideatur.

Interuenire, eſt medio negocio quaſi ex inſidijs ſuperuenire, & opprimere in ipſo actu eos, qui rem celatam uellent, Don. ait. uerum ſemper non habet inſidias hominis interuentus: ſed pro intereſſe ſimpliciter ſignificat. Terent. 86. Nam ut numerabatur forte argentum, interuenit homo de improuiſo.

uiſo. Item. 537. Att. 21. Magni intereſt Ciceronis, uel mea potius, uel me hercule utriuſq; , me interuenire diſcenti. Querelis alicuius. Attic. 299.. Etenim interuenit nonnullorum querelis, quæ apud me de iſto ipſo habebantur. nunc eſt ſimpliciter adeſſe, intereſſe. Sapienti fortunam. 1. uol. phil. 61.. Optime uero Epicurus, quod exiguam dicit fortunam interuenire ſapienti: id eſt, parum admodũ fortunam ſapientum impedire poſſe.

Interſepire, eſt impedire. Iter alicui. 3. uol. orat. 63.. Ne interſeptum ſit his iter perpetuum ad hoc ampliſſimum præmium ciuitatis.

Interuertere, eſt rem aut cõmodatam, aut apud ſe depoſitam, aut creditam, callide, doloq; malo intercipere. 1. uol. orat. 215.. Qui ſi intellexerint, ſi interuerſo regali hoc dono grauiter uos tuliſſe, &c. Item de eodem candelabro. Candelabrum, quod rex Aegypti Ioue capitolino dono intulerat, à Verre, qui illud commodatum à rege acceperat, interuerſum eſſe conqueritur. Aliquid. 3. uol. orat. 175.. Ille inducit, ut peteret promuſſum, & receptum interuertit, ad ſeq; transtulit. Plaut. 22.. Vnde ſumam? quẽ interuertam? id eſt, fraudabo, decipiã. ut etiam hominem interuerti dicamus, à quo aliquid per dolum auferamus.

Intonare uocem alicuius. 2. uol. orat. 143.. Iam enim heſterna concione intonuit uox perniciosa deſignati collegæ tui. eſt altius uocem edi. intranſitiue tantum.

Intorquere, eſt conijcere, à iaculatoribus ſumptum. aliquid inter aliq. Contumelias. 1. uolum. phil. 226. Alternis enim uerſibus intorquentur inter fratres grauiſſimæ contumeliæ.

Intrare in rem aliq. Att. 292.. In prouincia uero ipſa ſiquem es nactus, qui in tuam familiaritatem penitus intrarit: id eſt, quo familiariſſime uteris. In inſidias. Cæſ. 171. Qui cum eſſent progreſſi, primæq; turmæ in inſidias intrauiſſent. abſolute pro eo,

pro eo, quod eſt rem exactius tractare. 2. uol. orat. 151. Intrabo etiam magis, qui geſſit, non adeſt, &c. Fiſſuram aliq. de re ruſt. 37. Qua fiſſuram intrat.

Introducere, proprie eſt in aliquem locum aliquid ducere, immittere. interdum inducere. Aliq. aliquo. 1. uol. phil. 230. Socrates autem primus philoſophiam deuocauit è cœlo, & in urbibus collocauit, & in domos etiam introduxit, hinc introductiones mulierum, & adoleſcentulorum dixit Cic. Att. 11.. In Remp. 2. uol. orat. 196. Quæ omnia iam non ſunt tam calamitoſa, quòd mihi ſunt ſubeunda, quàm pernicioſa, quòd in Remp. ſunt introducta. Initium alicuius rei. 3. uolum. orat. 272. Id uos ſi forte offendimini, iuſtius huic quàm mihi ſuccenſere debetis, qui initium introduxit. Comparationem. de off. 54.. Quod cum ita ſit, putant quidam hanc comparationem recte non eſſe introductam: id eſt, recte comparatam. Deliberationem. de off. 54.. Non uidetur huiuſmodi deliberationem introducere. Procurationem. Att. 261. Poſſumus enim ut ſponſores appellemus, procurationem introducere. Aliq. loquentem. de off. 96. Introduxi enim ipſos quaſi loquentes.

Introire aliquo. In uitam. de off. 98.. Quem fuit æquius, ut prius introierã in uitam, ſic prius exirem de uita. In urbem. in fam. 115. Qui ſimulatq; Dolobellam acceſſit ad tribunal, introierat enim in urbem.

Intromittere aliq. aliquo. Ter. 26.. Vereor ne illud grauius Phædria tulerit, neue aliorſum, atq; ego feci, acceperit, quòd heri intromiſſus non eſt. In ædes. Pl. 33. Cauc quẽquam alienum in ædes intromiſeris. Item. 40. Ego uero nuſquàm legi in ædibus intromitti.

Introſpicere in aliq. In mentem ſuam. 1. uolum. phil. 89. Tu te introſpice in mentem tuam ipſe, cumq; omni cogitatione pertractans, perconctare ipſe te. habet res diligentem

consideratione m.

Intrudere se. 1. uol. orat. 287. Atque etiam se ipse inferebat, & intrudebat.

Intueri aliq. & in aliq. in orat. lib. 193. Tum Brutus de isto postea, sed tu, inquit, me intuens, orationes nobis ueteres explicabis? Potestatem, opem, alicuius. 2. uolum. orat. 145. Vestram fidem obtestatur, misericordiam implorat, uitam, potestatem, ac uestras opes intuetur. nunc oculis, uultu, nec sine spe, opem implorantem expressit. Nutum hominis. Attic. 294. In qua tanta multitudo ciuium, tanta sociorum, tot urbes, tot ciuitates unius hominis nutum intuentur? Item. 291. Nam græci sic te ita uiuentem intuebuntur, ut quendam ex annalium memoria, aut è cœlo diuinum hominem esse in prouinciam delapsum putent. nunc est magis obseruare. Aliquid. in fam. 101. Iam tum mihi non placebas, cum idem intuebare, quod & Titius familiaris meus. nunc probare significat. In aliquem. in orat. lib. 166. Nam mihi Brute in te intuenti crebro in mentem uenit uereri, ecquodnam curriculum aliquando sit habitura tua, & natura admirabilis, & exquisita doctrina, & singularis industria. Item. 85. In aliquid. in orat. lib. 167. In quam cum intueor: id est, quam cum exactius cõsidero. agit de iu dicendi.

Inuadere, est cum impetu, & repente aliquid aggredi. interdum ingredi, nec semper de malo: & aliquid, & in aliquid inuadimus. In aliquem. 3. uol. orat. 6. Vt in eum non inuasisse, sed incurrisse uideatur. 1. uolum phil. 219. De L. Bruto fortasse dubitarim, an propter infinitum odium in tyrannum effrenatius in Aruntem inuaserit. 1. uol. orat. 289. Vt in Cecinnam uenientem cum ferro inuaderet. Item de off. 16. Illud autem optimum, in quo me inuadi solere ab inuidis, & improbis audio: id est, carpi. ubi uides uti compositio non solum significationem, sed coniugationem, ut in compositis à do, &

in multis

in multis alijs, uerum etiam genus cõmutat. nam uado is, cum neutrum sit, tamen in hac compositione passiuam admittit significationem, quod non facit cum euado, cum peruado. non enim euasum, aut peruasum aliquem ab aliquo quis unquam dixerit, sed inuasum, & inuadi recte. In pecuniam alic. 1. uol. orat. 19. Vt quoniam in alienam pecuniam tam plenam, atq; præclaram nullo iure inuaserit: id est, manum iniecerit. In bona alicuius. 1. uol. orat. 22. Interea iste Titus Roscius uir optimus, procurator Chrysogoni Ameriam uenit, in prædia huius inuadit. In Galliam, in Asiam, in alienã prouinciam. 3. uol. orat. 231. In Galliam inuasit Antonius, in Asiam Dolobella, in alienam uterq; prouinciam In collum alicui. 3. uol. orat. 175. Cum mulier fleret uberius, homo misericors ferre non potuit, caput aperuit, in collum inuasit: id est, se in collum eius coniecit. In oculos. Plaut. 31. In oculos inuadere optimum est: id est, irruere. In animum aliquid. Sall. 40. Tanti uis auaritiæ in animum eorum ueluti tabes inuaserat: id est, eorum animos occuparat. Fines hostium. Sall. 34. Igitur ex improuiso fines eius cum magna manu inuadit. Dolorem aliquem. Ter. 109. Dic mihi an dolor repente inuasit: id est, occupauit. proprie, inquit Do. inuasit, quia repẽte. Libidinem aliquem. Sall. 2. Hunc post dominationem L. Syllæ libido maxima inuaserat Reip. capiundæ: id est, incesserat. Desidiam, Inertiam, Stuporem, Torpedinem aliquem. Sall. 91. Quia desidia, inertia, & stupor eos, atque torpedo inuasit: id est, corripuit. Animo aliquid. Sall. 35. Quippe qui totum eius regnum animo iam inuaserat. In arcem causæ. in fam. 11. Non potui magis in arcem illius causæ inuadere: id est, magis in causam illam ingredi.

Inuehere aliquid alicui. 1. uol. phil. 196. Non erant in ijs, quæ tibi casus inuexerat: id est, intulerat. Casum fortunam alicui. 1. uo. phi. 217. Vt quẽcunq; casum fortuna inuexerit, hũc apte,

& quiete ferat.

Inuehi, modo uehi, modo increpare, autore No. sed in secunda significatione in aliquem inuehi dicimus. **Capitolium**. de off. 127. Sed cum eius curru Capitolium inuectus offendes Remp. perturbatam consilijs nepotis mei. ut rostra aduolare. **In aliquem**. 3. uol. orat. 242. In totam deniq; M. Antonij domũ sum semper inuectus. Ita **In causam** alicuius. in orat. lib. 87. Cum igitur uehemẽtius inueheretur in causam principum Consul Philippus, &c.

Inuenire, idem est quod reperire, aliquando acqrere. **Viam**. Terent. 30. Ego adeò hanc primus inueni uiam: id est, autor fui. **Remedium**. Ter. 15.. Quod remedium huic malo nũc inueniam? **Cognomen** aliq. 1. uol. phil. 53.. Neque eum Torquatum, qui hoc primus cognomen inuenit &c. id est, qui cognominis autor fuit. **Obtrectatores**. in fi. 65.. Scis meã fortunam nescio quomodo facile obtrectatores inuenire: id est, incurrere in obtrectatores. **Certum**. Cæs. 127. Neque certum inueniri poterat: id est, sciri. **Acute** aliquid. in orat. lib. 167.. Nihil acute inueniri potuit, &c. **Aliquid**. Ter. 29. Vtinam tam aliquid inuenire facile posßis Phædria, quàm hoc peribit. nunc est acquirere, ut ait Don.

Inuertere, est quasi in contrarium uertere, & præposterè uerba pronũciare, ut pro lauo, uola, Do. ait. Ter. 58.. Inuersa uerba, euersas ceruices tuas. **Annulum**. de off. 59.. Idem rursus uidebatur, cum in locum annulum inuerterat: id est, in alteram partem uerterat.

Inuestigare, est sæpius quærendo inuenire, ut sit uestigo, quæro, inuestigo, & peruestigo quasi acquiro, inuenio. Ter. Nihil tam difficile, quin quærendo possit inuestigari, & reperiri. Itẽ 1. uol. orat. 225. Quam cum inuestigare, & conquirere Cæres uellet, &c. de off. 19. Qui aut inuestigarent, aut conarentur magna quædam. 1. uol. phil. 161. Att. 134. 3. uol. orat. 97.

Igueterã

Inueterare aliq. in fam. 39.. Et pro nostra nõ institutã, sed inueterata amicitia cures, cauere, &c. **Opinionem**. 1. uol. or. 66.. Inueterauit enim iam opinio Reip. &c. **Honorem**. nomen alicui. 2. uol. orat. Quorum iam & nomen, & honos inueterauit, & huic urbi, & hominũ famæ, ac sermonibus. **Barbariam**. 3. uol. orat. 63.. Inueteratam quondam barbariam ex Gaditanorum moribus, disciplinaq; delerit.

Inueterascere. In hoc uerbo illud euenire uideo, quod fortasse in nullo alio, ut duo significet è regione aduersa, nam modo est durare, modo deficere. durare, quia quæ uetera fiunt, diu quidem durant, & sunt: item, quæ multi sunt temporis, ætate illa solẽt debilitari, & sensim deficere. ut. 2. uol. orat. 116.. Memoria uestra Quirites nostræ res alentur, sermonibus crescent, literarum monimentis inueterascent: id est, diu permanebunt. Item. 1. uol. phil. 236. Nihil enim inueterascere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus uita beata consistit. nunc est deficere.

Inuidere, & alicui, & aliquid alicui, & in aliqua re inuidemus. alicui, nihil opus est exemplis. **Aliquid** alicui. 1. uolum. phil. 190.. Vt nobis optimam naturam inuidisse uideantur. **In aliqua re**. 2. uol. orat. 161. Romam uenis, affers faciem nouã, nomen uetus, purpuram tyriam, in qua tibi inuideo, quòd unis uestimentis tandiu es lautus. passiue est etiam ubi prolatum est. 1. uol. phil. 194.. Non dixi in inuidiam, quæ tum est, cum inuidetur: id est, quãdo quis inuidia laborat, quod planius expressit Horatius in arte, cũ dicit, Ego cur acquirere pauca si possum, inuideor. sed mire, inquit, Acro Hor. nam cum de fingendis uerbis loqueretur, hoc sibi secundum Græcos effingit, nam apud Plaut. 105.. Item. 181. Impersonaliter dictum esse uidetur.

Inuisere, est proprie ire uisum, interdum perspicere, interius uidere, & aliquid, & ad aliqd inuisimus. Pl. 131. Nunc ad eum

inuiſo.interius uidere.in orat.lib. Itaq; nec hoc poſſum dicere me omnino ignorare, quod poſsideat, neque plane noſſe, atque inuidiſſe.

Inuitare *aliq.re aliqua.3.uol.orat.139..* Præmijs etiam inuitabat. **Se plusculum** *in cœna. Pl.5.* Mira ſunt niſi inuitauit ſeſe in cœna pluſculum:id eſt,repletus eſt,exponit No.ut crebro apud uetuſtiores. **In locum** *alterius alic. Att.34..* Coſconio mortuo,ſum in eius locũ inuitatus. **In rem.** *Att.33..* A C. Cæſare ualde liberaliter inuitor in legationem illam.

Inuocare, etſi proprie dij inuocantur, de hominibus etiam tamen uſurpatur.*in fam.65..* Ego autem quem potius adoptem, aut inuocem, quàm illum, quo defendente uincere didici. eſt etiam ubi in,negat,ſignificatq; non uocare.*Plaut. 45.* Iuuentus nomen indidit ſcorto mihi, quod inuocatus ſoleo eſſe in conuiuio.

Inuolare,*eſt impetu facto irruere,à uolatus celeritate factum. & in aliq.inuolamus.* **In oculos** *alicuius. Ter.39.* Vt ego unguibus facile illi in oculos inuolẽ uenefico. **In capillum.** *Ter.44..* Vix me contineo,quin inuolem in capillum.

Inuoluere,*eſt circumtegere.& aliquid aliqua re inuoluimus. 3.uol.orat.82.* Atque hæc dicere uix audeo, uereor ne qui ſit, qui iſtius inſignem nequitiam frontis inuolutam tegumentis nondum cernat:id eſt,tectam.*Item Cic.ad Cæſ.* Iuniorem lib. primo:Sed quod uideret nomine pacis bellum inuolutum fore: id eſt,tectum.

Inurere,*eſt ſignum per ignem rei alicui imprimere. transfertur tamen ad ea, quæ grauiter inſident alicui, ut odium, famam,&c.* **Calamiſtris** *aliq.in orat.lib.189.* Qui uolunt illa calamiſtris inurere. **Odium** *alicui ex aliqua re. 2. uol. orat. 231..* Tantum homines impios ex uetere illa coniuratione inuſtum nefarijs mentibus bonorum odium retinebat. **Famam** *crudelitatis & ſuperbiæ alicui.2.uol.orat.125..* Quæ ſi cauſa

cauſa non eſſet,tamen, uel dignitas hominis,uel honoris eius, quem adeptus eſt,amplitudo ſumma,mihi ſuperbiæ, crudelitatisq; famam inuſiſſet,ſi hominis & ſuis, & Pop.Rom. ornamentis ampliſsimi cauſam tanti periculi repudiaſſem. **Leges** *alicui.3.uol.orat.107..* Quas ille leges (ſi leges nominandæ ſunt,ac non faces urbis, & peſtes Reip.) fuerit impoſiturus nobis omnibus,atque inuſturus.fortaſſe, quia faces dixit,addidit inuſturus. **Dolorem** *alicui.1.uol.phil.194.* Proprium eſt enim irati cupere,à quo læſus uideatur,ei quàm maximum dolorem inurere.*Item Att.12. 3.uol.orat.121.* **Scelus** *Reip.3. uol.orat.6.* Si nondum ſcelera, uulneraq; inuſta Reip. uultis recordari. **Vulnera.** *uide ſcelus.* Peſtes Reip. Faces Reip. *uide leges.*

Iocari, *proprie uerbis eſt. Terent. 33.* Quid agis? iocabar equidem.

Iraſci,*eſt ira commoueri. & alicui, & cum aliquo iraſcimur.* **Cum** *aliquo.1.uol.phil.220.* Iratus uidetur fuiſſe cum Tyberio Graccho tum,cum languentem Cos.reliquit.

Ire. Verbum hoc cum motum habeat ad locum, grãmaticorum regulas recte ſæpius ſeruat, ut niſi præpoſitione addita caſum poſtulet.eſt tamen interdum ubi eam non curet.ut ire exequias alicuius:id eſt,ad eius exequias.*Item* inficias, ſuppetias, uiam ſuam,ut ſuo de omnibus loco.neque illud omittam,ſignificare etiã modo abire,modo uenire.ut Don.ait. **Ad arma.** *in fam. 162..* Poſteaquàm itum eſt ad arma. **Ad ſaga.** *3.uol. orat. 158..* Propter cuius periculum ad ſaga iſſemus. **Ad aliquẽ.** *Ter.38.* Eamus ad me,ibi proximum eſt ubi mutes:id eſt, domum meam.*Item.6..* Itur ad me.nunc perſonam ſignificat, & quaſi hoſtiliter dictũ ait Don.ut Pl. Itur ad me.& Virg. Ibat in Eurialum. **Ad ſacculum.** *Pl.45..* Vel extra portam ire trigeminã ad ſacculum licet. **Aduerſum** *alicui.Pl.10.* Magis nunc meum officium facerem, ſi huic eam aduerſum, arbi-

tror:id est, obuia. Ante. Terent.13. Hem id te oro, ut ante eamus, dum tempus datur: id est, præoccupemus. alibi anteire habet conditionem, nunc consilium, uel factum potius continet. Exequias alicui. Terent. 146. Exequias Chremeti quibus est commodum, ire iam tempus est. uide ire exequias sine præpositione. & ire pro eundi. Inficias. Ter. 84.. Nunc si hoc palam proferemus, ille inficias ibit, sat scio. Item Plaut. 135. In uigiliam. Plaut.196.. Quid hoc, quod te rogo? noctu in uigiliam quando ibat miles, tum tu ibas simul? In sententiam alicuius. in fam. 3.. Perspiciebant enim in Hortensij sententiam multis partibus plures ituros. In omnia alia.in fam.3. Postulatum est, ut Bibuli sententia diuideretur, quatenus de religione dicebat, cui rei quia obstiti non poterat, Bibulo assensum est, de tribus legatis. frequentes ierunt in alia omnia. pertinet & hoc ad sententiam dicendam, significat autem contrà sentire. & sensus est: Bibulo assensum est, quatenus de religione dicebat, de tribus autem legatis, omnes in alia omnia discessere: id est, ab eo dissensere. & ita interpunctis periodus est distinguenda, ut nos distinximus. quod ipsum per discedere dixit. 151. Cæs. uero pertrãsire. 119. In otium. in fam. 195.. Tamen eo tempore me cõsolabar, quòd & in summum otium te ire arbitrabar, & impendentibus magnis negocijs discedere. In uiam. Ter.35. Haud conuenit unà ire amicam cum imperatore in uiam. ubi in loco in, accusatiuum etiã recipit. In consilium. 2. uol. orat. 86. Cum his iudicibus, quos in horum locum substitutus es, de te in consilium iturum putasti, tandiu domi fuerunt? Item. 82.. Si post Cal. Ian. in consilium iretur. Item. 2. uol. orat. 28.. 3. uol. orat. 6. Pro iudicare ubiq;. In neruum. Ter. 137.. Nostra causa scilicet in neruum ibit potius: id est, omnes perferet cruciatus. In possessionem. 1. uol. orat. 201.. Dicebat iste, nisi cũ muliere decideretur, in possessionem

ire iussurum. In duplum. 2. uol. orat. 136.. Vt si iudicatũ negaret, in duplum iret. In aliquem. Att. 26.. Equidem antequàm tuas legi literas, in hominem ire cupiebam. Sall. 80.. Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L. Quintium, uidistis: id est, quantus aduersarius extiterit. Aliquo. Ter. 95.. Mane, scio, istuc ibam: id est, hoc nunc uolebã dicere. Iter constitutũ. Cæs. 220.. Cæsar iter constitutũ ire contendit. Itineribus alic. aliq. Att. 324. In quo quoniam ipsi quoq; fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus. Obuiam alicui. est sæpius ei cohonestandi eum causa occurrere. ita etiam pro contradicere, obstare. Sall. 27. Deinde quia tum primum superbiæ nobilitatis obuiã itum est. 32.. 35.. 67.. Cæs. 80. In ius. Att. 266.. In ius de sua re nunquàm ijt. Prorsus rem. Att. 235.. Dolobellæ & prima illa actio, & hæc contra Antonium concio mihi profecisse permultum uidetur, prorsus ibat res: id est, recte, prospere. Plautus ante Cic. hac particula usus est: de eo, qui non recte eat, sed quasi cancer. 193.. qui ita ait, Illuc sis uide, non prorsus, uerum ex transuerso cedit, quasi cancer solet. Perditum aliquem. Terent. 3.. Cur te is perditum? Suppetias alic. Cæs. 231. Suppetias ire contendit. Viam rectam. Pl. 207.. Rectam is leno uiam. Item. 243. Viam suam dixit abire. uide uerbum. Visere. Ter. 104. Nostra ilico it uisere. Item. 124. Vultis ne eamus uisere?

Irraucire aliq. in or. lib. 108. At Aesopus si paulum irraucuerit, explodi.

Irrepere aliquo, est eò clanculum peruenire. ab ijs animalibus, quæ uentre gradiũtur, quorũ gressus maxime tacitus est, sumptum. & in rem, & in re irrepere dicitur. In aliqua re aliquid. de off. 66.. Itaq; si uir bonus habeat hanc uim, ut si digitis concrepuerit, possit in locupletium testamento nomen eius irrepere, &c.

Irretire aliq. aliqua re. 3. uolum. orat. 31. Hominesq; negocia

gerentes iudicijs iniquissimis irretires. Se erratis. 1. uolum. phil. 240.. His enim se adolescens improuida ætate irretierat erratis.

Irrídere, idem est cum deridere. Terent. 5. Irrides? nihil me fallis.

Irrigare agros. de off. 35. Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorum irrigationes, &c.

Irritare. Dictum est proprie prouocare, à canibus tractum, qui cum prouocantur irruunt, ait No. uel quia restrictis dentibus hanc literam imitantur, inquit Don. Animum. Ter. 14. Dum animus irritatus est: id est, ira commotus. sed bono etiam irritamur. ut in exemplis. Crabrones. Pl. Irritabis crabrones, & irritasso. Pl. 7. Nam si me irritassis. Gulam. Sall. 64. Quia Numidæ plerunq; lacte, & farina uescebantur, & neq; salem, neq; alia gulæ irritamenta quærebant. nunc continet suaue irritamentũ. Att. 285. Neq; magis irritatus esset Antonius regno Cæsaris, quàm ob eiusdẽ mortẽ deterritus. est & alterũ Irritare, ri syllaba correpta, cũ supioris producatur. significat autẽ improbare. Ter. Quod erat ratũ, irritũ est.

Numidæ

Irrogare, est imponere, idq; fortasse tantũ de grauibus, ac molestis rebus. Pl. 51. Irrogabo mulctam, ut mihi cœnas decem dent meo arbitratu. 2. uol. orat. 222. Vt ter ante magistratus accuset intermissa die, quàm mulctam irroget, &c. Item. 3. uo. orat. 108.. Asc. 10. Supplícia alicui. Asc. 60. Est enim locus de supplicijs irrogatis. Vectígalia. Cæs. 248. Tributis, uectigalibusq; regijs irrogatis. Leges. 2. uol. or. 222. Vetant leges sacratæ, uetant XII. tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari. Tríbuta. uide supplicia.

Irruere, eorum est, qui cum impetu aliquid ineunt, Don. ait. quod uerbum cum neutrũ sit, Ter. noue intulit se, fecitq; trãsitiuum. 88.. Vide ne ille huc prorsus se irruat. In offensionem alic. 1. uol. orat. 72.. Qui quasi de industria in odium offensiõ

offensionemq; Pop. Rom. irruere uideantur.

Irrumpere, est impetu facto aliquid inuadere, & in, & ad aliquid irrumpimus. In Asiam. 3. uolum. orat. 231. Alter in Asiam irrupit cursim. Sall. 17. Vt grege facto cum telis ad sese irrumperent.

Itare aliquo, apud Gell. ex edicto quodam. 214.. Maiores nostri, quæ liberos suos discere, & quos in ludos itare uellent, instituerunt.

Iterare aliquid. Asellio apud Gell. 87. Exq; eo libro, quæ in bello gesta sunt, iterare. 1. uol. phil. 184.. Iterandum eadẽ mihi ista, non enim intelligo &c.

Iubere, est uelle ab eo quod sequitur, id, quod præcedit. non iubemus enim nisi quod uolumus. ut Chremetem iubeo Don. ait. est etiam pro decernere. ut populus iusit, autore Sexto. nam pop. iubebat, senatus censebat. ut Cic. Att. 275. Quod enim nondum senatus censuit, nec populus iusit &c. & tum aliquid alicui iubemus. in propria uero significatione aliquid aliquem iubemus. Legem. in orat. lib. 90. Num ad populum de legibus iubendis, atque uetandis. 2. uol. phil. 191. Sall. 60. Postquàm ei prouinciam Numidiam populus iusit: id est, decreuit. Aliquid aliquem. in fam. 223. Quæ te aliquid iuberent. Item. 224. Saluere aliquẽ. Att. 62. Dionysium iube saluere. Gaudere. in fam. 96. Quamobrem ualde iubeo gaudere te. Sperare. in fam. 232.. Nunc quando sperare nos amici iubent, &c.

Iudicare, est ius dicere, Varrone teste. sed pro existimare etiã ponitur. Animo suo aliq. Terent. 97. Geta maxime precij esse te hominem iudicaui animo meo hodie: id est, secundum sententiam animi mei. Ex ingenio suo. Terent. 70.. Obe, iam desine deos uxor gratulando obtundere, tuam esse inuentam gnatam, nisi illos ex tuo ingenio iudicas, ut nihil credas intelligere, nisi idem dictum est centies: id est, nisi eos tui simules esse exi

esse existimas. Item Ter. 28.. Atq; ex aliorum ingenijs nunc me iudicet. De sensu suo. 2. uolum. orat. 120.. Ego enim de meo sensu iudico. Hostem aliquem. 3. uol. orat. 186. Et iudicetur non uerbo, sed re, non modo non consul, sed etiam hostis Antonius: id est, loco hostis habeatur. Recte, & ordine. 1. uol. orat. 41.. Laudabũt omnes, si recte, & ordine iudicatis. Dissolute. Att. 314.. Equites Romani (dissolute enim iudicatis) nos iudicamus, uos laudatis, inquit. Perperam. 1. uol. orat. 125. Si quis perperam iudicasset, se cognoturum, cum cognosset, animaduersurum. Item Pl. 48.. De aliqua re. Cæs. 59.. Hic dies, hic dies de nostris cõtrouersijs iudicabit: id est, dijudicabit.

Iugulare, est iugulum ferire. quo in loco quoniam maximè uita exposita est, ideo sæpius iugulare occidere significat. Aliquem. Terent. 34. Pulchre mehercule dictum, & sapienter. papæ iugularas hominem. Et gladio. Att. 10.. Cum illum plumbeo gladio iugulatum iri tamen diceret. Præiudicio. 2. uol. orat. 31.. Itaq; cum Oppianicum iam perditũ, & duobus iugulatum præiudicijs uideret.

Iungere, est adiungere, tamq; rhedam equis, quàm equos rhedæ iungi dicimus. Att. 89. Hic Vedius uenit mihi obuiam cum duobus essedis, & rheda equis iuncta, & lectica, & familia magna.

Iurare, est aliquid iureiurando confirmare. Plautus etiam hoc ut deponenti usus est. Calumniam. in fam. 117. Nam de diuinatione Appius, cum calumniam iurasset, contendere ausus non est: id est, se non malitiose, cum eo agere iurasset: quod adhuc in iudicijs seruatur. Calũnia enim est malitiosa, & mendax infamatio. In litem. 1. uol. orat. 45.. Quod in codicũ iuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet? In uerba alic. aliq. Cæs. 141. Princeps in hæc uerba iurat ipse, ad idem iusiurandum adigit Afranium, subsequuntur Trib. militum.

litum. In legem. 2. uol. orat. 36.. Multam petiuit: qua lege? quod in legem non iurasset. Item. 3. uol. orat. 17. Quasi uero ille nõ in alteras quoq; leges, quas iniuste rogatas putant, iam ante iurarit. 1. uolu. phil. 76. Est iurando legem probare. Conceptis uerbis. Pl. 26.. Vbi uerbis cõceptis sciens libẽter periurarit. Item. 185. Iurastin' te illam nulli uẽdituru nisi mihi? B. fateor. Ca. nempe conceptis uerbis? B. etiam consultis quoq;. uide concipere uerba. item dare iusiurandum. & idem est cum in uerba alic. iurare. Ex animi sentẽtia. de off. 73.. Nõ enim falsum iurare peierare est, sed quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut uerbis concipitur, more nostro, id nõ facere periurium est. Ex legibus. Att. 33. Ad quæ, ut ex legibus Iulijs non dubitant iurare cæteri. est secundũ eas leges iusiurandum dare. Morbum. Att. 1. Aquilium nõ arbitramur, qui denegat, & iurauit morbum, & illud suum regnum iudiciale opposuit. quid autem hic sit iurare morbum sentio multos dubiũ habere: ego ita conijcio, ut quasi uox sit execrantis, tamq; ualeat, atq; si dixisset, morbo hoc nunquam liberer, si peto. Iurari pro iurare. Pl. 223. Qui mihi iuratus est sese hodie argentum daturum.

Iuuare, est facere quod conducat. 1. uol. orat. 246. Te igitur autore, atq; interprete, ne foro quidem, & conuentu Mamertini Pop. Ro. iuuare debuerũt. Item in fam. 213.. Id est, si T. Manlium quàmmaxime, quibuscunq; rebus honeste, ac pro tua dignitate poteris iuueris, atq; ornaueris. Item. 213,.

L



Labare, est proprie corruere, sed etiam transfertur. 3. uol. orat. 207. Cum ei labare M. Antonius uideretur.

Labascere, est moueri incipere. Ter. 27.. Labascit uictus uno uerbo. Item. 81,. Labascit, unum hoc habeo &c.

Labefacere

Labefacere, *est aliquid aliqua ex parte cõmouere, corrumpere.* Dentes *alicui.* Ter. 81.. *Pudet nihil, omnes dentes labefecit mihi.*

Labefactare, *est aliquid aliquo modo deterius facere, & quasi labe afficere.* Causam. 1. uol. orat. 46.. *Cæteri, cum ad iudicem causam labefactari animaduertunt, ad arbitrum confugiunt.* Fidem *alicuius precio.* 2. uol. orat. 38.. *Quos appellarit, quibus pecuniam promiserit, quorum fidem precio labefactare conata sit.* Dignitatem *alicuius.* 3. uol. orat. 129.. *Et eo magis quòd uidetis hos quasi sumptos dies ad labefactãdam illius dignitatem.* Iudicatum. 2. uol. orat. 29. *Rem enim integram hominis non alieni quãuis suspitiosam defendere humanitatis esse putabamus, iudicatam labefactare conari impudentiæ, &c.* Præsidium. Att. 279.. *Hoc adolescentis præsidium equidem adhuc firmum esse confido, sed ita multi labefactant, ut ne moueatur, interdum extimescam.* Orationem. 1. uol. phil. 58. *Quam autem dicam uoluptatem iam uidetis, ne inuidia uerbi labefactetur oratio mea.* Remp. 2. uol. or. 93. *Mediocriter labefactantem statum Reip.* Leges, *ius.* 1. uol. orat. 298.. *Non homines lædit, sed leges, ac iura labefactat.*

Labí. *Verbi proprietas esse uidetur nõ sensim, sed celeriter cadere, qui casus quoniam solet eorũ esse, qui imprudenter ingrediuntur, ideo transfertur recte ad reliquos errores. est etiã ubi celeritatem maxime significat.* Opinione *aliquem.* 3. uol. orat. 247.. *Talis igitur, & uir, & ciuis opinione labi potest.* Inopia *uerbi aliquem.* 3. uol. orat. 225. *Nam te inopia uerbi lapsum putarem, nisi tuam in dicendo facultatem nossem.* Ad molliciem *aliq.* 2. uol. phil. 177.. *Quarum mores lapsi ad molliciem pariter sunt immutati cum cantibus.* Diem. 3. uol. orat. 226. *Cassius lapsis paucis pòst diebus consequebatur.*

Laborare. *Verbum hoc multis modis accipitur, tamq; transitiue, quàm intransitiue ponitur recte. dicimus uero laborare aliquid,*

alquid, & alicui, & aliqua re, & cum præpositionibus quibusdam, ut in exemplis, tamq; dicimus caput alicui, quàm capite aliquem laborare. Idem *quod tu.* Att. 206. *Quo etiam magis laboro idem, quod tu.* Id. *in fa.* 131. *Quod scribis prælia te mea causa sustinere, non tam id laboro, ut si qui mihi obtrectent, à te refutentur, quàm intelligi cupio, quod certe intelligitur, me à te amari: id est, curo.* Res Ro. Att. 66. *Ad quid laboramus res Romanas? & transitiue est positum, nam in id, & idem non ita. in famil.* 45. *Hæc mihi ampliora multo sunt, quàm illa ipsa, propter quæ hæc laborantur. ubi uideant grammatici etiam laborari in passiua uoce & significatione reperiri, neq; laboratum participium esse sine origine uerbi.* Aliquid. 3. uol. or. 48.. *Cum à me ipso laborata proferri uiderentur.* Alicui. 1. uol. or. 169.. *Patiemini iudices à socijs, ab aratoribus Po. Ro. ab his qui uobis laborant, uobis serunt &c.* Hostibus *intestinis.* Att. 278.. *nec externis hostibus magis, quàm domesticis laboramus.* Malis *alicuius. in fa.* 47. *Non tuis bonis delectari potius, quàm alienis malis laborare.* Crudelitate *aliq.* 1. uol. orat. 44.. *Vestrum nemo est, quin intelligat Po. Ro. qui quondam in hostes lenissimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborare.* De milone. *in famil.* 20.. *Quamobrem si me memorem, si gratum, si bonum uirum, uel ex hoc ipso, quòd tam uehementer de Milone laborem, existimare potes.* Att. 78.. *Ita* De uita, *de capite.* 2. uol. or. 59.. *In quo tamen non minus de capite huius, quàm de sua uita laborat. Item Attic.* 214.. De existimatione. *Attic.* 291.. *Quem certo scio ita laborare de existimatione tua, &c.* De gloria. Att. 298.. *Simul illud cogita nos non de reliqua & sperata gloria iam laborare, sed de parta dimicare. Etsi ubiq; de, causam significat, neq; cum uerbo quicquã proprij habere scio.* E dolore *aliquem.* Terent. 7. Labo-

rat è dolore, atque ex hoc misera solicita est. Ex intestinis. *In famil. 107. Cum decimum iam diem ex intestinis laborarem.* Ex pedibus. *in famil. 141. Quod ex pedibus laboraret.* Ex inuidia. *1. uolum. orat. 43.. Et resp. ex illis, & ipsi ex inuidia minus laborarent. Item. 2. uolum. orat. 60.* Ex aliquo. *1. uolum. orat. 43.. Et resp. ex illis, & ipsi ex inuidia minus laborarẽt.* Ex desiderio. *in fa. Non ignoro quantum ex desiderio labores, sed erunt omnia facilia, si uacabis.* Ex ære alieno. *Cæ. 166. Quod ex are alieno laborare arbitrabatur &c.* Lunam. *1. uol. phil. 168. Num igitur tum curare censes, cum luna laboret?* Artus *alic. 1. uol. ph. 188. Quod uehementer eius artus laborarent.*

Lacerare, est sauciare, frustatim proscindere: sed apte transfertur. ut Contumelijs *aliquem. 3. uol. or. 231.. Cum uerborum contumelijs optimum uirum incesto ore lacerasset.* Diem. *Pl. 23. Quia ego hanc iubeo tacere, quæ loquens lacerat diem. linguam scilicet.* Remp. *Largitionibus. Sall. 77. Largitionibus remp. lacerari uidebam.* Cupidine. *Sall. 78. Angitur enim, ac laceratur animi cupidine.*

Lacessere, est prouocare, idq; tam ad bonum, quàm ad malum. *in famil. 210. Non enim te epistolis, sed uoluminibus lacesserem. Item Att. 7. Quibus epistolis sum equidem abs te lacessitus ad scribendum.* Scripto. *in famil. 196. Sic igitur facies, meq; amabis, & scripto aliquo lacesses.* Sermones. *in famil. 38. Hos ego sermones quod & multi sunt, & tuam existimationem, ut ego sentio, non offendunt, lacessiui nunquàm, sed non ualde repressi.* Prælio *aliquem. Cæs. 52.. Postero die procul à castris hostes in collibus constiterunt, rariq; se ostendere, & lentius quàm pridie nostros prælio lacessere.* Bello *aliquem per aliquid. Sall. 83.. Nam quid ego me appellem? quem disiunctum undiq; regnis, & tetrarchijs ab imperio*

eorum, quia fama erat diuitem, neq; seruaturum esse per Nicomedem bello lacessiuerunt sceleris eorum haud ignarum &c.

Lactare, est inducere, uel mulcere, uellere, decipere, autore No. Do. uero ait, est inducere ad aliquam persuasionem. Animum *alic. Ter. 21. Solicitando, & pollicitando, eorum animos lactas.* Amantem. *Ter. 15.. Nisi me lactasses amãtem.*

Lædere *aliq. re aliqua, & in re aliqua.* Os. *Terent. 96. Ille suam semper egit uitam in otio, in conuiuijs, clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus.* Aliquem *ludibrio. in fa. 59. Nunquam te à me ludibrio læsum iri.* Iniuria. *1. uol. orat. 148. Nulla priuatim læsi iniuria.* In aliqua re *aliquem. Asc. 64.. Reprehendunt homines stultissimi Tullium, quod in filio Verris noxiam lædat.*

Lætari, *re & in re. 3. uo. or. 232.. Vt in hoc sit semper lætatus.*

Lætificare *agros. 1. uol. ph. 52. Non aqua solum agros lætificat, & mitigat, sed eos etiam conserit.*

Lambere, est lingere, lingua leuiter aliquid tergere. Tribunal. *1. uol. or. 153.. Et horum canum quos tribunal meum lambere uides.*

Lamentari, est queri. *Terent. 3.. Quæ tum mihi lamentari præter cæteras uisa est.* Vitam. *1. uo. ph. 164. Nam hæc quidem uita mors est, quam lamentari possem, si liberet: id est, deplorare.* Cæcitatem. *1. uol. ph. 249.. Cuius cæcitatem cum mulierculæ lamentarentur.*

Languere, est deficere. *in orat. lib. 197.. Quare non est cur eorum, qui se studio eloquentiæ sese dediderunt, spes infringatur, aut langueſcat industria.* Solitudinem. *de off. 33. Nec eam solitudinem languere patior: id est, aliquid ago.* Re aliqua *aliq. 2. uol. ph. 3.. Nam cum otio langueremus. Item. 14..* Re. *3. uol. or. 155. Cũq; è uia languerem: id est, fessus essem.*

Largiri, est donare, & aliquid alicui, & de re, & aliqua re

alicui largimur. Cæſ.245.. Ac de ſua pecunia largitus eſt. Ita De ſe. Terent.98. Promiſiſti autem? de te largitor puer: id eſt, de tuo. Ita Ex alieno. in famil.38.. Cum & natura ſemper ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior. Aliqua re alicui. Pl.221. Nunc amico bobus domitis mea ex crumena largiar. quæ locutio admodũ rara eſt, nam ſanè uſitatior fuiſſet, ſi, ut in dono fit, dixiſſet amicum bobus domitis largiri.

Laſſari, eſt fatigari, & re, & de re laſſamur. Pl.189.. Nam ut laſſus ueni de uia.

Latere, eſt occultari. & aliquid aliquem, & alicui latere dicimus. 2. uol. or. 100.. Nihil agis, nihil aſſequeris, nihil moliris, quod mihi latere ualeat in tempore.

Latrare. Canum proprie eſt latratus. in or. lib. 131.. Quid latras? furem uidi.

Lauare, proprie eſt eluere, & ſordida quæq; purgare. Balnea. C. Gracchus apud Gell. 133. Vxor renunciat uiro parum cito ſibi balneas redditas eſſe, & parum lautas fuiſſe. Laterem. Ter. 126. Laterem lauas. Peccatum. Ter. 144.. Venias nunc precibus lautum peccatum tuum.

Laudare, eſt uerbis nunc aliquid efferre, apud ueteres etiam nominare. ut Pl. & Virg. inquit No. Pleno ore aliquem. de off. 33. Ea neſcio quomodo quaſi pleniore ore laudamus. Scripto alieno aliquem. Att. 327.. Ad. IIII. Cal. Decemb. laudauit pater ſcripto meo: id eſt, orationem recitauit, quam ego fecerã. Cum exceptione. Att. 297. Neq; te patiar (quantum in me erit) cum exceptione laudari. Centeſimam partem aliq. Plaut. 50. Pol iſtic me haud centeſimam partem laudat, quam ipſe meritus eſt, ut laudetur laudib. Laudibus. uide ſupra.

Laxare, eſt remittere, liberare. ut Curis aliquem. 1. uolum. phil. 157.. Quodq; nunc facimus, cum laxati curis ſumus. Moleſtijs. in fa. 70.. Vt iſtis te moleſtijs laxes. Occupatione

tione ſe. in famil. 95.. Propter moleſtiſſimas occupationes meas, quibus ſi me relaxaro & c. Animũ corpore. de offic. 128. Qui iam uixerunt & corpore laxati illum incolunt locum, quem uides: id eſt, liberati. Aliquid. Att. 66. Vt eos lexaremus, & uſq; ad atrium libertatis explicaremus, ſexagies contempſimus: id eſt, amplius efficeremus.

Legare, modo legationem habet, modo rem hæreditario iure relictam ſignificat, interdum aliquid committit. Aliquem alicui. Att. 63. Nam eum Cæſari legarat Appius. 2. uolum. or. 24.. Quæ pecunia mulieri legata erat à filio, ſiqui natus eſſet. Item. 2. uol. orat. 22. Vt illi filio x l. millia legaret. Negocium alicui. Pl. 70. Quin potius quod legatum eſt tibi negocium, id curas & c. id eſt, commiſſum.

Legere. Notum eſt, quid proprie ſignificet. Att. 138.. Tuas nunc epiſtolas à primo lego. Sermonem alic. Plaut. 186. Nunc huc concedam, ut horum ſermonem legam: id eſt, ut ſubauſcultem. Conditiones. 3. uolum. orat. 45. Hinc licet conditiones quotidie legas: id eſt, eligas. 3. uolum. orat. 112. Niſi ut uirum à uiro lectum eſſe diceres: id eſt, ſelectum. In ſenatum. in famil. 204.. Hoc autem tempore eum in ſenatum Cæſar legit: id eſt, ſenatorem eum fecit. Et in ſenatu. in fa. 91.. Cumq; hodie aruſpicinũ facerẽt, & in ſenatu Romæ legerentur. & 177. Magiſtratum ſuffragio. Cæſ. 68.. At ſi ſunt plures pares, ſuffragio Druidũ adlegitur: id eſt, creatur. Iudex. Sall. 90.. Iudices à paucis probari, regnum eſt: ex pecunia legi, inhoneſtum. Item Att. 8.

Lenire aliquid. 1. uolum. or. Si te acerba illius imploratio, & uox miſerabilis non leniebat. Miſeriam. Ter. 33. Quo illam mihi leniret miſeriam. Att. 326. Vt ego me multa conſolatione quotidie leniam.

Lenocinari alicui. 1. uolum. orat. 62.. Tibi ſeruiet, tibi lenocinabitur: id eſt, turpiter deſeruiet. eſt enim lenocinari, artem

lenonis exercere.

Leuare, est minuere, releuare. & aliquem aliqua re, & aliquid alicui leuamus. Ciuitates. Att. 76.. Quid quæris? tædet omnium nos uitæ, leuantur tamen miseræ ciuitates, quod nullus sit sumptus in nos, neq; in legatos, neq; in Quæstorem, neq; in quenquam: id est, releuantur. Agrum uectigale. in orat. lib. 176.. Is, qui publicum agrum uitiosa, & inutili lege uectigale leuauit: id est, liberauit, immunem reddidit. Inuidia aliquem. Att. 238.. Balbum leuari inuidia per nos uelim. Grauitate aliq. in famil. 79.. Qua tamen iam paululum uideor leuari: id est, releuari. Superstitione. 1. uolum. phil. 62. Omnium autem rerum natura cognita, leuamur superstitione. Vinculis aliquem. 1. uol. phil. 174. Emittiq; nos è custodia, & leuari uinculis arbitramur: id est, solui, demi. Onere aliquem. in famil. 44.. Leua me igitur hoc onere. Opinione aliq. de offic. 109.. Qui hac opinione non modo uerbis, sed etiam opere leuandi sunt. Annonam. 3. uol. orat. 115. Occidi, occidi non Spu. Melium, qui annona leuanda, iacturisq; rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in suspitionem incidit regni appetendi. Inopiam. Cæs. 174. Est autem genus radicis inuentum ab ijs, qui fuerant cum Valerio, quod appellatur Chara, quod admixtum lacte multum inopiam leuat. Metum alicui. 1. uolum. phil. 187.. His leuabat omnem uulnerum metum nobilitas mortis, & gloria. Paupertatem alic. Pl. 95.. Virgini pauperculæ, tuæq; matri me leuare paupertatem. Sumptum alicui. Terent. 67. Sperabit sumptum sibi senex leuatum esse harum abitu. Amicitias. de offic. 110. Tales igitur amicitiæ sunt remissione usus leuandæ: id est remittendæ.

Libare, de re, & ex re. in or. lib. 84. Quod sit in præsentia de honestate delibatum. Ex re. in orat. lib. 62.. Et ex uarijs ingenijs excellentissima quæq; libauimus.

Libe

Liberare, est quod aliquo modo impeditum sit, soluere. & aliq. aliqua re, & à re aliqua liberamus. Culpa aliq. Att. 24. Ego & librarios tuos culpa libero: id est, nihil librarios tuos accuso. Errore aliquem. 1. uolum. phil. 37.. Errore maximo si eum audire uoluerint, liberabuntur. Aere alieno se. Att. 233.. Præsertim cum se maximo ære alieno Faberij manu liberarit. Exitu aliq. Att. 279. Atq; eam remp. quam uirtute, atq; animi magnitudine magis, quàm euentis rerum liberasti, exitu libera: id est, perfice quod incepisti: prorsus eam libera. Maleuolentia aliquem. Att. 298.. Quanquàm illorum erit uerius iudicium obtrectatione, & maleuolentia liberatum. Metu aliquem. Terent. 9. Obsecro te quàm primum hoc me libera miserum metu. 3. uolum. orat. 5. Suspicione aliq. in famil. 3.. Quem ego ipsum cum audio, prorsus eum libero omni suspicione. Solicitudine aliq. Att. 86.. Næ tu me solicitudine magna liberaris. Quartana aliq. Attic. 168.. Te à quartana liberatum gaudeo. Inuidia se. de off. 45.. Magna enim se & inueterata inuidia, nec turpi iactura quando erat Aedilis, nec maxima liberauit. Iudicio aliquem. 2. uolum. orat. 164.. M. Aquilium patres nostri multis auaritiæ criminibus testimonijsq; conuictum, quia cum fugitiuis fortiter bellum gesserat, iudicio liberauerunt. Locum. Att. 37.. Medius fidius næ tu emisti locum præclarum, gladiatores audio pugnare mirifice, si locare uoluisses, duobus his muneribus liberasses: id est, duorum munerum locatione tantum recepisses, quanti eum emisti. A' scelere aliquem. 3. uolum. orat. 133. Et si aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certe liberati sumus. A' peste. 3. uolum. orat. 259. Cæsar, cum exercitu comparato à primis pestibus remp. liberasset. Ex parte magna. 1. uol. ph. 148. Cum defensionum laboribus senatorijsq; muneribus, aut omnino, aut ma-

gna ex parte essem aliquando liberatus. Animum suum. in famil. 78. Quod Romæ non sis, animum tuum libera: id est, ne doleas. Fidem suam. in famil. 186.. Quod autem & in senatu pluribus uerbis disserui, & dixi in concione, in eo uelim fidem meam liberari. 2. uol. or. 156. Ipse tamen Fusiis satisfecit, & fidem suã liberat: id est, quod ad se attinet præstat. Aliquem ad aliquid faciendum. in famil. 35. Eadem epistola petebas, ut eos quamprimum, ne in hyemem inciderent, ad facultatem ædificandi, liberarem, &c.

Licere. Verbi huiusce licet uis in eam partem maxime accipi solet, cum uolumus permissionem significare, & faciendi facultatem datam. cui perornate etiam additur per, cum ea persona, quæ nobis concedit. & alicui, & aliquem licere ueteres aliquando dixere. Per silentium. Terent. 51. Date potestatem mihi statariam, agere ut liceat per silentium. Attic. 329. Si per tuas legiones licitum fuisset &c. Aliquem. Terent. 101. Sinite exorator sim, eodem ut iure uti senem liceat. de offic. 19. Hæc præscripta seruantem licet magnifice, grauiter, animoseq; uiuere. nam quemadmodum ad infinitiuum nunc referri possit accusatiuus, non satis uideo.

Ligare, proprie est inijcere alicui uincula, sed & hoc transfertur. Personam sermonibus. 1. uolum. phil. 2.. Restat, ut ijs respõdeam, qui sermonibus eiusmodi nolint personas tam graues illigari: id est, induci loquentes.

Ligurire, modo est deuorare, modo etiam cum quadam elegãtia comedere, & more senum multo fastidio suauia quæq; degustare. sed à cibis ad alia quædam transfertur. Aliq. Pl. 45.. Dum ruri iurant homines, quos liguriant: id est, deuorent. Terent. 46. Quæ cum amatore suo cum cœnant, liguriunt: id est, eleganter comedunt. Curationem agrariam. in fa. 78. Itaq; cum quidam de collegis nostris Agrariã curationem ligurirent, disturbaui: id est, quasi deuorarent.

Limare

Limare, est expolire. quoniam uero quæ expoliuntur aliqua ex parte comminuuntur, ideo & conterere, & minuere significat. & aliquid, & de re aliqua, & ad aliquid limamus. Veritatem. de offic. 40. Alia est illa, cum ueritas ipsa limatur in disputatione, subtilitas. Ad tenue aliquid. 1. uolum. phil. 17. Id est rationes has latiore specie, non ad tenue limatas. in orat. lib. 243.. De aliqua re aliquid. in orat. lib. 146. Neq; eos similes effecit inter se, sed tamen alteri affinxit, de altero limauit, ut id confirmaret in utroq;, quod utriusq; natura pateretur. Caput cum aliqua. Plaut. 202. At uidesis, cum illa nunquam limaui caput. ueteres pro coniungere, copulare, utebantur.

Lippire. Vitium est oculorum lippitudo. Pl. tamen transtulit ad fauces, dicit enim. 62.. Lippiunt fauces fame. quod uulgo etiam dicimus, non uede della fame.

Liquefacere aliquid, aliqua re. 1. uolum. ph. 231.. Quos nulli metus terrent, nullæ futiles lætitiæ exultantes languidis liquefaciunt uoluptatibus.

Liquere, est clarum esse. 2. uol. orat. 45.. Non liquere dixerunt. iudicum erant uerba, non liquet, cum nondum satis cognitam causam habebant. quod per N. & L. solebant ueteres notare. ut Asc. 63.. 2. uol. or. 33..

Liquescere aliqua re aliquem. 1. uol. ph. 186.. Nec in dolore magis, quàm eadem uoluptate, qua cum liquescimus, fluimusq; mollicia, &c.

Litare, est propitiare. Pl. Si hercle istuc unquam factum est, tum me Iuppiter faciat, ut semper sacrificem, neq; unquam litem. ut etiam habeas quid interfit inter sacrificare, & litare, autore No. Item Pl. 204.. Nanq; ego hodie infelix dis meis iratißimus sexagenos immolaui, nec potui tamẽ propitiatã Venerem facere, uti esset mihi, quoniam litare nequeo, abij illinc illico &c. Alicui. 2. uol. orat. 164. Litemus igitur Lentulo,

paren

parentemus Cethego.

Litigare, cum aliquo. Ter. 20. Quid credis? cum illa litigat. interdum est patroni. 3. uol. or. 43. Aliquot enim in causis eum uideram frustra litigantem: id est, frustra causas agentem.

Locare, modo usum rei mercede concessum significat, modo aliquid faciendum, aliquando nuptum dare, interdum parare, & collocare, autore No. **Aedes** suas. 1. uolum. orat. 102.. Cum L. Octauius, C. Aurelius COSS. ædes suas locauissent. **Funera**. 1 uolum. orat. 260. Non palam uiuorum funera locabantur? **Se non** minus tanti. 1. uol. orat. 49.. Locabat se non minus HS CCCLIII. **Faciendum** aliquid. in famil. 56. Vt ijdem Athenienses in eodem loco monimentum ei marmoreum faciendũ locarent. Item Att. 54. Superficiem COSS. ex S. C. æstimabunt: sin aliter, demolientur, & suo nomine locabunt. Item Att. 55. Porticum Catuli locari. **Castrandum** aliquem. Pl. 35.. Si ego te non elinguandam dedero usq; ab radicibus, impero, autorq; sum, ut me cuiuis castrandum loces. **Nuptum** alicui filiam. Terent. 139. Vt potui uirginem nuptum locaui huic adolescenti, harum qui est dominus ædium. **In incidijs** aliquem. 3. uol. orat. 52. Deinde foris uiros ab imperatrice in insidijs, atq; in præsidio balnearũ locatos, &c. Item insidias alicui. Pl. 38. 235. **Operã**. Pl. 220.. Male operã locas. Item. 5. **In dignitate** aliquem. 2. uol. or. 130. Duæ fuerunt artes, quæ possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis. una imperatoris, altera oratoris. **In dominatu**. 1. uol. ph. 115. Cum autem assumpta ratio est, tanto in dominatu locatur, ut omnia, &c. **In aliqua** re mentem. in fa. 20.. mentem deniq; omnem in Milonis consulatu fixi, & locaui.

Locupletare aliquid. ad Her. 15. Quæ pertinent ad exaggerandam, & locupletandam argumentationem.

Loqui, inde dictum est, quod unũquodq; uerbum suo loco positum sit in dicendo, ait Varro. **Alicui**. Pl. 206. Nec tuum quidem

quidem est amicis per iocum iniuste loqui. **Bellũ**. Att. 150. Dolobella suis literis Idib. Martij datis, merum bellum loquitur. **Classes**, & exercitus. Att. 136. Vixdum epistolam tuam legeram, cum ad me currens ad illũ Posthumus Curtius uenit, nihil nisi classes loquens, & exercitus. **Scelera**. Att. 148.. Hic quidem mera scelera loquuntur. **Lapides**, est odiose loqui. Pl. 34.. Lapides loqueris. **Mulsum**. Pl. 202. Obsecro hercle ut mulsa loquitur. **Sermonem**. Pl. 91.. Nec sat exaudiebam, nec sermonis fallebar tamen, quem loquerentur. **Ex aliqua re** in or. lib. 184. Quis loqueretur ex lintre? **Ad uolũtatem**. 1. uol. or. 17.. Fatetur se non belle dicere, non ad uoluntatem loqui posse. de off. 113. **In sententiam** alicuius. Cæs. 119.. In eandem sententiam loquitur Scipio, Pompeio esse in animo reip. non deesse: id est, eam sententiã sequitur. Ita **In eam rationem**. 1. uol. orat. 90. Hæc cum omnes sentirent, & cum in eam rationem pro suo quisq; sensu, ac dolore loqueretur. **Longinquum**. Plaut. 173. Odiosa næ oratio est, cum rem agas, longinquum loqui.

Lucere. Planum est, & quid significet, & unde factum sit: Plautus transitiue protulit. Plaut. 58.. Tu tibi puer es lautus, luces cereum. **Aedes, uillam**, est cum ædes, uilla foraminibus est oppleta. Plaut. 231. Villam integundam intelligo totam mihi, nam nunc pellucet ea, quàm cribrum crebrius. **Aliquem** in foro, & in causis. in orat. lib. 113.. Nemo enim studet eloquentiæ nostrorum hominum, nisi ut in causis atq; in foro eluceat.

Lucrari aliquid. 1. uol. orat. 82. Lucretur indicia ueteris infamiæ: id est, condonentur illi.

Ludere, sæpius est re. uerbo etiam interdum. & aliqua re, & aliquid ludimus. **Alea**. 3. uol. or. 171.. Qui non dubitaret uel in foro alea ludere. **Tesseris**. Ter. 93.. Ita uita est, quasi cum ludas tesseris. **Ludum**. Terent. 37.. Et quia consimilem luserat

rat iam olim ille ludum. de Ioue in aureum imbrem conuerso. Operam. Pl. 49. Operam luseris. Ter. 129.. In his opera luditur: id est, frustra agitur. Verbum aliquod. in famil. 98.. Non illo uetere uerbo meo, quod, cum ad te de Milone scripsissem, iure lusisti: id est, irrisisti.

Ludificari, & actiue, & passiue quasi commune ueteres protulerunt. Terent. 39. Postquàm ludificatus est uirginem. Plau. 76. Nugas. Plaut. 52.. Nugas ludificabitur, garriet: passiue. Pl. 75.. Iam hic est lepide ludificatus.

Luere, est soluere, No. & Varrone testibus. & à lue factum uidetur, quæ purgamentis adhibitis tolli solet. ut Maculam. 1. uolum. orat. Errabas Verres, & uehementer errabas, cum te maculas furtorum, & flagitiorum tuorum sociorum innocentium sanguine luere arbitrabare. Libidinem alicuius sanguine innocentium. 1. uol. or. 91.. Verres ne tibi tanti fuit, ut eius libidinem innocentum sanguine lui uelles? id est ablui. Pœnas. Att. 43. Itaq; mei peccati luo pœnas. 3. uol. or. 103.. 189. Sanguinem, & cruciatum. 1. uol. or. 77. Sed & religiones deorum immortalium expiandæ, & ciuium Ro. cruciatus, multorumq; innocentium sanguis istius supplicio luendus est.

Lustrare: multa significat: ut expiare, circũspicere, circumire, patefacere, scortari, perspicere, ut asserit No. Exercitum. Cæs. 212. His rebus confectis totum exercitum lustrat. 3. uol. or. 147. Att. 3. Att. 79. Ad. 111. Cal. Septemb. exercitum lustra ui apud Siconium. Agros. de re rust. 18. Agrum lustrare sic oportet, &c. 2. uol. or. 98.. Si lustrantur, si erumpunt omnia: id est, si patefiunt. Plaut. 195.. Luxantur, lustrantur, comedunt quod habent: id est, scortantur. Animo aliquid. de offic. 12. Sed cum omnia ratione animoq; lustraueris: id est, perspexeris. Item. 1. uol. ph. 88. Ita Ratione aliquid. de offic. 12. Sed cum omnia ratione, animoq; lustraueris.

M

Macerare, proprie est mitigare, mollificare. cum tamen est de homine, significat affligere, attenuare. Se. Terent. 16.. Tu modo anime mi noli te macerare. Item. 21. 28.. Metum aliquem. Pl. 161. Ergo istius metus me macerat. Item. 182.. Salsamentum. Ter. 85.. Salsamenta hæc Stephanio fac macerẽtur pulchre. Sorba in sole. de re rust. 40.. Sorba quidam dissecta, & in sole macerata.

Machinari pernitiem alicui. Sall. 6.. Sed plerisq; senatoribus pernitiem machinabatur. Iudicium. Sall. Erant eo tempore qui existimarent iudicium illud à P. Antronio machinatum.

Mactare, est sacrificare præsertim uictimis cæsis. unde etiam recte pro interficere usurpatum est. ac quoniam in sacrificijs auctionem habebat, inde pro augere tam de malo, quàm de bono in usum uenit. & dicimus mactare aliquem re aliqua, & aliquid alicui. Deos manes re aliqua. 3. uolum. orat. 31. Cum puerorum extis deos manes mactare soleas. Malo. 3. uolum. orat. 36.. Quo etiam maiore es malo mactandus. Pl. 115.. Nisi te mala re magna mactari cupis: id est, plecti. Item. 15. Ita ego te certo cruce, & cruciatu mactabo: id est, de te sumnuam supplicium sumam. Infortunio. Ter. 146. Faxo tali eum mactatum, atq; hic est infortunio. 2. uolum. orat. 102.. Aliquem. Plau. 131. Si sapiam hoc, quod me mactat, concinnem lutum: id est, grauiter molestat.

Maculare aliquid re aliq. 3. uol. or. 24.. Quis non eius uoce maculari remp. séq;, si cum audiret, scelere astringi arbitraretur? Splendorem alicuius. 3. uol. or. 16.. At etiam eo negocio M. Catonis splendorem maculari uoluerunt. Ambitu se. 3. uol. or. 40.. Nunquam enim tam Cælius amens fuisset, ut si se isto infinito ambitu commaculasset, ambitus alterum accusasset. Locum stupro & scelere. 3. uol. orat. 118. Tuq; ex

tuo

tuo edito monte latialis sancte Iuppiter, cuius ille lacus, nemora, finesq; sæpe omni nefario stupro, & scelere maculat, aliquando ad eum puniendum oculos aperuisti.

Madere, est madidum reddi. Plaut. 118.. Madet homo: id est, ebrius est. Metu aliquem. Pl. 119.. Hei mihi, cõmista hæc blanda dicta quò eueniant, madeo metu: id est, ualde metuo.

Maledicere alicui ore alieno. 3. uol. orat. 149. Imitari potius Castor aui mores, disciplinamq; debebas, quàm optimo, & clarissimo uiro fugitiui ore maledicere.

Manare, dicitur cum humor ex integro, sed non solido nimis uase, per rimas erumpit: quod ex græco trahitur, quia illi non satis solidum μανὸν dicunt. sed transfertur ad ea, quæ quodam modo effluere uidentur. Alicunde aliquid. 3. uolu. or. 261. Cum, ut scitis, hoc triduo, uel quatriduo tristis à Mutina fama manaret. Ita Ab aliquo aliquid. de offic. 129.. Vt nihil inter ipsos ab alijs ad alios manare possit. Item. 31. Ad aliquem aliquid. Ter. 82.. Obsecro te hercle hominem istum impurissimum quàmprimum absoluitote, ne si magis irritatus siet, aliqua ad patrem hoc permanet, atq; ego tunc perpetuo perierim. In uenas aliquod malum. 1. uol. ph. 214. Permanat in uenas, & inhæret in uisceribus illud malum. Sudore aliquid. 2. uolum. phil. 96. Herculisq; simulachrum multo sudore manauit. Industria alic. late. de offic. 47. Latissimeq; manat industria. Att. 260. Ex uno fonte omnia. 3. uolum. or. 255. Non'ne cernitis ex uno fonte omnia scelera manare: id est, nasci, prouenire.

Mancipare, est alienare, & quodam modo uendere. Aliquid alicui. 1. uol. phil. 53.. Quem in adoptionem D. Syllano mancipauerat: id est, per adoptionem manciparat. Prædia sua. non est omnino prædia libere uendere, sed pecunia accepta tantum fructuum in potestatem alterius transire. Asc. 34. Hunc Antonium Gellius, & Lentulus censores sexennio, quo

quo hæc dicerentur senatu mouerunt, causasq; subscripserunt, quod socios diripuerit, quòd iudicium recusarit, quòd propter æris alieni magnitudinem prædia mancipauit, bonaq; sua in potestate non haberet. Ci. 3. uol. ora. Dixit uenditum, & mancipatum. ubi ait: Tum iste uenditum, atq; mancipatum tribunatum consilijs nostris opposuit.

Mandare, est committere sæpius, interdum commendare, ut No. comprobat. Magistratum alicui. 2. uolum. ora. 142.. Nam quod ais nulla re allici hominum mentes oportere ad magistratum mandandum, nisi dignitate, &c. Item. 2. uolum. phil. 190.. Cæ. 177. Ita Consulatum. Sall. 9. 56. Ita Præturam. Ita Tribunatum. Ita Quæsturam. Ita Aedilitatem. Ita Honorem. 1. uol. orat. 219. Po. Ro. hominibus nouis, atq; industrijs libenter honores mandare. Filiam uiro. Pl. 140. Ab illo, cui mandauisti meo uiro. nunc est nuptum dare. Nominatim. Attic. 49. Sed tibi nihil mando nominatim. Literis aliquid. 1. uolum. oration. 163.. Quorum renunciatio legibus illorum literis publicis mandata est: id est, perscripta est. Literis consilia sua. in famil. 69. Ac ne forte mirere, cur cum mihi sæpe ostenderis te accuratiss me nostrorum temporum consilia, atq; euentus literis mandaturum, à te id nunc tantopere, & tam multis uerbis petamus. Ita Memoriæ. Ita Monimentis. Ita Scriptis aliquid. de offic. Dein scriptis non ea, quæ nunc, sed actiones nostras mandaremus, &c. Vetustati alquid. 2. uol. phil. 56.. Nam & agri multa ferunt manu quæsita, quæ uel statim consumantur, uel mandantur condita uetustati. Fidei aliquid. Terent. 7.. Bona hæc nostra tibi committo, & tuæ mando fidei. Se fugæ. Cæs. 4.. Reliqui sese fugæ mandarunt. Item 23. Præcipites sese fugæ mandauerunt.

Manere, certã habet loci mansionem. & modo est expectare, modo perseuerare, durare. Negligentiã alicuius. Ter. 135.

Postquàm

Postquàm uidet me eius mater hic esse diutius, simul autem non manebat ætas uirginis meam negligentiam: id est, expectabat. Aliquem. Plaut. 8.. Nunc te nox, quæ me mansisti, mitto ut cedas die. Item. 135. Etiam parasitum manes? id est, expectas. Ita Puluinum. Pl. 249.. Mane puluinum. Teren. 38.. Inuitat tristis, mansit ibi, nunc est remoratus est. Do. ait. Libidinem. Teren. 138. Atq; ita opus facto est, at matura, dum libido eadem hæc manet. Affinitatem inter aliquos. Teren. 117. Ah iandudum dixi, idemq; nunc dico Lache manere affinitatem hanc inter nos uolo: id est, durare. Morem ab aliquo. 2. uolum. phil. 183. Nam & Athenis iam ille mos ab Cecrope, ut aiunt, permansit. in fámil. 75. Si rationum referendarum ius & mos antiquus maneret: id est, seruaretur. Cõditionem alicui. in fámil. 22. Eaq; mihi conditio maneat, qua profectus. Consuetudinem cum aliquo. 3. uol. or. 50.. Cur illi non ad Cælium domum uenerint? si manebat tanta illa consuetudo Cælij cum Clodia, tantaq; familiaritas. In amicitia perpetuo cum aliquo. 1. uol. orat. 109.. Pleræq; autem & maxime illustres in amicitia perpetuo manerent. Asc. 78. Et amicitiam manere. In consilio. de offic. 23. Semperq; in proposito, susceptoq; consilio permansisset. Vocem. in orat. lib. 177. Omnisq; motus cum uerbis sententijsq; consentiens, uox permanens, uerum sub rauca natura. In conditione. 1. uolum. or. 69. Mansit in conditione, atq; pacto usq; ad eum finem, dum iudices reiecti sunt. Item Att. 117.. Et conditionem alicui. in fámil. 22. Vide supra. In mente pristina. 3. uol. orat. 16. Et à Lucullo summo uiro atq; imperatore pulsus, animo tamen hostili cum reliquis copijs suis in pristina mente mansit. In sententia. Attic. 20. Sed etiam, si ab illa deserar, tamen in mea sententia permanebo. Item in fámil. 106. Si enim Damasippus in sententia non manebit. Item. 24.. In uita. in fa. 56.. Vt ipsum, quod maneam in uita, peccare me existimem.

Item

Item. 71.. In fide. Cæs. 205. Nam maiore ex duobus pueris rege amisso, minori tradidit regnum, maiori ex duabus filijs Cleopatræ, quæ manserat in fide. ubi est etiam filijs, non filiabus. 2. uol. orat. 206..

Maturare. Non uti consuetudo est, properare dicendum est, sed cum modo studium adhibere festinum, à maturitate dictum, quæ ratione naturæ modificatione quadam nec præcipitatur, ne præcox quid fiat, neq; differtur, ne senio dissoluatur, ut No. exponit. Frumenta. Cæs. 5. Non modo frumenta in agris matura non erant: sed &c. Item. 14. Iamq; esse in agris frumenta matura. Defectionem. Cæs. 92.. Etsi multis iam rebus perfidiam Heduorum Cæsar perspectam habebat, atq; horum discessu admaturari defectionem ciuitatis existimabat. Insidias alicui. Sallust. 11.. Insidias consuli maturet. Mortem alicui. 2. uolum. orat. 54. Huic mortem maturabat inimicus, quod illi unum in malis profugium erat calamitatis. Nuptias. Ter. 13.. Et is mihi persuadet, nuptias quantum queam, ut maturem. Iter. Cæ. 137.. Iam uero eo magis illi maturandum iter existimabant. Ita Facere aliq. Sallust. 58.. Igitur Carthagine duo fratres missi, quibus nomen Philenes erat, maturauere iter peragere. Proficisci. Cæs. 2.. Cæsari cum id nunciatum esset, eos per prouinciam nostram iter facere conari, maturat ab urbe proficisci. Dare signum. Sallust. 6. Quod ni Catilina maturasset pro curia signum socijs dare. ubi est pro festinare, & ante tempus signum dare.

Mederi alicui, & aliquid. Vulneribus. 1. uolum. orat. 2. Ita fit, ut ego qui tela depellere, & uulneribus mederi debeam, &c. Aliquid. Terent. 141. Quàm scitum est eiusmodi parare in animo cupiditates, quas, cum res aduersæ sient, paulò mederi possis.

Medicari alicui. Terent. 19.. Atq; eius dolore gnato ut medicarer tuo.

M Medi

Meditari, *est cogitare. No. Videtur magis exponere, discere, perdoceri: sanè in uerbo studium mentis in aliqua re inesse nemo non uidet, & pro excogitare interdum esse uidetur: quin etiam passiuo usus est Cic. de off. 6. Quàm ea, quæ meditata, & præparata sunt. Item. 1. uol. phil. 197. Sint semper homini omnia meditata. Pl. 3.. Ea nunc meditabor, quo modo illi dicam, &c. Ter. 10. Venit meditatus aliquãde, ex solo loco.* Ad aliquid. *in famil. 13. Aut ne ad eam meditere, imparatum te offendam.* Pœnam *in aliq. 1. uol. phil. 226. Qui meditatur pœnã in fratrem nouam. in fam. 18.. Cumq; ita balbus esset ut eius ipsius artis, cui studeret, primam literam non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planius eo locutus putaretur: id est, studio adhibito.*

Meminisse, *est recordari. & rei, & rem meminimus. cum uero est pro mentionem facere, & rei, & de re meminisse dicimus, inquit Laurent. Vall.* Alicuius. *Terent. Faciam ut meiq;, & huius dici, ac loci semper memineris.* Hominem. *1. uol. phil. 78. L. Balbus fuit Lanuinus, quem meminisse tu non potes.* Beneficium. *2. uol. orat. Nisi qui patriæ beneficia meminerit. Plau. 49.. Istuc ne præcipias, facile memoria memini.* Videre. *Ter. 10.. Forma bona memini uidere. quo in loco Do. exponit memini uidere, pro uidisse, quẽ Laur. Vall. secutus præcipit, magis dicendum esse memini uidisse, quàm uidere. illud uero Virgilianum, Cantando puerum memini me cõdere soles: licentia poëtica dictum asserens.*

Memorare, *significat nunc dicere, nunc memoriæ mandare. & rem, & de re memoramus.* De re. *1. uol. phil. 67. Quia de natura nimis obscure memorauit.*

Mendicare, *eorum proprium est, qui hostiatim uictum quæritant.* Malum *ab aliquo. Plaut. 14.. Quia senecta ætate à me mendicas malum.*

Mercari *aliquid de aliquo. 2. uolum. orat. 156. Fundum Cymeum*

meum Romæ mercatus est de pupillo Meculonio, cum uerbis se locupletem faceret. Boues. *Plaut. 221. Domitos boues uti sibi mercarer.*

Merere, *modò est pro militare, modò mereri, idq; tam de malo, quàm de bono. interdum aliquid lucrari. prioris uero exempla hæc sunt significationis.* Stipendia *in aliquo bello. 2. uolumi. orationum. 126.. Meruisse uero stipendia in eo bello, quod tum Pop. Rom. non modò maximum, sed etiam solum gerebat.* Patre *imperatore. 2. uolum. oratio. 126. Patre imperatore meruisse.*

CVM EST MERERI.

Aliquid *re aliqua. Plaut. 118. Quibus anus domi sunt uxores, quæ uos dote meruerunt.* Laudem. *1. uol. ora. 64. Tamen eas ferendo maiorem laudem, quàm ulciscendo merere.* De nomine *alic. in orat. lib. 188. Cuius penè principem copiæ, atq; inuentorem bene de nomine, ac dignitate Po. Ro. meritum esse existimare debemus.* De aliquo. *Plaut. 136. Quid de te merui, qua me causa perderes? Ter. 52. Quæso quid de te tantum meruisti? ubi est de malo: id est, pro commerere. Item Pl. 83.. Et ut me erga est meritus, tamen cordi est.*

CVM EST PRO LVCRARI.

Plautus. *114. Quadringentis Philippis filius me & Chrysalus circunduxerunt, quem quidem ego ut non excruciem, alterum tantum auri non meream.* Aliquid *ut aliquid faciat. 2. uolu. phil. 14.. Quid enim mercas ut Epicurus esse desinas? Item Plau. 132.. Eo modo* HS. CCCLIII. *merere dixit Cic. 1. uol. or. 48.. Nam certe* HS. CCCLIII. HS. CCCLIII. HS. CCCLIII. *merere & potuit, & debuit.*

Mereri *aliq. & de aliquo bene, male. 1. uolumi. oratio. 231. Quid arbitramini Rheginos, qui iam ciues Romani sunt, mereri uelle, ut ab ijs marmorea Venus ille ne auferatur? Item de offic. 113. Multo melius de quibusdam acerbos inimicos me-*

reri, quàm eos amicos, qui dulces uideantur, illos uerum sæpe dicere, hos nunquàm.

Meritare fundum HS.1.uol.or.173.. Vt si quis uillicus ex eo fundo, qui HS.dena meritasset: id est, qui dena HS.redderet.

Metari, est proprie metas ponere: itaque metari castra dicitur, quo metis diriguntur, ait Sex. Castra. Cæs. 108.. Castrisq; eo loco metatis, munire iubet castra. Sallustius. 71.

Metiri, est mensurare. & aliquid aliqua, siue ex aliqua re metimur. Frumentum alicui. Cæ. 5.. Quo die frumentum militibus metiri oporteret. Item. 8. Cum exercitui frumentũ metiri oporteret. Voluptatẽ. 3.uol.orat.94. Audistis profecto dici, Philosophos Epicurcos omneis res, quæ sunt homini expetẽdæ, uoluptate metiri: id est, ad uoluptatem ponderare. Emolumentis aliq. de off. 55.. Qui autem omnia metiuntur emolumentis, & commodis, neq; ea uolunt præponderari honestate. Dignitate. in fa. 260. Cuius est hæc summa, ut omnia te metiri dignitate malim, quàm ambitione. Periculum. Sall. 11. Suo quisq; metu pericula metiri: id est, sua quenq; pericula pro magnitudine metus magna ducere. Ex aliqua re aliquid. in famul. 145.. Omnia igitur tua consilia mihi non magis prudentiæ plena, quæ summa est, uidentur, quàm fidelitatis, quam ego ex mea conscientia metior: id est, secundum meam conscientiã pondero, considero. Voluntatem alicuius. in orat. lib. 166. Ego autem uoluntatẽ tibi profecto emetiar, sed rem ipsam nondum posse uideor: id est, æquabo.

Metuere. Et aliq. & ab aliq. aliq. metuimus. metuit uero seruus, ueretur liber, ait Do. Aliquid ab aliquo. 1.uol.orat. 20. Quæ à uobis pro maleficijs suis metuere, atq; horrere debent. Ter. 3. Hei, metui à Chrysíde. Plaut. 133.. Iam abs te metuo de uerbis tuis. & cum hac particula ut, eleganter conuenit hoc uerbum. Terent. 91. Ipsum id metuo, ut credant. Item. 21.. Metuo, ut

tuo, ut subsset hospes. idem facit, uereor.

Micare, est fulgere, sed quia quodammodo fulgor ferit oculos, transfertur ad ictum. Vt uenam, & Arteriam. 2.uol. philo. 30.. Iam uero uenæ, & arteriæ micare non desinunt: id est, cerebro moueri, palpitare. de off. 67.. Dignum esse dicunt, qui cum in tenebris mices.

Migrare, est habitationis locum commutare, & ex loco migramus. Vt ex uita. de offic. 126.. Quod antequàm ex hac uita migro.

Minari aliq. aliqua re. Ferro. Sall. 8.. Repente glorians maria, montesq; polliceri cœpit, & minari interdum ferro, nisi obnoxia foret.

Minitari aliq. alicui. 2.uol.orat. 182. Quæstiones nobis seruorum, ac tormenta accusator minitatur. ita mortem, seruitutem: & multa huiusmodi.

Minuere opinionem. de offic. 15.. Sed cum pleriq; arbitrentur res bellicas maiores, quàm urbanas, minuenda est hæc opinio. Consilium. Ter. 115. Equidem cupio, & uix contineo: sed non minuam meum consilium. Animum. in orat. lib. 205. Vt cum minutum dicimus animum, pro paruo. Imperium alicuius. Pl. 26. Hoccine est pietatem colere, imperium matris minuere? Iram. Ter. 131.. Te oblectet, tibi habe. Ph. Minue uero iram. Libertatem alic. 2.uol.orat. 5.. Isti libertatem ciuũ Rom. imminutam non tulerunt, &c.

Mirari aliquid. Terentius. 31. Miror quid ex Peiræo abierit. Item, Miror unde sit: id est, nescio: ueteres enim cum nesciebant aliquid, mirari se dicebant: quia ex ignorantia nascitur admiratio.

Miscere, est proprie confundere. & aliquid, & cum aliqua re miscemus. Mulsum. 1.uol. phil. Dico ergo in eadem uoluptate eum, qui alteri misceat mulsum, &c. id est, alteri det bibere. Corpus cum aliqua. 2.uolum. phil. 93.. Vt aut cum ma-

tre corpus miscere uideantur: id est, coniungere.

Miserari, est misericordia commoueri, & aliquem miserari aliquid dicimus. Sall. 36. Eos multa pollicẽdo, ac miserando casum suum, confirmat. Cæ. 77. Miserantur communem Galliæ fortunam. Sall. 11. Miserari paruos liberos.

Misereri alicuius. Ter. 60.. Ita me dij amabunt, ut tuarum miseritum est Menedeme fortunarum.

Mittere. Verbi huiusce tum significatio, tum constructio, exẽplis ipsis facile colligi poterit. Aliquid alicui. Att. 39. Ei te hoc scribere à me tibi esse missum sane uolo. nunc est pro scribere. A pedibus suis aliquem. Att. 122. Nec ullam ob aliam causam Pollucem seruum à pedibus meis Romam misi: id est, qui meis pedibus operam dabat. De mensa alicui. Att. 68.. Cui tamen Quintus de mensa misit, illa reiecit. De digito. Plaut. 158.. At non multæ de digito domum mittunt: annulum missum significat, quem sibi mulier detraxerat de digito. Ad aliquem aliquid ad alium. Att. 203. Misi ad te epistolas ad Martianum, eas in eundem fasciculum addas uelim. È uia aliquid. Att. 151. Illa è uia misi ad te. Obuiam epistolas. in fam. 24. Tu mihi obuiam mitte epistolas te dignas. Aliquem cum literis, & mandatis. in fam. 30. Vt ad te statores meos, & lictores cum literis mitterem. Salutem alicui per aliquem. Att. 253. Atticam nostram cupio suauiari, ita mihi dulcis salus uisa est per te missa ab illa. Plautus. 181..194. Malam rem alicui. Plautus. 194. Eadem malam rem mittunt maleuolentibus. Cice. dixit mandare pestem. 1. uolumi. philosoph. 183. Priusquàm oppeto malam pestem mandatam hostili manu. Ad horas. in orat. lib. 182.. Mittentem ad horas quæsitorẽ: id est, scitum quota hora. Muneri aliquid alicui. 1. uolum. oratio. 248.. Symphoniacos homines sex cuidam amico suo Romam muneri misit. Colonias aliquo. Cæ. 71.. Ac propter hominum multitudinem, agrique inopiam trans Rhenum Colonias

mitte

mittèrent. In possessionem aliq. 1. uolum. oratio. 15.. Si in possessionem mississes. 1. uolum. orat. 63.. Iste in possessionem bonorum mulieris mittit. In consilium. 1. uolum. orat. 81. Accusabo, respondebis testibus editis. ita mittam in consilium, ut etiam si lex &c. Suppetias alicui. Cæs. 241.. Turmis suorum suppetias mittit. Præsidio alicui. Cæ. Legiones, quas præsidio nostris miserat, &c. Sub iugum exercitũ. Cæ. 3. Cæsar quòd memoria tenebat L. Cassium cõsulem, exercitumq; eius ab Heluetijs pulsum & sub iugum missum. Item. 4. de off. 74. Erat cum exercitus ab hoste superatus sub hastam transire cogebatur, quo signo suam inertiam fatebatur, & erat summa uniuerso exercitui, & quorum etiam erat exercitus, ignominia. Orationem alic. ex ore. Cæ. 120. Hæc Scipionis oratio, quòd Senatus in urbe habebatur, Pompeiusq; aderat, ex ipsius ore Pompeij mitti uidebatur: id est, loqui uidebatur Pompeius ex ore Scipionis. Lineam: est trahere. translatio à pictoribus, cum aliquod aggrediuntur opus lineis statim paruulis illud effigiant. Pl. 128. Non ego ita extemplo meum ostendam sensum, mittam lineam: id est, leuiter tẽtabo. Noxiam. Ter. 44.. Vnã hanc mitte noxiam: id est, dimitte, ignosce. Manu seruum. 3. uol. or. 112. Manu uero cur miserit. Sanguinem. Cels. 60.. Sanguinem incisa uena mitti nouum non est. Item mitti sanguis debet ex brachio, est quod uulgò dicunt, cauar sangue. quod transtulit Cicero. Att. 84. Sic Appius, cum ei ἐξ ἀφαιρέσεως prouinciam curarit, sanguinem miserit, quicquid potuit detraxerit. Item. 12. Ludos. in famul. 69. Cum ipsi ante ludorum missionem corona donentur. Vocem de aliqua re. 2. uolu. orat. 147. Fuit P. Seruilio imperatore in Cilicia tribunus militum, ea res siletur: fuit M. Pisoni quæstor in Hispania, uox de quæstura nulla missa est. Item. 3. uol. or. 12. Cõciones haberi quotidie contra me, uocem pro me, ac pro Rep. neminem mittere. Item. 3. uol. or. 49. Item. 2. uol. or. 36. Vbiq; est admodũ parum

loqui, longe enim minus est mittere uocem, quàm uel uerbum facere. Aliquem de aliq. re. de offi. 9. Cum de captiuis commutandis Romam missus esset. Erasmus adnotauit locutionis nouitatem, inquit enim, Noue dixit, missus est de hac re, pro eo, quod erat, missus est, ut ageret de captiuis. Vi præpositionis id factũ est, ut in Pro, Propter, & causatiuis omnibus: ut, pro Cæsare missus est, & propter id ad Cæsarem misimus.

Erasmus

Mitigare, est quod acerbum sit, lene & placidum reddere, apteq; transfertur. Caput alicui. Terentius. 48.. Vtinam tibi commitigari uideam sandalio caput. Cibum lignis. 2. uolu. philosoph. 56.. Partim ad calefaciendum corpus igni adhibita, & ad mitigandum cibum utimur. Odium re aliq. 2. uolu. orat. 293. Odium uel precibus mitigari potest. Seueritatem. Att. 294. Hæc illius sæueritas acerba uideretur, nisi multis condimentis humanitatis mitigaretur. Ad humanitatem. 2. uolum. philosoph. 177. Quibus ex agresti immaniq; uita exculti ad humanitatem & mitigati sumus. Laborem aliqua re. in orat. lib. 144. Et summi labores nostri magna compensati gloria mitigantur.

Moderari, est intra modum continere, & aliquid, & de re aliqua moderamur. Ex sua libidine aliquem. Ter. 55. Ex sua libidine moderantur, quæ nunc est, non quæ olim fuit. De uectigalibus, de sumptibus. Sallu. 88.. Primum omnium summam potestatem moderandi de uectigalibus, sumptibus, iudicijs, Senatoribus paucis tradidit plebs Romana. Alicui. 1. uo. orat. Sentio Iud. moderandum mihi esse iam orationi meæ, fugiendamq; uestram satietatem.

Modificare cibum in corpore. 2. uol. phil. 120. Depulso enim de pectore, & in omne corpus diuiso, & modificato cibo, cantus edere.

Moliri, est parare: sed de rebus præsertim grauibus. Insidias alicui. 2. uolum. oratio. 34. Post mortem eius Sassia statim moliri nefaria mulier cœpit insidias: id est, parare, facere. Se mulier. Ter. 56. Dum moliuntur, dum comuntur, annus est: id est, ornantur, comparantur. Mundum. 2. uol. ph. 197. Quamobrem mundum efficere moliens deus, terram primum, ignemq; iungebat. Periculum alicui. 3. uol. or. 3. Atq; optimis ciuibus periculum moliri.

Monere aliq. Attic. 31. Quibus & placarem, ut fratrem, & monerem, ut minorem, & obiurgarem, ut errantem. Ex aliquo aliquem. in famil. 31.. Eaq; me ex tuis mandatis monuit, quæ non mihi, ad quem pertinent, &c.

Morari, modo est tardare, modo manere, interdum curare, expetere. Conuiuas. Ter. 54. Iãdudum domi præsto apud me esse aiunt, egomet conuiuas moror. Cæ. 74.. Non syluæ morantur: id est, moræ sunt. Alicubi triduũ. Att. 76.. Moratus triduum Laodiceæ, triduum Apameæ: id est, mansit. Opes. Plaut. 34.. Istas magnas factiones, animos, dotes dapsiles, clamores, imperia, eburata uehicula, pallas, purpuram, nihil moror: id est, curo.

Mordere, proprie est dentibus aliq. lædere, sed transfertur etiam ad detrahendum. Frenum. in fam. 178.. Si frenum momorderis, peream, si te omnes quotquot sunt conantem loqui ferre poterunt. Aliquem. Teren. 33.. Inuidere omnes mihi, mordere clanculum, ego uero floccipendere. Sumptum alicui. Ter. 95. Principio si id te mordet, sumptũ filij quem faciunt. Item in famil. 44.. Neq; non me tamen mordet aliquid: id est, offendit. Item Terent. 34.. Deniq; par pari referto, quod eam mordeat. Se. Attic. 91.. Qui scribis mordere te interdum, quòd non simul sis. modus est dicendi perpulcher, cum aliquis uehementer dolet se aliquid non fecisse.

Mori. Perplanũ est re ipsa quid uerbum significet. sed perapte transfertur. Repẽtino. 1. uo. or. 3. Moritur in Gallia Quintus cum adesset Næuius, & moritur repentino. Desiderio

alicuius. Attic. 2.. Auiam tuam scito desiderio tui mortuam esse. Risu. Teren. 34. Risu omnes, qui aderant emoriri. Sermonem. 3. uolum. orat. 53.. Atq; ut iste interpositus sermo deliatiarum, desidiæq; morerctur. Plausum. Attic. 34. Cæsar cum uenisset mortuo plausu: id est, cum plausus cessasset. Virgas in tergo alicuius. Plaut. 53. Væ illis uirgis miseris, quæ hodie in tergo morientur meo. Famam, & memoriam alicuius. 2. uolumine orat. 204.. Quo uestrorum in nos beneficiorum memoria, ac fama moriatur. Memoriam. uide famam. Demoriri aliq. Plaut. 159. Non me dico, sed heram meam, quæ te demoritur: id est, ualde amat.

Mouere. Pernota est uerbi proprietas. ad uarium tamen motum perapte transfertur. Est enim modo excitare, interdum excludere, modo discessum, aliquando perturbationem significat, & quædam alia. Terent. 17.. Moue ocius te. Risum. Attic. 93.. In orat. 132.. Sed admirationem magis, quàm risum mouet. Bilem alicui. Plaut. 105.. Non placet mihi cœna, quæ bilem mouet. Clamores. in orat. lib. 207. Clamores tamen tum mouet: id est, qui ita dicat, ut auditorum clamores excitet. Dolorem alicui. 1. uolum. orat. 210. Quæ tamen forsitan uobis paruæ esse uideantur, sed magnum, & acerbum dolorem commouent, mulierculis præsertim. Fletum alicui. in orat. 184.. Qui patris clarissimi recordatione, & memoria fletum populo moueret. Suspicionem alicui. in orat. 240.. Quæ quidem uel maxime suspicionem mouent. Item in fa. 27. Quod autem in maritimis sum, facile moueo nonnullis suspitionem, uelle me nauigare. Admirationem alic. in orat. lib. 132.. Sed admirationem magis, quam risum mouet. Iocum. Sallust. 9.. Posse uersus facere, iocum mouere, sermone uti uel modesto. Approbationem aliquorum. de offic. 20. Sic hoc decorum quod elucet in uita, mouet approbationem eorũ, quibus cum uiuitur, &c. Expectationem alicu. de aliquare. Att.

re. Att. 30. Quantam tu mihi moues expectationem de sermone Bibuli? Querelas alicui, & risus. 2. uol. orat. 179. Eam petitionem comparasti, quæ & risus, & querelas moueret. Oculos. de off. 20. Vt enim pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos, & delectat, &c. nunc est afficere, commouere. Item sensu oculorum. in fa. 54. Non est porrò tuum uno sensu solum oculorum moueri: id est, delectari. Ad aliquid. 1. uol. ph. 100. Quia cogitationes, comprehensiones q; rerũ, è quibus efficiũtur artes, ad appetitiones mouẽt.

CVM EST PRO EXCLVDERE.

Senatu aliquem. Asc. 34. Hunc Antonium Gellius & Lentulus censores sexennio, quo hæc dicerentur ex senatu mouerunt. Item Asc. 40.. Tribu. aliq. in orat. lib. 134. Vt cum Aphricanus censor tribu mouebat eum Centurionem. Loco aliqu. Terent. 123. Cum per tumultum noster grex motus loco est. Possessione aliq. 2. uol. ora. 77. Sed moueri possessionibus, amicissimis sedibus, ac dijs penatibus negant oportere. Item. 1. uol. or. 100. Sedibus & penatibus dijs. Vide possessionibus. Hæredes ueros. de offic. 67. Quid ergo? hic non noceat, qui quodam quasi ueneno perficiat, ut ueros hæredes moueat, in eorum locum ipse succedat? Possessiones. L. annorum. de offic. 50. Et quinquaginta annorum possessiones mouere nõ nimis æquum putabat.

CVM HABET DISCESSVM.

Castra. in famul. 157.. Eodemq; die castra ad me mouerunt. 1. uol. or. 209. Alicunde. Att. 134.. Decimoquinto die postquàm ille Canusio moueret, scribebam. Decumano se. Att. 60. Ego me Decumano moui ante diem V. Cal. Ita Delo. Att. 74. Delo nec me mouere. De sententia. 3. uolum. orat. 170. Neq; frequens senatus agendo de uendita, atq; addicta sententia mouere potuit. 3. uol. orat. 170.. Id est, abducere.

CVM PERTVRBATIONEM significat.

Animum

Animum ali. 2. uolu. orat. 137. Sed parua quædam, quæ meum animum repente mouerunt, prius de L. Murænæ fortuna conquerar. **Et animo** moueri dicimus. 3. uol. orat. 145.. Mouebatur animo, & uir huic imperio amiciſsimus de ſalute po. Ro. extimeſcebat. **Stomachum.** 2. uol. orat. 130.. Itaq; ſi mih homini uehemẽter occupato ſtomachũ moueritis. **Nuptias.** i Ter. 12. Hoc niſi ſit, puerum ut tu uideas, nihil mouentur nuptiæ: id eſt, perturbantur, differuntur.

Multare, eſt condemnare, pœna afficere. Neq; ego uſquam reperi cum genitiuo, ut quidam præcipiunt, ſed cum ablatiuo tantum conſtrui. **Morte** aliquem. 1. uol. orat. 79. Multos ciues in Lautumijs iſtius imperio crudeliſsime per uim morte eſſe multatos. **Viginti** minis. Pla. 197. Et me uiginti modicis multauit minis. **Metu** mortis. Salluſt. 43. Quia mortis metu multabantur, ſicuti regi libuerat, pax conuenit. **Matrimonio.** Plaut. 12. Nunquid cauſam dicis, quin te multem matrimonio? **Vſque** ad mortem. Teren. 78. Ipſum dominum atq; omnem familiam multauit uſq; ad mortem.

Multiplicare, eſt augere, amplificare. **Aedes.** offic. 28. Hic ſummi & clariſsimi uiri filius in domum multiplicatam non repulſam ſolum retulit, ſed ignominiam, & calamitatem: id eſt, laxius, atque amplius ædificatam, non autem honoribus multiplicatam, ut ex ijs, quæ præcedunt, intelligi poteſt.

Munire, eſt fulcire, comparare maximeq; de ijs rebus, quæ habeant aliquam difficultatem. **Iter.** Cæſ. 92. Labienus primo uineas cratibus atq; aggere, palude explere, atq; iter munire conabatur: id eſt, quo progredi poſſent, efficere conabatur. **Viã** ad aliquem. 2. uolum. oration. 69.. Vt unuſquiſque ſtudio, & ſuffragio ſuo uiam ſibi ad beneficium impetrandum munire poſsit. ut iter: id eſt, conficere. Laurent. Vall. dicit munire uiam eſſe repurgare, reficere, ac interdum lapidibus ſubſternere, quales

quales ſunt Romanæ. **Præſidia.** 2. uolum. orat. 91. Intercludere omneis ſeditionum uias, munire præſidia Reip. id eſt, uaidiora facere. **Se re** aliqua. 2. uolum. orat. 199.. Me autem nudum à propinquis, nulla cognatione munitũ. Item. 201. **Subſidijs.** 2. uol. orat. 10. Atq; hæc tua frumentaria ſubſidia, reip. firmuſsimis præſidijs claſsibuſq; muniuit.

Muſſare, eſt murmurare. uulgò uero tacere, inquit Sex. illud Terent. adducens, ſile, cela, occulta, tege, tace, muſſa. No. uero differentiam facit inter muſſare, & murmurare. ut muſſare ſit hominum occulte loquentium quod celatum uelint: murmurare uero eſſe maioris ſoni, proximi ad tumultum. Salluſt. 80.. Et quanquàm L. Cincius primus de poteſtate Tribunorum loqui auſus muſſantibus uobis circunuentus erat: id eſt, uix contra cum hiſcere audentibus. **Et os.** Salluſt. 77. Os muſſantes, & retractantes uerbis & uatum carminibus pacem optatis magis, quàm defenditis.

Muſſitare, eadem ſignificatione qua muſsare. Terent. 80.. Accipiunda, & muſsitanda iniuria eſt: id eſt, tacenda, diſſimulanda.

Mutare, aliquando eſt uariare, aliquando pro eo quod uulgò dicimus baratar. Et tum dicimus mutare aliquid aliqua re. **Conſilium.** Attic. 116. Ego tamen Philotimi literis lectis mutaui conſilium de mulieribus. in famul. 49. Ego rogatus mutaui meum conſilium. **Fidem.** Terent. 133.. Nequeo exorare, ut maneat, & cum illo, ut mutet fidem triduum hoc. **Iudicium.** Salluſt. 26.. Profecto exiſtimabunt me magis merito, quàm ignauia iudicium animi mei mutauiſſe. ubi iudicium eſt pro ſententia. **Sententiam.** 2. uolumne orat. 139. Nulla in re falli, ſententiam mutare nunquam. Terent. 113.. **Mentem** aliq. 3. uolum. orat. 74. Poſteaq; rebus geſtis mentes ueſtras, uoluntatemq; mutaſtis. **Voluntatem.** 1. uolum. orat. 55. Subito nunc mutata uoluntate ad accuſandum deſcenderim.

Item

Item.3.uol.orat.74. Item in famul.63. Non satis credidi homini prudenti,tam ualde esse mutatam uoluntatẽ tuam. Pactionem. 2.uolum.orat.217.. Cui quidem cum Ciliciam dedisses, mutasti pactionem. Pacem atq; bellum. Sall.63.. An mobilitate ingenij pacem,atq; bellum mutare solitus parum exploratum est. Testamentum. 2.uolu. orat.56. Mutaturam esse testamentum minaretur. Solum.2.uol.orat.229. Non prius hanc ciuitatem amittebant, quàm erant in eam recepti,quo uertendi,hoc est mutandi soli causa uenerant. Vestem. Att.308. Vestem tum filius mutauit. Iumenta ad aliquid. Cæs.162.. Atq; mutatis ad celeritatẽ iumentis.uulgò dicimus per le poste. Ita tu equos,&c. Factum. Terent.2. Haud muto factum: id est,non facti pœnitet,Don.exponit. In formam alicuius. Plaut.1. Mutauit sese in formam eius coniugis. Vino aduentitio aliquid.Sall.45.Ea mutare cum mercatoribus,uino aduentitio,& alijs talibus.

Mutilare,est aliquid detrahere, sine quo res esse non possit, Don.ait. Aliq. Terent.102. Quin spolies,mutiles,laceres, quenquem nacta sis.

Mutire,erat modo loqui, modo tacere apud ueteres.Ego ita inter utranq; significationem exponerem, mutire esse loqui uelle,sed non planè proferre uerba,uti muti faciunt. Plaut.6. Etiam mutis? Terent. Hercle nihil iam mutire audeo.Pl.transtulit ad cardinem. Viden' inquit,ut aperiunt ædes festiuissimè, non mutit cardo.

L.Vall. Mutuare,& mutuari.de his uerbis ita ait Lauren.Vall.Qui mutat pecuniam, mutuo dat pecuniam: qui mutuatur pecuniam,mutuo accipit pecuniam.cui opinioni illud Cice.ad Atticum.76.aperte aduersatur,ubi ait.Vt uerear ne illud,quod tecum permutaui, uersura mihi soluendum sit. Significat enim quod mutuo accepi,non autem dedi.ubi uides etiam mutuare cum aliquid est,ab aliquo,& est quasi mutuum facere.Neque tamen

tamen propterea negarim mutuare aliquid alicui, non idem esse,quod mutuo dare. Quod nequaquam in mutuari dicerem, sed semper ab aliquo aliquid mutuari,ut.2. uolum.phil. Orator ab Academicis subtilitatem ingenij mutuatur.Plau.Decem minas à patre mutuatus.

N



Ancisci, est adipisci. Consuetudinem alicuius rei.Att.315. Cuius rei nonnullam consuetudinem nactus sum in hoc horum dierum ocio Cicerone nostro minore perdocendo. Firmitatem.in fa.173.. Si aliquid firmitatis nactus sit Antonius,omnia illa tua præclara in Rẽp. merita ad nihilum esse uentura. Laxamentum.in fa.194.. Ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti, concinnaui tibi munusculum, &c. Spem. in famil.106. Tamen maiorem spem impetrandi nactus sum. Sortem.1.uolu. orat.97. Sortem nactus est urbanæ prouinciæ:id est,prouincia urbana ei sorte obuenit. Malum. Terẽt.134. Non triumpho ex nuptijs tuis,si nihil nanciscor mali. Morbum.Att.272. Nactus est morbum:id est,in morbum incidit. Ocium.in fa. Pluribus uerbis ad te scribam,cum plus ocij nactus ero.

Narrare. Narro,inquit Varro, cum alterum narrum facio. est dicere,commemorare. Noui aliquid. Attic.70. Nam nec quid mandem habeo, nihil enim prætermissum est, nec quid narrem noui. Item. 71. Male. Attic. 260. Male narras de nepotis filio:id est,malum nuntium affers. Monstra. Attic. 147. Monstra narrat,rem ordine. Ter.85. Omnem rem modo seni quo pacto se haberet,enarrauimus ordine.

Nasci. Planum est,quid proprie uerbum significet. Verum in transferendo latissime patet, ut in exemplis. Et dicimus nasci rei,& ad rem,& cum ablatiuo unde scilicet nati sumus. transtulit

tulit Cic. ad dignitatem, ut diceret à uobis natus ſum conſularis. 2. uolum. oration. 198. A' parentibus, id, quod neceſſe erat, paruus ſum procreatus, à uobis natus ſum conſularis. Abdomini aliquem. 3. uolum. orat. 88. Nam ille gurges, atq; helluo natus abdomini ſuo, non laudi, atque gloriæ. Gloriæ: id eſt, ad gloriam. 3. uolum. orat. 88. Laudi: id eſt, ad laudem. 3. uol. orat. 88. Reipub. 3. uolumine oration. 185. O' ciuem natum Reipub. memorem ſui nominis, imitatoremq; maiorum. Seruituti. 3. uolumine oration. 71. Tradidit in ſeruitutem Iudæis, & Syris nationibus natis ſeruituti. Ad dignitatẽ. 3. uolum. orat. 22. Nam quid ageret uir ad dignitatem, & gloriam natus? Ad gloriam. uide dignitatem. Ad laudem. 3. uolu. orat. 225. Filius audio, & ſpero natus ad laudem. Ad prædam aliquem. 3. uolum. orat. 238. Saxæ ſe, & captioni tradiderunt ac facinus, prædamq; natis. Ad aliquid. 1. uol. orat. 212. Ita apte in ſcyphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata eſſe diceres. Ad hæc tempora. 3. uolum. orat. 241. An uos & Luceium præclariſſimum COS. C. Cæſarem deorum beneficio natum ad hæc tempora: id eſt, propter hæc tempora. Quo loco aliq. Sallu. 2. L. Catilina nobili genere natus. Loco equeſtri. Aſc. 33. Solus Cicer. ex competitoribus equeſtri erat loco natus. Loco ſummo eſt eius, cuius maiores nobiles extitere. Loco obſcuro, cuius maiores obſcuri fuere. Per tempus aliq. Plaut. 251. Per annonam caram dixit me natum pater. In re aliqua. in orat. lib. 154.. Cum tu in alia lingua, ac moribus natus. Ex aliquo aliquid. in fa. 37. Ex quo ſuſpicio nata eſt. Cauſam. 3. uolu. orat. 58.. Naſcitur iudices cauſa Cornelij ex ea lege, quam, &c. Cupiditates rei. in or. lib. 168. Nec enim in conſtituentibus Remp. nec in bella gerentibus, nec in impeditis, nec Regũ dominatione deuictis naſci cupiditas dicendi ſolet. Edictum eo. 1. uol. or. 158.. Subito, atq; ex tẽpore noua naſcebãtur edicta. Gloriam. uide rem.

Inius

Iniurias. Att. 290. Multæq; naſcuntur iniuriæ, magnæ contentiones conſequuntur. Litigium cum aliquo. Plaut. 139. Credo cum uiro litigium natum eſſe aliquod. Malum. 1. uolum. oration. 206.. Iubeo promi utroſque, ne quid plus mali naſceretur. Prouinciam alicui. 3. uolum. orat. 76.. Ianuario, Februario prouinciam non habebit. Calend. ei denique Martij naſcetur repente prouincia. Rem. Terent. 119.. Scit ſibi nobilitatem ex eo, & rem natam, & gloriam eſſe, & res eſt facultas. Suſpitionem alicui. in familiar. 37. Hoc uero, ex quo ſuſpitio nata eſt, &c. Vinum. in orat. lib. 191. Vt ſiquis Falerno uino delectetur, ſed nec ita nouo, ut proximis conſulibus natum uelit, nec rurſus ita uetere, ut Opimium, aut Anitium conſulem quærat. Nobilitatem. uide rem. & cum ad, præpoſitione. 2. uolum. oration. 40.. Cum annos ad quinquaginta natus eſſet? ubi ad, eſt pro circiter. Terent. 52. Annos ſexaginta natus es. Et aliquem complures annos natum dicimus. Terentius. 52. Att. 331. An eſſe quendam annos XXIII. natum.

Nauare, rei alicui: proprie eſt operam ei rei dare. additur tamen interdũ illud ipſum, quod nauamus. in fa. 79.. Sed quia nemo eſt tam afflictus, qui ſi nihil aliud ſtudeat, niſi id quod agit, non poſſit nauare aliquid, & efficere, &c. nũc eſt præſtare. Reip. in fa. 127. At in literis, & libris, ut doctiſſimi ueteres fecerunt, reipub. nauare, &c. Beneuolentiam. in fa. 40. Cum hic tibi ſatisfecerimus, iſtic quoque noſtram in te beneuolentiam nauare poſſimus: id eſt, oſtendere, præſtare. Ita. Operam ſuam alicui. in orator. libr. 191. Qui quia nauarat mules operam, Imperatorem ſe ſtatim eſſe cupiebat. in familiaribus. 159. Ita Studium. Att. 240. Erat enim reſcribendum tuis quàm uellem Bruto ſtudium nauare potuiſſe. Item. 2. uolumine philoſophiæ. 207.

Nauigare pleniſſimis uelis. 2. uol. or. 218. Ipſe archipirata cum

N grege

grege prædonũ impurißimo plenißimis uelis nauigaſſes. Strenue. Att. 235. Magis commode, quàm ſtrenue nauigaſſe: id eſt, celeriter. Ex ſententia. Att. 80.. Et, ut ſcribis, ex ſententia nauigaſſe uehementer gaudeo.

Nauſeare, eſt ſtomacho ad uomitum conturbari. à naui, ſcilicet quia nauigantibus is facile excitari ſolet. Plaut. 5.. Laſſus ſum hercle, è naui ut uectus huc ſum, etiam nunc nauſeo. in fa. 107.. Vidit enim me nauſeantem. 2. uol. philoſ. 18. Quàm bellum erat Vellei, confiteri potius neſcire, quod neſcires, quàm iſta effutientem nauſeare.

Necare fame aliquem. 1. uolum. orat. 68.. Nautæ mulitesq; Siculorum, ſocij noſtri, atque amici fame necati. Item Att. 143. Item 308. Quis eſſet qui plebem fame necaret? reſpondebant operæ, Pompeius. Veneno aliq. ad Her. Si accuſator dixerit ab reo hominem ueneno necatum. In neruo. Plau. 42.. At ego credo deos uoluiſſe, ut apud te me in neruo enicem. In uinculis. 2. uol. or. 43. Qui auunculum filij ſui in ſeruitute, ac uinculis necarit.

Negare. Præciſe aliquid alicui. Att. 121. Nunquam reo cuiquam tam humili, tam ſordido, tam præciſe negaui, quàm hic mihi, planè ſine exceptione præcidit. eſt paucis, & claris uerbis negare.

Nere ſubtegmen. Terent. 57. Anus ſubtegmen nebat: id eſt, parabat ſubtegmen.

Neſcire, eſt ignorare. Plaut. 68. Ego te uehementer perire cupio, ne tu me neſcias. Deos. Terent. 74.. Dij iſtæc prohibeãt. Ch. deos neſcio ego, quod potero nitar ſedulo. Aliq. Terent. 59. Neſcio alias, me ſcio ſemper feciſſe ſedulo: id eſt, neſcio quid aliæ faciant. & modus eſt loquendi, præſertim iratorum, ait Donat.

Niti, eſt proprie uim ferè omnem in aliquid agendo adhibere. & re aliqua, & in rem uiti dicitur. Patientia. Cæſar. 33. Vt nullum

Vt nullum fruſtra telum in eos mitteretur, tamen uirtute, & patientia nitebantur, atque omnia uulnera ſuſtinebant: id eſt, patienter ferebant. in famil. 4.. Nos cum maxime conſilio, ſtudio, labore, gratia, de cauſa regia niteremur: id eſt, omnia conaremur. In cubitum aliq. Att. 272. Nos ut ueniſſe uidet in cubitum niſus: id eſt, cubito fultus.

Nobilitare, eſt nobilem reddere: ſed de rebus etiam turpibus uſurpatur. Flagitijs aliquem dixit Terent. 48. Tu iam pendebis, qui iſtum adoleſcentem nobilitas flagitijs: id eſt, eum egregie flagitioſum reddis. Salluſt. 129. Adhibiti ſunt, & cuncti Barbarorum hominum nobilitati non ſolum magnitudine, & ſumma æris alieni, uerum etiam conſuetudine, ac ſtudio turpißimarum rerum. Item. 130.. Crudelitatem alic. de officijs. Teſtis eſt Falaris, cuius eſt præter cæteras nobilitata crudelitas.

Nocere aliq. alic. 2. uolum. orat. 117. Quanquàm Quirites mihi quidem nihil iam ab iſtis noceri poteſt.

Nolle. Cum ſuo contrario peruenuſte uſus eſt hoc uerbo Ci. 2. uolum. orat. 136. Nolite à me commoneri uelle, uoſmetipſi uobiſcum recordamini. Item. 2. uo. or. 192.. Nolite eo uelle carere, qui charißimam ueſtram procreationem ſibi eſſe duxit. Item. 3. uol. orat. 54.. Nolite Iud. aut hunc natura ipſa occidentem uelle maturius extinguere uulnere ueſtro.

Nominare, eſt ſuo proprio nomine aliquem appellare. 1. uolu. orat. 4. Quem ut ipſius dignitas poſcit honoris gratia nomino. Item. 1. uol. or. 21. Quis (ut æquum eſt) honeſtatis, amplitudinisq; gratia nomino. & ſæpius in hunc modum comperies uſurpatum à bonis. Nomen alicuius. Ter. 138.. Et meum nomen nominat. Neminem. 3. uol. or. 163. Neminem nominabo.

Noſcere, omnino eſt cognoſcere, ſed pro coire cum muliere. Cic. eo uſus eſſe uidetur, ut etiam id ipſum innuit in cognoſcere adoleſcentulum. 3. uolumine oration. 45. Cur te in iſtam

uicinitatem meretriciam contulisti? cur illecebris cognitis non refugisti? cur alienam ullam mulierem nosti? De facie aliquem. 3. uolum. orationum. 96.. Habet hoc uirtus, quam tu ne de facie quidem nosti. Ita De forma aliquem. Plautus. 65.. De forma noui, de colore non queo. Viam. Terentius. 56. Aurum, uestem, & uesperascit, & non nouerunt uiam. Tertium in aliqua re. Cæs. 201. Neque ullum belli tertium casum nossent.

Notare, est signum aliquod rei alicui notionis causa apponere. idq; tam in bonis, quàm in malis rebus fit. sed transferendo uariam recipit significationem. Vestigijs calamistri. 2. uol. oration. 207.. Non te illius unguentorum odor? non uini anhelitus? non frons calamistri notata uestigijs in eam cognitionem adducebat? ubi etiam uides calamistri uestigia, pro calamistri signis. Signa ad aliq. in familiar. 83.. Notantur autem mihi ad diuinandum signa duplici quadam uia. nunc est obseruare. Aliquem furti. Attico. 42.. Quos autem ipse L. Gellius, & Cn. Lentulus duo censores clarissimi uiri, sapientissimi homines furti, & captarum pecuniarum nomine notauerunt. Ignominia aliquem. in familiar. 84.. Deinde ut in eam ciuitatem boni uiri, & boni ciues nulla ignominia notari non reuertantur, in quam tot nefariorum scelerum condemnati reuerterunt: id est, quibus & captæ pecuniæ, & ignominiæ notam inusserc. Ita Scelere. 2. uolum. orationum. 226.. Homine enim scelere, & furore notato, similis à repub. labes in posterum dimouebatur. Orationem. in orat. lib. 158.. Quod maxime tanquam stellis quibusdam notat, & illuminat orationem: id est, exornat, illustrat.

Nouare aliquid. Att. 260. Tu mihi de ijs rebus, quæ nouantur omnia certa, & clara. Sall. 22.. cos. optimum factu ratus noctem, quæ instabat, ante capere, ne quid eo spatio nouaretur. & maxime ad malas res accommodatur uerbum.

Nubere.

Nubere. Remansit apud nos, ut tantum de fœminis uerbum hoc usurparetur, cum mares etiam apud ueteres, nubere dicerentur. nubit autem uirgo alicui, cum aliquo, & in rem aliqu. Ego uero nusquã legi Cæsar filiam Pompeio nupsit, ut quidam nuper præcepit, neque nubi, ut ille ipse, sed nubere tantum. Terent. 13. Quod aiebant hodie filiam meam nubere tuo gnato. Cum aliquo. Pl. 2. Qui cum Alcumena est nupta Electri filia. Item Ter. 116. Pater si ex illa me liberos uellet sibi, aut se esse mecum nuptum, satis certo scio, &c. In luctum. 2. uolu. orat. 57.. Tum denique in familiæ luctum, atque priuignorum funus nupsit. In funus. uide in luctum.

Nudare. Verbi natura est, ut sit nudare aliquid, aperire, detegere. aliquid uero aliqua re nudare, sit magis spoliare, priuare. Aetatem alicuius. 2. uolu. orat. 272. Aut si huius facta, mores, omnem ætatem nudauero, in idem uitium incidam procacitatis. Intelligentias. 2. uol. phil. 161. Et rerum plurimarum obscuras, & necessarias intelligentias enudauit, quasi fundamenta quædam scientiæ. Præsidijs aliquem. 2. uolum. orat. 211. Qui mea pericula non modo suo præsidio, sed etiam uestra deprecatione nudarunt. Deprecatione. uide præsidijs. Frequentia aliq. 2. uol. orat. 224. Proscriptionis metu me frequentia nudarent. Defensoribus. Cæsar. 29.. Vt quæq; pars castrorum nudata defensoribus premi uidebatur, eò accurrere, & auxilium ferre.

Numerare. Nota est uerbi significatio. constructio uero cum præpositione maxime uariatur. Aliquem suum. Attico. 98.. Me autem uterq; numerat suum, nisi forte simulat alter: id est, in suis habet. A se aliquos. 3. uol. orat. 210. Multi præterea improbi, quos quidem à se primum numerare possunt, qui hæc loquuntur: id est, à se initium sumendo. In loco beneficij. in fa. 20. Et in mercedis potius, quàm beneficij loco numerare uideatur. In beneficij partem. 3. uol. or. 231. Qualis igitur hostis ha

stis habendus is, à quo uictore si cruciatus absit, mors in beneficij partem numeraretur? In malis. 1. uol. philos. 234. Vt cum ea, quæ supra enumeraui, in malis numerent &c. ita in bonis. In gloria aliquid. Sallust. 76. Vt & facta in gloria numeret: id est, loco gloriæ habeat. In manum aliquid. Plaut. 22. Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum. In onere aliquid. 1. uolum. philosop. 182.. Nam scutum, gladium, galeam in onere nostri milites non plus numerant, quàm humeros, lacertos, manus.

Nuncupare, est nominare. additur tamen etiam interdum lingua. de off. 64.. Nam cum ex duodecim tabulis satis esset cautum ea præstari, quæ essent lingua nuncupata. Item in orat. lib. 106.. Vt totum illud, uti lingua nuncupasset. Votum. Cæs. 121.. Paludatiq; uotis nuncupatis exeunt. Item. 3. uol. orat. 185.. Neglectisq; sacrificijs solennibus ante lucem ea uota, quæ nunquam solueret, nuncupauit. Item. 3. uolum. orat. 109. Post autem neque sacrificijs solennibus factis, neq; uotis nuncupatis profectus est. Vota uero nuncupata erant Sext. autore, quæ COSS. Prætores cum in prouinciam proficiscebantur, faciebant. quæ in tabulas multis præsentibus referebantur.

Nundinari, est palàm uendere. Senatorium nomen. 1. uolumine orat. 133. Ab isto & præco, qui uoluit istum ordinem pretio mercatus est, & pueri annorum senum, septenumq; denum senatorium nomen nundinati sunt. Ius ab aliquo. 1. uolumine orationum. 100.. Qui ab isto ius ad suam utilitatem nundinarentur.

Nuntiare, est significare. 1. uol. or. 21.. Occiso Sext. Roscio primus Ameriam nunciat Manlius Glaucia, &c. Nuntium alicui. Pl. 253.. Sed ego istuc citus præcucurri, ut nuntiarẽ nuntiũ optabilem. Salutem alicui. Att. 60.. Misit ad me statim qui salutem nuntiaret. in fam. 102. Pl. 256.. id est, qui salutem diceret. Voluptatem alicui. Ter. 14. Voluptatem magnam nuntias.

Nutare. Nutamus capite, nictimus oculis, annuimus, aut naribus, aut labijs, inquit No. In re. 1. uolum. phil. 65.. Nunc autem dico ipsum Epicurum nescire, & in eo nutare. nunc est non recte consistere.

Nutricari, pro nutrire protulit Ci. 2. uol. phil. Omnium autem rerum seminator, & sator, & parens (ut ita dicam) atque educator, & altor est mundus, omniaq; sicut membra, suas & partes nutricatur, & continet.

O

Obdere, est claudere. Plaut. 79. Forem obde. Ter. 38. Pessulum obdo hostio.

Obdormire, est longum dormire. 1. uolu. phil. 168. Endymion uero (si fabulas audire uolumus) nescio quando in Lycio obdormijt. Crapulam. Pl. 128.. Vbi somnum sepeliui, omnemq; obdormiui crapulam. nunc est concoquere.

Obducere, est tegere, inducere, circunducere. Caput. 2. uolum. orat. 93.. Carnifex uero, & obductio capitis, & nomen ipsum crucis absit. Tenebras alicui rei. 1. uol. phil. 5. Conatus est clarissimis rebus tenebras obducere. Terram alicui. 2. uol. philos. 183. Quam cum proximi fecerant, obductaq; terra erat, frugibus obserebatur. Cicatricem. 2. uolu. orat. 88. Ne aut refricare obductam iam reipub. cicatricem uiderer: id est, quæ iam coisset. Diem posterum. Att. 255. Nono Calend. igitur ad: Siccam, ibi tanquã domi meæ scilicet itaq; obduxi posterum diem. Callum dolori. 1. uolum. phil. 182.. Et ipse labor, quasi callum quoddam obducit dolori. Item. 1. uol. phil. 202. Att. 1. Vt mihi uideatur non esse ἀλλόλως Curium obducere. mos uidetur fuisse in petendo, ut qui peteret, circunduceretur ab aliquo principe uiro.

Obdurare contra aliquid. 1. uolum. philosophiæ. 89. Aut quis contra studia naturæ tam uehementer obdurauit? id est, tam

obstinate contra sentit &c.

Obdurescere ad aliquid. Att. 289. Obdurescunt enim magis quotidie boni uiri ad uocem tributi: id est, duriores fiunt. Et aliquid aliqua re. in fam. 26.. Magno dolore me affecissent tuæ literæ, nisi iam & ratio ipsa depulisset omnes molestias, & diuturna desperatione rerum obduruisset animus ad dolorem nouũ. Item. 71. Quorum alij occiderunt, alij nescio quo pacto obduruerunt: id est, nihil iam sentiunt. sumptum autem est à lapide, qui duritia sua nullos grauissimos ictus sentit. Frigore aliquem. 1. uol. orat. 220.. Ita Sopater de statua C. Marcelli cum iam pene obduruisset, uix uiuus auferetur. paulo enim supra est in aëre, in imbri, in frigore.

Obire. Diuersa pro præpositionis natura, qua compositum est uerbum, significat, ut in singulis exemplis exponetur. Regiones. 1. uolumine oratio. 145. Cur tantas regiones Barbarorum pedibus obijt? Domos aliquorum. 3. uolumine orationum. 41. Quo facilius & nostras obire domos, & ipse à suis coli posset, conduxit in palatio non magnam domum. Ita Villas alicuius. in familiar. 95.. Tu modo istam imbecillitatem ualetudinis tuæ sustenta, & tuere, ut facis, ut nostras uillas obire, & mecum simul lecticula concursare possis. Cœnas. Attico. 149.. Quas eo enim cœnas, & facere, & obire scripsit ad me Sestius: id est, adire, circuire. Hæreditates. 2. uolumine oration. 62. Hæreditatum obeundarum causa quibus uos legationes dedistis: id est, quasi aucupari. Ciuitates omnes. primo uolumine oration. 133.. Nolite expectare dum omnes obeam oratione mea ciuitates: id est, recenseam. Comitia. Attico. 3. Nunc uero sentio quod commodo tuo facere poteris: uenias ad id tempus, quod scribis: obieris Q. fratris comitia: nos longo interuallo uiseris, ac Vpilianam rem transegeris: id est, studebis Q. fratri. Annum petitionis suæ. in familiaribus. 159.. Multi clarissimi uiri, cum reip. darent

darent operam annum petitionis suæ non obierunt: id est, non petierunt: Ob enim utrobiq; circum significat, ut sit ire circum omnes rogando, ut sibi adsint in petitione. Prouinciam. 1. uol. oration. 252. Nam æstate summa, quo tempore Prætores cæteri obire prouinciam, & concursare consueuerunt. Item 241. Siciliam. 1. uol. oration. 67.. Ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obij: id est, lustraui. Asiam. 2. uol. oration. 128.. Asiam istam refertam, & eandem delicatam sic obijt, ut in ea neque auaritiæ, neque luxuriæ uestigium reliquerit. nunc magis est administrare. Legationem. 1. uol. philosop. 2. In legatione illa nobili, quam ante censuram obijt. Item. 2. uolu. oration. 75. Aegyptum legatum aliquem. de offic. 127. Et obieris legatus Aegyptum, Syriam, Asiam, Græciam, &c. id est, legatus fueris in his locis. Vadimonium. 1. uolumi. oration. 9.. Qua tibi uadimonium non sit obitum, eadem te hora consilium cœpisse hominis propinqui fortunas funditus euertere. Item. 9.. Vadimonium mihi non obijt quidam socius, & affinis meus: id est, ad diem in iudicio non affuit, uadimonium deseruit. Diem auctionis. Att. 208. Et tamen obire auctionis diem poterunt (est enim 111. Iduum) si me in Tusculano postridie nonarum mane conuenerint. Diem edicti. 3. uolumi. oration. 187. Diem edicti obire neglexit. de offic. 96.. Qui diligentissime illũ diem, & illud munus solitus esses obire. in quibus item exemplis significat adesse. Cupiditatem. Sall. 129.. Quibus illi flagrauit ad cupiditatem huiusmodi sceleratis facinoris obeundam: id est, exequendam. Libidines. Sallust. 138.. Versatam semper in obeundis libidinibus. Consilium. Sallust. 136. Vel exiguam moram ipsius curiæ consilijs obeundis: id est, exequendis. Diem suum. in familiar. 50. Quæ si hoc tempore non suum diem obisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit. Mortem. Terent. 5.. Is obijt mortem. Item. 56.. Ea obijt mortem. Item. 2. uolumi.

orat.27. Aut obeunda mors Cluentio, aut ſuſcipienda accuſatio fuerit. Item in orat. lib. 171.. 1.uol. philoſop. 172. Multa mihi ipſi ad mortem tempeſtiua fuerunt, quæ utinam potuiſſem obire: id eſt, perficere. Solem. de offic. 129.. Quis in reliquis orientis, aut obeũtis ſolis ultimis, aut Aquilonis, Auſtrí ue partibus tuum nomen audiet? eſt ſolem occidere. Locum, & tempus facinoris alicuius. 3. uol. orat. 106.. Quam niſi obire facinoris locum, tempuſq; uoluiſſet, nunquam reliquiſſet. eſt locum tempuſq; deligere ad facinus accommodatum.

Obiectare, eſt crebro obijcere. Aliquid alicui. Sall. 476. At obiectat mihi poſſeſſiones ex bonis proſcriptorum.

Obijcere, eſt modo crimini dare, & tunc dicimus aliquid, & de aliquo obijcere. modo eſt offerre: & dicimus aliquid alicui, uel in aliquid, idq; tam de bono, quàm de malo. Aſiam alicui. 2. uolum. oration. 126.. Obiecta eſt enim Aſia: id eſt, crimini data. Ignobilitatem alicui. 3. uolum. oration. 186. Ignobilitatem obijcit C. Cæſaris filio: id eſt, negat eſſe nobilem. Aliquid ut probrum. 1. uol. philoſop. 148.. In qua obiecit ut probrum M. Nobiliori, quòd is in prouinciam poëtas duxiſſet. De re aliqua alicui. in familiar. 169. Et te miramur, cum hæc reticueris, non potuiſſe continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæſaris obijceres. tantundem eſt, ac ſi dixiſſet Cæſaris mortem. Vitam telis. 3. uol. oration. 60. Qui nullis præmijs propoſitis uitam ſuam hoſtium telis obiecerit: id eſt, obtulerit. Ita periculo. ita morti, & in cæteris huiuſmodi. Ciues ſuos. in familiar. 13. Qui meos ciues, & à me conſeruatos, & me ſeruare cupientes ſpoliatos ducibus, ſeruis armatis obijci noluerim. Furorem alicui. 1. uol. orat. 24. Quæ res igitur tantum iſtum furorem Sex. Roſcio obiecit? id eſt, in tantum furorem Sex. Roſcium adduxit? Errorem alicui. 1. uol. oration. 286. Siquis uobis error in tanta re ſit obiectus: id eſt, ſi uobis dubium creatur. Funus alicui.

Plaut.

Plaut. 3.. Quod multa Thebano populo acerba obiecit funera: id eſt, multos ex Thebanis interfecit. Negotium alicui. Plaut. 62. Ita nunc ſubito, propere, celere obiectum eſt mihi negotium. Præpedimentum alicui. Plaut. 206.. Neu fallaciæ præpedimentum obijciatur: id eſt, ne impediatur fallacia. Lætitiam. Terent. 59. Vt hanc lætitiam nec opinanti primus ei obijcerem domi: id eſt, afferrem. Religionem alicui. 1. uol. orat. 63.. Vt præfecto illi religionem ueneris, nomẽq; obijceret. uulgo, fàr conſcientia. Signum alicuius rei. 2. uol. philoſop. 96.. Nec eam rem habuit religioni obiecto ſigno, ut peritis uidebatur, ne committeret prælium. Iumenta machinæ Cæſar dixit pro adiuncta. inquit enim. 195. Præterea ambulatorias totidem tabulatorũ confixerant, ſubiectiſq; eis rotis, funibus, iumentiſq; obiectis, directis plateis in quamcunq; erat uiſum partem, mouebant.

Obiurgare, eſt accuſare, inclamare, inquit Don. obiurgamus uero turpe factum, cum moneamus antequam cõmiſſum ſit, autore Sex. & obiurgamus aliq. de aliqua re. Aliquid. Att. 3.. Eas literas ad eum miſi, quibus & placarem, ut fratrem, & monerem, ut munorem, & obiurgarem, ut errantem. Item Ter. 3.. Nec ſatis ad obiurgandum cauſæ. De aliqua re. Att. 22.. Quod me quodammodo molli brachio de Pompeij familiaritate obiurgas. Molli brachio. uide ſupra.

Oblectare, eſt delectationem afferre. Et dicimus oblectare aliquid re aliqua, in re aliqua, & ſe cum aliquo. Terent. Te oblectet, tibi habe. Senectutem aliquid. Terent. 131.. Habebis quæ ſenectutem tuam oblectet. Aliqua re aliq. Att. 290. Non ſolum ut diutiſſime te iucunda opinione oblectarem. Plaut. 215.. Amabo num hi falſo oblectant gaudio? In aliqua re aliq. Terent. 77. In eo me oblecto: ſolum id eſt charum mihi. Cum aliquo. Terent. 82.. Tu cum illa te intus oblecta interim. Neque enim dicerem oblectaui

Cæſarem

Cæsarem cum Terentia: id est, cum Cæsar ex Terentia delectationem cæpisset. sed tantum reciproce.

Obligare, est circunligare, obstringere, deuincire. **Vulnus.** 1. uol. philosop. 183. Vt uulnus obliget: id est, circũliget. Itẽ. 183. Medicum modo requirens, à quo obligetur. **Nexu** aliq. 2. uol. orat. 124.. Is periculum iudicij præstare debet, qui se nexu obligauerit. **Scelere.** 2. uol. orat. 217. Populusq; Rom. scelere obligasses: id est, scelere Pop. Rom. coinquinasses, obstrinxisses, sontem quodãmodo Pop. Rom. tuo scelere fecisses. **Periculo** iurisiurandi. 1. uol. orat. 144.. Cum interrogabuntur, obligentur nõ solum iurisiurandi, atque existimationis periculo, sed etiam cõmuni inter se conscientia. Ita **Beneficio.** de offic. 47.. Hi ne obligari quidẽ beneficio uolunt. **Sacramento.** de offic. 8.. Secundo eum obligaret militiæ sacramento. **Iudicio.** 1. uol. orat. 70.. Propterea quod eos intelligere uidebam, me hoc iudicio districtum, atq; obligatum futurum: id est, ualde impeditum. **Pœnis** legum. 1. uol. phil. 58.. Sæpe etiam legum, iudiciorumq; pœnis obligantur: id est, retinentur.

Obligurire, est idem significatu, quod ligurire. **Fortunas** suas. 2. uolum. oration. 106. Fortunas suas obligurierant. Item Terent. 29.. Itidem patris qui obligurierat bona: id est, qui suauibus escis consumpserat. Do. ait.

Oblinere, est superintegere: ut cæra, cœno aliquid. transfertur tamen. **Cæra**, cœno. 1. uol. orat. 170.. Non cæra, sed cœno oblitæ esse uideantur. **Vnguentis.** 1. uol. oration. 154. Sed unguentis oblitus, uino, uigilijsq; languidus. in orat. lib. 169. Atq; ita peregrinata tota Asia est, ut se externis oblineret moribus. **Turpitudine, Dedecore, Stultitia, Inhumanitate.** 1. uol. orat. 149.. Cum summo dedecore, ac turpitudine, tum singulari stultitia, atq; inhumanitate oblita.

Obliterare, est obscurum facere, & in obliuionem ducere, autore No. **Offensionem.** 2. uol. orat. 208.. Qui cum mea sententia

sententia uoluntas eorum in priuato iudicio esset offensa, beneficij memoria priuatam offensionem obliterauerunt: id est, deleuerunt.

Obliuiſci, notum est quid significet. obliuiscimur uero aliquid, & alicuius. ut in familiar. 132. Et tandiu, dum ades, sunt oblitæ sui. **Mansuetudinis.** 3. uol. orat. 130. Si iam obliuisci uestræ mansuetudinis uolueritis. **Iniurias.** 3. uol. orat. 47.. Obliuiscere iam iniurias Clodia.

Obloqui, est quasi respondere. de quo uerbo Seruius super illud Virg. Obloquitur numeris septem discrimina uocum. obloqui enim non est, nisi contra loquentem loqui, non autem maledicere, ut alias. In qua tamen significatione Lau. Vall. dicit se nescire utrum reperiatur: sed pro uicina, quæ est in contrarium loqui, adducens locum in. 2. uol. oration. 30.. Tamen uocat me aliò iandudum tacita uestra expectatio, quæ mihi obloqui uidetur. Plaut. tamen in eam significationem accipere uidetur: ubi ait. 59. Ph. Lenonis hæ sunt ædes. Pa. male istis eueniat. Ph. quî? Pa. quia sceleſtam seruitutem seruiunt. Ph. obloquere. Pa. fiat maxume. Ph. etiam taces? Pa. nempe obloqui me iusseras: id est, his maledicere.

Obnuntiare. Qui malã rem narrat, obnũtiat: qui bonam, annuntiat. Nam proprie obnuntiare dicuntur augures, qui aliquid mali ominis, sæuumq; uident. Do. ait. 3. uol. orat. 20.. Venit in templum Castoris, obnuntiauit consuli. Item Att. 56.. Hæc tamen summa, nisi Miloni C. Appius obnuntiasset comitia futura ante diem XII. Cal. &c. Item. 3. uol. orat. 176. Augur auguri, Cons. consuli obnuntiasti. hoc enim modo comitia impediebantur, cum augur de cœlo aliquid sæui se seruasse diceret.

Oboriri, est adnasci, teste Sex. **Dolores** alic. Plaut. 250.. Vteri dolores mihi oboriuntur quotidie.

Obrepere, est tacite, & clanculum aduenire. **Diem.** Att. 92. Obrepsit dies, ut uides, mihi enim ad III. Calendarum Sextilis

Sextilis de prouincia decedendum est.

Obrogare, est legis prioris infirmandæ causa legem aliam ferre, autore Sexto. Att. Abrogare, derogare, obrogare, sine fraude sua non liceat.

Obruere, est operire siue aqua, siue terra, seu re quapiam alia. per translationem tamen ad alia etiam transit. idq; tam de bono, quàm de malo. **Lapidibus** aliq. de offic. 61.. Cyrsilum quendam suadentem, ut in urbe manerent, Xerxemq; reciperent, lapidibus obruerunt. **Vino** aliq. 3. uolum. oration. 189.. Ipse autem se ut fratrem imitetur, obruit uino. **Aere alieno**. Att. 23. Tusculanum, & Pompeianum me ualde delectant, nisi quod me illum ipsum uindicem æris alieni, ære non Corinthio, sed circunforaneo obruerunt. **Seruitio** Rempub. Sall. 136.. Et quam Remp. seruitio non potuerat obruere, distrangulandam penitus, ac tollendam cogitauit. **Obliuione**. in orat. lib. 169.. Et id ipsum nisi unius esset Ennij testimonio cognitum, hunc uetustas, ut alios fortasse multos, obliuione obruisset. **Verbis**. 1. uol. orat. 62. Mihi enim uidetur periculum fore, ne ille non modo uerbis te obruat. **Decretum**. 3. uol. oration. 241.. Quod si ea, quæ decreuimus obruere uolumus, num etiam memoriam rerum delere possumus: id est, tollere. **Aliquem** re aliqua. Att. 290. Quapropter hoc te primum rogo ne cõtrahas, aut demittas animum, neue te obrui tanquam fluctu, sic magnitudine negotij sinas. **Gubernationem**. Att. 290.. Tibi data est summa pax, summa tranquillitas, ita tamen ut ea dormientem gubernatorem uel obruere, uel uigilantem etiam delectare possit. in orat. lib. 94.. Id etiam, illa, quæ laudanda sunt obruit: id est, obtenebrat, obscurat. **Splendore** aliquid. 1. uolum. philosophiæ. 99.. Omnis ista rerum in corpore harum æstimatio, splendore uirtutis, & magnitudine obscuretur, & obruatur, atque intereat necesse est.

Obsaturare

Obsaturare alicuius rei. Ter. 70. Næ tu propediem (ut istam rem uideo) istius obsaturabere. quod est corporis, ad animum transtulit, ait Do. id est, nimiam de filio capies satietatem.

Obscurare, est obscurũ reddere, tenebris inuoluere. **Cœtus** nefarios. 2. uol. orat. 98.. Si neq; nox tenebris obscurare cœtus nefarios, nec priuata domus parietibus continere uocem coniurationis tuæ potest: id est, tegere. **Periculum**. 1. uol. orat. 177.. Quod magnitudo lucri obscuraret periculi magnitudinem: id est, ne uideretur quantum periculum esset, efficiebat lucri magnitudo.

Obsecrare. Orare est placidos petere. obsecrare uero iratos rogare. Terent. 13. Ne me obsecra. Item. 20. Non si me obsecret. ubi significanter dixit, inquit Do. cum placidi orentur. irati uero obsecrentur.

Obsecundare, est ad alterius nutum omnia facere. Don. ait. **In loco**. Terent. 69. Qua causa id fiat, obsecundato in loco: id est, cum opus erit mihi subseruito.

Obsequi, est morem gerere. & alicui, & aliquid alicui, & de aliquo. **Studijs** amicorum. Ter. 2.. Eorum obsequi studijs. Ita **Animo**. Pl. 5. Qui complexus cum Alcumena cubat amans, animo obsequens. Item Ter. 77. **Omnia** alicui. Terent. 99.. Quia non ista prorsus omnia omnino obsequor. **De re**. 2. uol. orat. 49.. Quamobrem Cluenti de te tibi obsequor, neq; ego legem recito, neq;, &c.

Obseruare. Duo significat hoc uerbum. Nam modo est aliquem honorare, & ueneratione prosequi. modo rem custodire, atque adnotare. quarum superioris est obseruantia, posterioris uero obseruatio. **Aliquid**. Terent. 2.. Obseruabam mane illorum seruulos uenientes, aut abeuntes. Item. 10. **Frumentationes, Pabulationes**. Cæsar. 81. Omnes nostras pabulationes, frumentationesq; obseruabat, dispersosq; cum longius necessario procederent, adoriebatur. **Signa**.

in famul.

in famil.83.. Sed habeo alia signa, quæ obseruem: id est, notem, considerem. Imperium. Sall. 58.. Eorum multitudinem in unum cogit, ac paulatim consuefecit ordines habere, signa sequi, imperium obseruare: id est, imperio audientes esse, obedire. Aliquid. 1.uol.orat.16. Tu id quemadmodum obseruas? id est seruas. Att.1.. Obseruat L. Domicium maxime, me habet proximum. nunc ad honorem pertinet.

Obsidere, est circumsidere. Nam ob, modo circum significat, ut Sex.ait. Vias. Cæs.58.. Obsessis omnibus uijs nuntij intercipiuntur. Aliquem re aliqua. 2.uol. orat. 204.. Quæ illo ipso tempore cum ui, ferro, metu, minis obsessi teneremini, non, &c. Tempus. 1.uol.orat.67.. Vt perspicuum cuiuis esse possit, hominem ab isto quæsitum esse, non qui reum suum adduceret, sed qui meum tempus obsideret: id est, tempus longe mihi angustius redderet.

Obsignare, est aliquid signo aliquo adnotare. Epistolam. Att.241.. Obsignata iam epistola. Lagœnas. in famil.266. Plane te rogo, sicut olim matrem nostram facere memini, quæ lagœnas etiam tenues obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ, quæ furtim essent exiccatæ. Plaut. dixit: Allium seruo obsignant cum sale: id est, clausum tenent. Tabellas. 1.uolum. orat.12. Eius rei conditionisq; tabellas obsignauerunt uiri boni complures. Asc.73.. Dabo, inquit, si quis tabulas testamenti bene obsignatas protulerit. 1.uol.orat. 86. Quæ cognoui egomet apud istum in ædibus nuper cum obsignandi causa uenissem.

Obsistere, est proprie resistere. Vitijs. de offic. 40.. Tum uero ijs uitijs, quibus alij non facile possunt obsistere. Studijs alic. de offic.101. Studijs enim generorum præsertim in re bona, cum difficile est, tum ne æquum quidem obsistere. Dolore. 1.uolum. philosop.186. Sic obsistat dolore. Obuiam alicui. Plaut.14. Nec quisquam tam audax fuat homo, qui obuiam obsistat mihi.

Obsolescere

Obsolescere, est deficere, inueterascere, à consuetudine recedere. Aliquid. 2.uol. orat.64.. Non dico solum hoc in rep. uectigal esse, quod omissis alijs intermaneat, intermissis non cõ quiescat, in pace niteat, in bello non obsolescat: id est, nihilo minus uilescat. Chartas. 3.uol.orat.46. Chartæ quoq;, quæ illam pristinam scueritatem continebant, obsoleuerunt. Splendorem alic. 1.uolum. orat.30.. Cuius splendor omnis his moribus obsoleuit: id est, obsorduit.

Obsonare. Obsonium est quicquid additur in conuiuijs pani & uino. Vnde obsonare, & obsonari est id in prandium, seu in cœnam emere, tumq; dicimus obsonare, & obsonare obsonium. interdũ est altè loqui, & quasi uel obloquendo obtundere. & tum dicimus obsonare alicui re aliqua, ut in exemplis. Ter.11. Vix, inquit, dragmis obsonatus est decem. Plaut.254. Aut egomet ibo, atq; obsonabo obsonium. Famem. 1.uolu. phil.247. Respondisse se quo melius cœnaret obsonare ambulando famem: id est, comparare, sed quia ad cœnam pertinebat, dixit obsonare. nã fames optimum obsonium est. Sermone. Plaut.183.. Male morigerus male facis mihi, cum sermone huic obsonas. Ps. taceo. nunc est, alta uoce loqui.

Obstinare, est offirmare. Affinitatem. Plaut.36. Ea affinitatem hanc obstinauit gratia: id est, obstinate eam affinitatem expetit.

Obstrepere alic. re aliqua. Literis alicui. in fa.62. Quæres fecit, ut tibi literis obstrepere non auderem.

Obstringere, est aliquid arcte illigare. Spe, donis, & rebus alijs. 2.uol.orat.57.. Donis muliebribus, collocatione filiæ, spe hæreditatis obstrinxit: id est, deuinxit. Beneficio aliq. 2.uol. orat.237. Qui etiam tibi erat magis obstrictus beneficio recenti. Aere alieno aliquem. in famil.172.. Tantum abest, ut meæ rei familiaris liberum sit quicquam, ut meos iam omnes amicos ære alieno obstrinxerim: id est, ut mea etiam causa amici pecu-

O niam

niam mutuati sunt. Libris se, Prædibus se. Attic. 86. Præsertim cum sex libris, tãquàm prædibus me obstrinxerim: id est, deuinxerim, obligarim. Religione aliq. 3. uolum. orat. 176. obstrinxisti Pop. Rom. religione, augur auguri, COS. consuli obnuntiauisti. Item Attic. 201. Item in orat. lib. 133.. Est religione impedire, quo minus quid fiat. Scelere. de offic. 55. Num igitur sese obstrinxit scelere, siquis Tyrannum occidit quamuis familiarem? Item. 1. uolum. orat. 216. Id est, scelerate fecit? Paricidio se. 3. uolum. orat. 237. Nefarioq; patriæ se paricidio obstrinxerit. Pactione. 3. uol. orat. 86. Hac tamen obstricti pactione tenebamini.

Obstruere, modo est se aliqua re communire, circũsepire, idq; etiam de malo. modo aduersario aliquid occludere. ut Scelere se. 1. uolum. orat. 77.. Neq; iste mihi uidetur se ad damnationem offerre solum, neq; hoc auaritiæ supplicio communi, qui tot sceleribus se obstruxerit, contentus esse, singularem quandam pœnam istius immanis, atque importuna natura desiderat. Perfugium sibi. 2. uolum. orat. 182. Munite communem arcem bonorum, obstruite perfugia improborũ: id est, uias præcidite ne quò aufugere possint, ne quem implorent, habeant, efficite.

Obstupefacere pudorem aliq. Ter. 128.. Nõ potuit cogitata proloqui, ita eum tum timidum obstupefecit pudor.

Obtendere aliquid. Attic. 192.. Multis enim simulationum inuolucris tegitur, & quasi uelis quibusdam obtenditur uniuscuiusq; natura: id est, protegitur.

Obterere laudem alic. 1. uolumine orat. 235.. Ne'ue obteri laudem imperatoriam crimnibus auaritiæ uelitis: id est, obrui, tolli. Item. 2. uolum. orat. 195. Qui nouam rationem suscitant, ueteres maiorum obterunt laudes: id est, non solum obscurant, sed etiam penitus tollunt.

Obtestari. Do. ait esse, cum per ea aliquem adiuramus, de quibus

bus agitur. ut Ter. 13. Per unicam gnatam, & gnatum meum, & Virg. Illiaci cineres, & f. e. m. t. i. o. u. Item obtestatio est, quando eum adiuramus, quem rogamus.

Obticere. Tacemus consilia, ut, Nec tacui demẽs. reticemus dolores, ut, Ne uerere, ne retice. obticemus, quorũ nos pudet. ut Terent. 43.. Virgo conscissa ueste lacrumans obticet. Don. ait. idq; uel sæpius repetit.

Obtinere, proprie est quod contendas assequi. sæpe pro suo simplici ponitur. sæpius pro altero composito retinere. & ad quasdam etiam alias significationes se accommodat. ut in exemplis. Gradum ciuitatis. in famil. 8. Non dubito quin adeptus intelligas te facilime obtinere summum, atque altissimum gradum ciuitatis: id est, consequi. Causam. 1. uolum. orat. 113.. Pecuniæ maximæ dabantur, cui dabantur, qui dabant, causas obtinebant: id est, pro illis iudicabatur. ad Her. 15.. Attic. 117. Malas causas semper obtinuit, in optima cõcidit: id est, superior fuit in malis causis, in optima concidit. Numerum aliq. de offic. 41.. At eius filij nec uiui probabantur, & mortui numerum obtinent iure cæsorum: id est, numerantur in iure cæsis. Grauitatem. 2. uolumine orat. 170.. Quorum alter apud me parentis grauitatem, alter filij suauitatem obtinebat: id est, quorum alterum patris, alterum filij habebam loco. Autoritatem. Asc. 9. Ea porrò apud Catonem maternam obtinebat autoritatem: id est, habebat. Antiquum. Teren. 19. Optime hospes pol Crito antiquum obtines. uel absolute est dictum: id est, antiquorum bonitatem. uel eius ipsius bonitatem commendat pristinam: quia idem alibi dixit. 121. Antiquam adeo tuam uenustatem obtines. & est nihil de pristina natura aliquem mutare. Item Plaut. 129. Seni non otium erat, id sum operatus. Te antiquum obtines. hoc tuum est, ut tardus sis. Firmitudine animi. Pl. 23. Si istam animi firmitudinem obtines, salui sumus: id est, seruas, retines. Licentiam rei. Attic. 350.

Hi sunt, qui nisi me ciuitate expulissent, obtinere se non posse putarunt licentiam cupiditatum suarum. Spiritum perpetuum. in orat. lib. 206.. Aut in eisdem causis perpetuum, & eundem spiritum sine ulla commutatione obtinebis? id est, seruabis? retinebis? Dignitatem. in famil. 58. Ego autem si dignitas est bene de Repu. sentire, & bonis uiris probare quod sentias, obtineo meam dignitatem: id est, retineo. Prouinciam. in famil. 215.. Quare uelim quicquid habet uegocij, des operam, quod commodo tuo fiat, ut te obtinente Achaiam conficiat. Item. 3. uol. or. 229.. Adiungendus est Q. Hortensius, qui Macedoniam obtinebat. Ita Regnum. Sall. 84.. Po. Ro. antea obtinebat regna, atq; imperia, fortunam dono dare. Ita Principatum. Cæs. 2. Qui eo tempore principatum in ciuitate sua obtinebant. Ita Principem locum. Cæ. 3. Cuius legationis Numerius, & Verodoctius principem locum obtinebant. Stationes. Cæs. 135.. Hæ ad insulam, quæ est contra Massiliam, stationes obtinebant. Et in nauibus. Cæ. 200. Reliquæ copiæ in nauibus stationem obtinebant.

Obtingere. Verbum ubiq; in casu, & sorte positum est. Prouinciam. Att. 10. Asiam Quinto suauissimo fratri obtigisse audisti. Quæstorem alicui. in famil. 30. Mihi quæstor optatior obtigisse nemo potuit. Item. 29.. Ex sententia aliquid. Terent. 66. Istuc tibi ex sententia tua obtigisse lætor. Ita Quod uult. Ter. 141. Lætus sum, ut ut res sese meæ habent, fratri obtigisse quod uult.

Obtrectare, est contra sententiam tractare, auto. Sex. Item obtrectator est, qui facit aliquid contra recte tractantem. obtrectationem uero ita diffinit Cic. 1. uol. phil. 212.. Obtrectatio autem ea est, quam intelligi zelotypiam uolo, ægritudo, ex eo, quod alter quoq; potiatur, quod ille ipse concupiuerit: & alicui, & aliquem obtrectamus. Alicui. in famil. 131.. Non tam id laboro, ut si qui mihi obtrectent, à te refutentur: id est, maledi

dictis mordeant. Aliquem. 3. uolumine oration. 225. Hanc tibi consuetudinem plerisq; in rebus bonos obtrectandi siquis detraxerit.

Obtrudere aliquid alicui. Terent. 6. Ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me: id est, impingi.

Obtundere fabrorum est proprie, qui sæpe repetunt tondendo aliquid malleo, & idem obtundunt, & hebetant. Transfertur tamen, ut in exemplis. Mentem. 1. uolu. phil. 165. Multa enim ex corpore existiunt, quæ acuant mentem, multáq;, quæ obtundant. Aures alicuius. in orat. lib. 218. Ne breuitas defraudasse aures uideantur, neue longitudo obtudisse. Item. 2. uolum. orat. 194.. Ita Deos dixit. Terent. 70. Obe, iam desine deos uxor gratulando obtundere. Aegritudinem ali. 1. uolum. phil. 198. Nihil est enim quod tam obtundat, eleuetq; ægritudinem, quàm perpetua in omni uita cogitatio, nihil esse, quod accidere non posit: id est, extenuet, minuat, debiliorem reddat. Aliquare. Att. 118. Ego si somnum capere possem, tam longis te epistolis nõ obtunderem. De eadem re. Ter. 78.. Ausculta ne me obtundas de hac re sæpius. Ita Rogitando. Ter. 36. Quoquò eam rogitando, obtundat.

Obturare, est claudere. Os. Plaut. 250. Omnibus os obturent, ne quis merito maledicat sibi.

Obturbare loquentem. Terent. 22. Ita'ne uero obturbat? id est interpellat.

Obuenire. Et huius uerbi significatio maxime in casu uersatur. ut obtingere, euenire. Sors, Iudicium, Iudices alicui. 2. uolum. orat. 48. Iubet lex ea, qua lege hæc quæstio constituta est, iudicem quæstionis: hoc est, Q. Voconium cum istis iudicibus, qui ei obuenerint (uos appellat iudices) quærere de ueneno. Prouincia. 1. uolumine orat. 112. Qui simul atque ei sorte prouincia Sicilia obuenit, statim Romæ, &c. Vitiũ. 3. uolu. orat. 176. Id igitur obuenit uitium, quod tu iam Calen-

dis Ian. futurum esse præuideras. Hæreditatem alic. 1. uol. orat. 112.. Ita HS. undecies Q. Dionem, quòd hæreditas ei obuenisset, nullam aliam ob causam perdidisse. Aliquem alicui. Attic. 29.. Sed eas etiam daturus, ut putaram, postridie ei, qui mihi primus obuenisset: id est, occurrisset.

Obuersari aliq. ante oculos. 3. uol. ora. 4. Sed mihi ante oculos obuersatur, & Reip. dignitas. In animo aliq. 1. uol. ph. 186. Obuersentur species honestæ in animo. Est crebro offerri ante oculos, & animo quicquid est, quod obuersatur.

Obuertere os. in famil. 143. In eo igitur inquis conuiuio Cicero ille, quem spectabant? cuius ob os graij ora obuertebant sua? id est, aduertebant, quem admirabantur.

Occallescere. Attic. 35.. De Statio manumisso, & nonnullis alijs rebus angor equidem, sed iam prorsus occallui: id est, obdurui.

Occare tantum ad semen pertinet. Est autem occare rastris, & cratibus semen tegere. de off. 87.. Primum id occatum cohibet.

Occæcare re aliqua aliq. 1. uolum. phil. 55.. Occæcati cupiditate non prouident.

Occidere. Nunc uero est interficere, à cædo scilicet factum. quo uerbo, uti etiam interficere, mire ueteres in inanimatis etiã utebantur. ut Plaut. 119.. Occisa hæc est res. Aliquid. Plaut. 77. Per omnes deos, & deas deierauit hac eum nocte occisurum, qui cum cubaret. Terent. 97. Occidunt me dum nimis sanctas nuptias student facere.

Occidere. Cum est interire. Spacium. Plaut. 252.. Sed spacium hoc occidit, breue est curriculo: scilicet iam confectus est cursus, iam metæ appropinquatur. Beneficium. 3. uol. ora. 121. Vosq; obsecro iudices, ut uestra beneficia, quæ in me contulistis, aut in huius salutem augeatis, aut in eiusdem exitio occasura esse iubeatis: id est, interitura. Remp. in fa. 45.. Profecto aliquid opis occidenti Reip. tulissemus.

Occipe

Occipere, idem est cum incipere. Terent. 42. Siquid narrare occepi. Quæstum. Plaut. 45.. Nunc hic occipit quæstum, hunc filij gratia inhonestum: & maxime alienum ingenio suo, homines captiuos commercatur, si queat aliquem inuenire, suum qui cum mutet filium. Terent. 2.. Accepit conditionem, dein quæstum occipit. Item. 80.. Verum cogito id quod res est, quando cum quæstum occeperis, accipiunda & mussitanda iniuria adolescentium est. ubi cum hac uoce quæstu semper de turpi lucro poni uides.

Occludere, est contra aliquid claudere. ostium. Plautus: Occlusit ostium ancilla. Linguam. Pl. 153.. Quippe si resciuere inimici consilium tuum, tibi tuopte consilio occludunt linguam, & cõstringunt manus, atq; eadẽ, quæ illis uoluisti facere, faciunt tibi: id est, cogunt tacere. Libidinem cõtumelijs. Terent. 13. Dumq; eius libido occlusa est contumelijs: id est, impedita.

Occultare, est clàm aliquid tenere. Lumen. Plaut. 59.. Tace, occultemus lumen, & uocem. Vocem. Plaut. 59.. Tace, occultemus lumen, & c.

Occumbere, est mori. & mortem etiam occumbere dicimus. Plau. Hæc enim postquàm pater occubuit, nata est. Mortem 1. uol. phil. 170.. Vt esset qui pro patria mortem non dubitaret occumbere. morti etiam dixit Maro.

Occupare, est modo præoccupare, modo ui capere. interdũ inuadere, & multa alia significat, ut in exẽplis facilius uidebitur. Locũ. Att. 114. Tamẽ aiunt acerrime delectũ habere, loca occupare, uincire præsidijs. Possessionẽ rei. in fa. 147. Non medius fidius mediocri dolore afficiebar, cũ alij occupare possessionẽ laudis uiderẽtur. Aliquid. de off. 5. Sunt aũt priuata nulla natura, sed aut ueteri occupatiõe, & c. Rẽp. Sal. 85. Per idem tẽpus maledictis iniquorũ occupandæ reip. in spẽ adducti hoĩes qbus omnia probro, ac luxuria polluta erãt, cõcurrere in

castra tua. Agrum. 2. uolu. orat. 80. Qui tantum agri in illis Reip. tenebris occupauit, quantum concupiuit. Regnum. Cæs. 2. Vt regnum in ciuitate sua occuparet, quod ante habuerat. Aliquem. Terent. 7.. Mors continuo ipsam occupat. Timorem aliq. Cæs. 13. Tantus subito timor omnem exercitum occupauit, ut non mediocriter omnium mentes animos q; perturbaret: id est, inuasit. Animos. Attic. 173.. Tanta enim desperatio rerum eius omnium regum, & populorum animos occuparat, ut quo, & c. id est, inuaserat. Argentum. Plau. 92.. Atq; id non decem datum occupatum tibi erit argentum dies. Pecuniam fœnore. 2. uolu. orat. 157. Pecuniam adolescentulo grandi fœnore fiducia tamen accepta occupauisti. Item 158.. Ac tum quidem Tralliani cum ipsi graui fœnore istam pecuniam multos annos occupauissent: id est, in fœnus collocassent. Item. 1. uolumine orat. 95. Præterea pecunias occuparat apud populos, & syngraphas fecerat. Animum in aliqua re. Teren. 101. Ita populus studio stupidus, in funambulo animum occuparat: id est, attente, & cupide funipetam spectabat. Alíq. in amore. Terent. 19.. Perpulisti me, ut homini adolescentulo in alio occupato amore, & c. id est, impedito alio amore. Rem suam. 2. uol. ora. 4.. Quorum magnæ res aguntur in uestris uectigalibus occupatæ.

Occurrere, est obuiam fieri. idq; tam inimice, quàm amice. Attic. 37. Domus celebratur, occurritur, renouatur memoria consulatus, studia significantur: id est, honoris causa mihi obuiam itur. Alicui re aliqua. Attic. 81. Atque eo magis, quòd tu abes qui consilio, gratia, studio, multis rebus occurreres: id est, prouideres. Negocijs. Attic. 290.. Siue etiam ultro occurras negocijs: id est, obuiam eas. Rei alicui. in fam. 50.. Hoc te expectare tempus, tibi turpe est, ac non ei rei sapientia tua te occurrere: id est, prouidere, & occupare tua sapientia, quod tempus allaturum sit. Subsidio alicui. Cæs. 223.

Cæ. 223. Verum M. Petreius, & Cn. Piso cum equitibus Numidis M. C. electis, peditatuq; eiusdem generis satis grandi ex itinere rectà subsidio suis occurrerat obuiam: id est, iuerat. Suppetias alicui. Cæ. 238.. Interim Labienus cum uniuerso equitatu fugientibus suis suppetias occurrit. Item. 239. Copias hostium ijs legionibus occurrere suppetias: id est, obuiam eis eundo suppetiarum ferendarum gratia. Expectationi. 2. uolum. orat. 30. Sed ego occurram expectationi uestræ iudices: id est, statim ad id ueniam, quò me uocat expectatio uestra. Sapientiæ alicui. 2. uolum. orat. 305.. Itaq; in ijsdem rebus ferè uersor, & quod possum iudices occurro uestræ sapientiæ. ut expectationi: id est, ad id respondeo, quod ad uestram sapientiam attinere arbitror. Menti aliq. 3. uol. orat. 9. Facilius facta eorum occurrent uestris mentibus. Veteranis. in famil. 177. Et quibus rebus potest occurri ueteranis, occurras: id est, prouideri. Consilijs. 2. uolum. orat. 143. Horum ego quotidie consilijs occurro, audaciam debilito, sceleri resisto: id est, obuiam eo, inimice nunc. Item. 1. uolum. orat. 76. Vt malitiæ illorum cõsilio nostro occurramus: id est, resistamus. Ita Maleuolentiæ alicui. in famil. 173. Maleuolentiæ hominum in me, si poteris occurras: id est, te te opponas. Item. 1. uol. orat. 397. Non esse deiectum eum, cui ui, & armis ingredienti sit occursum. Machinationibus. Cæ. 196.. Ita operosis Alexandrinorum machinationibus, maximisq; conatibus non longi temporis labore occursum est.

Odisse peius aliquem. in famil. 96. Fortasse oderam multo peius hunc, quàm illum ipsum Clodium.

Odorare, & odorari, utroq; enim modo dicitur, est ex odore aliquid deprehendere, odor enim quasi olor ab oleo, unde odorare. Voluptates. 2. uolum. orat. 207. Hi uoluptates omnes uestigant, atq; odorant. Alíq. Att. 60. Tu uelim & Fabium, & si quem habes alium, odorere, & istum conuiuam tuum

deguſtes. Dictaturam. Atti.65.. Et eſt nonnullus odor dictaturæ.

Offendere, modò eſt inuenire, interdum incurrere, modo lædere: ſæpe peccatum, & errorem continet. & aliquid, & in aliquid offendimus. Aliquem. Terent.29.. Adueniens offendi quendam mei loci hinc, atq; ordinis hominem. ita enim legit No. ubi Do. conueni exponit. Scopulum. 1.uolum. orat.31. Vbi ſcopulum offendis eiuſmodi, ut &c. Imparatum aliq. in ſamil.18. Aut ne ad eam meditere, imparatum te offendam. In arrogantiam. in orat.lib.62. Minus in arrogantiam offenderent. Latus. 2.uolum.orationum.54.. Cecidiſſe ex equo dicitur, & homo infirma ualetudine latus offendiſſe uehementer. Aliquid. in ſamil.14. Quod quenquam maleuolentiſſimum iure poſſit offendere. nunc eſt nocere, lædere. In aliquare. Att.111. Nam ſi quid offendimus in genero noſtro.: id eſt, ſi quid peccauit nobis gener. in orat. lib. 146. In qua nihil offendi, nihil diſplicere, nihil animaduerti poſſet. In aliquo. in orato.lib.94. Ita quicquid eſt in quo offenditur, id etiam illa, quæ laudanda ſunt, obruit. Et ſibi. in ſamil. 29.. Qui ſi dignum ſe maioribus ſuis præbuerit (ut ſpero & opto) tua laus ex aliqua parte fuerit: ſin quid offenderit, ſibi totum nihil tibi offenderit. Item Atti. 292. Sed ſi quis eſt, in quo iam offenderis: id eſt, quem peccaſſe intellexeris. Item.1.uol.or.89. In ſa.158.. Non enim ſi quid in his exercitibus ſit offenſum, magna ſubſidia Reſp. habet expedita, & c. id eſt, ſi quid damni factum ſit.

Offerre. Si uerbi lata ſignificatio paucis concludi poteſt, hæc ea eſſe uidetur, ut aut contra, idq; proprie in itinere: translate, etiam de alijs: aut ſpontaneam aliquid agendi uoluntatem ſignificet. Obuiam ſe. Terentius.84. Oppido opportune te obtuliſti mihi obuiam: id eſt, occurriſti. In ſocietatem ſe. 3.uolumine orationum.132.. Quin etiam illa ipſa rerum humanarum domina fortuna in iſtius ſe ſocietatem gloriæ non offert. Moram. Plautus.184. Quid hoc eſt? quis eſt, qui moram occupato moleſtam obtulit? eſt impedimento eſſe, retardare. Stuprum. 3. uolumine orationum.179. Quod ab eo ſorori, & uxori tuæ ſtuprum oblatum eſſe, comperiſſes. Item 1. uolumine philoſoph. 140. Noſtra in Repub. Lucretia, & quæ per uim oblatum ſtuprum uoluntaria morte lueret, inuenta eſt. Terent. uitium dixit. 83. Cui miſeræ indigne per uim uitium obtulerat: id eſt, intulerat. Iniuriam. Terentius.117.. Offerre iniuriam tibi me immerenti iniquum eſt. Mortem alí. 1.uolumine orationum.24.. Qui mortem obtulerit parenti: id eſt, qui aliquo modo parentem ſuſtulerit. Spem. 3.uolumine orationum. 240. Quis eſt enim qui ad bellum inflammato animo ſit futurus ſpe pacis oblata? id eſt, obiecta. Religionem alicui. in ſamil.151. Recitatis literis, oblata religio. Malum. Terent.106. Nemini ego plura acerba eſſe credo ex amore homini unquam oblata, quàm mihi: id eſt, iniecta. Mendicitatem. Plautus.236. Mendicitatem mihi obtuliſti opera tua: id eſt, inieciſti. Se alicui. 2. uolum.orat.68. Finem feci offerendi mei, quod uulgò etiam dicunt offerirſe, in quo loco, & in multis quandam animi ſpontaneam uoluntatem habere uidetur. In diſcrimen uitam. 3.uolum.orat.17.. Obtulit in diſcrimen uitam ſuã. Ita Salutem. 3.uo.orat.3. Qui auderent ſe, & ſalutem ſuam in diſcrimen offerre pro ſtatu ciuitatis, & pro communi libertate. Ita Periculo ſe. in ſamil. 154. Non dubitandum putaui, quin ſuccurrerem, neq; communi periculo offerrem. Poteſtatem. Cæ.78. Qua oblata poteſtate omnibus his ciuitatibus obſides imperat. Occaſionem. 2.uolum. Oratio.4.. Occaſionem ſibi ad occupandam Aſiam oblatam eſſe arbitratur.

Officere. Plana eſt uerbi ſignificatio, eſt enim tantum obeſſe. ut. 1.uolum. philoſoph. 246.. Nunc quidem paululum, inquit, à ſole

à sole absis, offecerat uidelicet apricanti. Ita Auribus aliquid. Sallust. 23.. Timor animi auribus officit: id est, non sinit eas orationem recipere. Commodis ali. 1. uolum. orat. 42.. Vbi tuis commodis officio? quid tibi obsto? Causæ. in orat. lib. 59.. Quod ipsi causæ aliqua ex parte officit. Luminibus aliq. 3. uolum. orat. 129.. Nec illius animi aciem perstringit splendor sui nominis, nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ. Excursionibus. Cæs. 237.. Cæsar interim quotidie legiones in campum deducere, atque opus facere uallumq;, & fossam per medium campum ducere, aduersariorumq; excursionibus interim officere: id est, impedire.

Offirmare, est contra aliquid firmius fieri, obstinare. Se. Ter. 35. Agè quæso ne tam offirma te Chreme: id est, obstina. Facere aliquid. Pl. 220.. Offirmasti occultare quo te immittas pestu me? Aduersum aliq. Pl. 249.. Quid agimus soror si offirmabit pater aduersum nos. 1. uol. orat. 92. Eas non modo nihil adiuuare arbitror, neque offirmare, quo meliores simus, sed ipsam deprauare naturam: id est, confirmare. Viam. Ter. 111. Certum est obfirmare uiam me, quam decreui persequi.

Offundere. Et in hoc uerbo ob, contra significat. & alicui, & in aliqua re aliquid offundimus. Noctem alicui. 1. uol. orat. 33.. Qui tanquàm si offusa Reipub. sempiterna nox esset, nam ruebant in tenebras, omniaq; miscebant. 2. uol. phil. 3. Quæ lucẽ eriperet, & quasi noctem quandam rebus offunderet: id est, tenebris inuolueret. Lumen rei alic. 1. uolum. phil. 99.. Vt enim obscuratur, & offunditur luce solis lumen lucernæ: id est, dissperditur. Caliginem. 1. uol. ph. 229. Sed, ut opinor, hic error, & hæc in doctorum animis offusa caligo est.

Oggannire. Gannire proprie canum est, unde oggãnio. Ad aures alicui. Terent. 146. Habet hæc ei, quod dum uiuat usq; ad aurem oggannìat.

Oggere

Oggerere oculos. Plaut. 274. Vnus eorum aliquis oculum amicæ usq; oggerit: id est, oculum amicæ oculis suis à se auerti non sinit: qui enim clam aliquid ab aliquo auferre uult, obtutum in eius oculos intendit, qui idem ipse facere conatur, interim ipse sinistræ opera utitur.

Olere, est odorem ex se edere, & olet aliquid simpliciter, & olet etiam odorem. Vt Vnguentum. Terent. 78. Obsonat, potat, olet unguenta de meo. Stabulum. Plautus. 202. Quæ tibi olent stabulum. Ita Furtum. Plaut. 132. Quid igitur, quid olet? responde. Pe. furtum, scortum, prandium. Scortum. uide furtum. Prandium. uide furtum. Argentum. Plaut. 118. Vt speculum tenuisti, metuo ne oleant argentum manus. Peregrinum. in ora. 146. Quare cum sit quædam certa uox Romani generis, urbisq; propria, in qua nihil offendi, nihil displicere, nihil animaduerti possit, nihil sonare, aut olere peregrinum, hanc sequamur. Malitiam. 1. uo. orat. 48. Non ne ipsum caput, & supercilia illa penitus abrasa olere malitiam, & clamare calliditatem uidentur? De suo. Ter. 78. uide sup. unguentũ. Hominem. Plau. 5. Olet homo quidem malo suo: id est, odorẽ hominis sentio: intransitiue nunc. ita stabulum olet, ita unguentũ. nam suprà transitiue posita sunt.

Olfacere, est modò odorare, modò olentem facere. Aliquid. 2. uolum. ora. 63. Quem non architecti huiusce legis olfecerint: id est, odorarint. Aliquid re aliqua. de re rust. 46. Si ad matris mammam nõ accedit, admouere oportet, & labia agni ungere butyro, aut adipe suillo, & olfacere labra lacte. est autem lacte agni labia spargere.

Omittere, est penitus dimittere. Aliquem. Ter. 125. Nunc omitte quæso hũc: id est, dimitte, ignosce. Solicitudinem. Terent. 54. Proin tu solicitudinem istam falsam, quæ te excruciat, omittas: id est, dimittas, obliuiscaris. Tristitiam. Terent. 82. Omitte uero tristitiam tuam. Recordari. 3. uolum. ora. 3.

Nam

Nam ut omittatis de uniuscuiusq; casu cogitando recordari, uno aspectu intueri potestis eos. Animam. Terent.172.. Vbi te uidi animo esse omisso: id est, nihil attendere. In hoc uero uerbo crebri sunt scriptores per occupationem cum hac particula. ut in famul.29.. Ille autem,ut omittam nobilitatem, hoc ipso uincit uiros nobiles. Terent.110.. Nam,alias ut omittam miserias.

Onerare,est onus imponere: sed perornate etiam transfertur, & re aliq. oneramus. Terent.142. Sed ego nunc mihi cesso, qui non humerum huic onero pallio. est in humerum pallium conijcere,ut expeditior sit. Contumelijs aliq.in fam. 61.. Hominis importunissimi contumeliæ, quibus crebris concionibus me onerat, tuis erga me officijs leniuntur. Iniurijs aliq.Teren.19.. Nam si cogites,remittas iam me onerare iniurijs. Inuidia aliq.Ascon.16.Egisse quoq; dicebantur,ne se de hac re consuetudo inuidia oneraret. Mendacijs aliq.in fam. 41.. Te autem quibus mendacijs homines leuissimi onerarunt: id est,multa in te mentiendo. Præceptis aliq.Plaut.157.Salua sis,sed dic mihi,ecquid hic te onerauit præceptis? id est, uti te probe instruxit? Gulam aliqua re. Plautus. 256.. Nunquàm ædepol uiuum quisquam in crastinum prospiciet diem, nam intus mihi iam potione uincea onerabo gulam: neq; hoc committam,ut hominem mortuum me dicant fame. sibi suspendium minitatur. Zamiam aliq.Pl.35.Vbi manum iniecit benigne,ibi onerat aliquam Zamiam:id est,parat.

Operari,est deos religiose,& cum summa ueneratione sacrificijs litare, inquit Nonius, illud Virgilij cum multis ex uetustioribus adducens, Lætis operatus in herbis. & rei operamur. de re rusti. Si rebus uenereis fuerit operatus, uel uir,uel fœmina.

Operire, est contegere. Loris aliq. Terent. 80. Atque ibi usq; ad necem operiere loris. est ad necem uapulare. Contume

tumelijs aliq.1. uolu.orat.226. Non uim,non contumelias, quibus operti,oppressiq; erant,conquerebantur: id est,quibus erant maxime affecti.

Opperiri, est modò expectare, modò reperire. Ter. Hic ego interea uirũ opperibor: id est,expectabo. Att.69.. Cum ex Epiro redieris,de Rep.scribas ad me uelim,si quid erit, quod opperiare:id est,offendas,reperias.

Oportere. Cic.uerbis utar in hoc uerbo exponendo. Is igitur, inquit,in oratorijs libris.203.. Oportere enim perfectionem declarat officij, quo & semper utendum est, & omnibus. Item Att.58. Ego uero, qui, si loquor de Repub. quod oportet, insanus,si quod opus est, seruus existimor, si taceo oppressus & captus: id est, quod ad personam meam attinet, si loquar, si officium sequar uidebor insanire, ut appareat ex Cic. uerbis in uerbo officij necessitatem inesse, & quoniam tenemur officium sequi, ideo pro debere passim usurpatur. in famul.2. Qui omnino reduci negat oportere. Item secundo uolumine orationum.260. Nec si à populo præteritus est, quem non oportuit. Item in orato.lib.260.. Quare cum te Aedilem fieri oportuisse dicis,&c. In hoc illud etiam seruatur,ut præterito passiui participio loco infinitiui,quàm ipsi infinitiuo magis adiungamus,ut magis factum oportuit,quàm feciſſe,& dictum non oportuit, quàm non dixisse: uel unà simul ambobus. ut.1. uolumi. oratio. 98. Verum hoc quod iam pridem factum esse oportuit.

Oppetere, est occumbere, mori, ait No. additur tamen mortem. Mortem. de offic.12.Pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere,si ei sit profuturus? id est, in mortem ipsam incurrere. Item.3.uol.orat.245.. Mors autem necessitatem habeat fati,aut si ante oppetenda est,oppetatur cum gloria. Pestem.1.uo.ph.183.Priusquàm oppeto malã pestẽ mãdatam hostili manu.Pl.19.. Atq; illa uiua, uiuus ut pestẽ oppetas: id est, incidas

incidas. Ita No. hunc locum citans.

Oppignerare, est pignori aliquid dare. Libellos. 3. uo. or. 24.. Libelli etiam pro uino sæpe oppignerabantur.

Oppingere. Pangere est, inquit Sex. figere: unde plantæ pangi dicuntur, cum in terram demittuntur. inde etiam uersus pangi, uel figi in cæra dicuntur, & per translationem sauium. Pl. 59. Qui uult cubare, pangit saltem sauium. Item. 59. Vbi sauiũ oppegit, fugit: id est, exhibuit.

Opponere, est contra ponere, sed modo planè aduersatur oppositio, modo est loco alterius rei. Terrorem. 3. uolu. orat. 14.. Nec armati exercitus terrorem opponet togatis, neq; erit iusta causa, ad portas sedenti imperatori, quare terrorem suum iactari, opponiq; patiatur: id est, obijci. Præsidia ali. 3. uolu. orat. 101.. Quæ si opposita Miloni putarem: id est, contra Milonem comparata esse præsidia. Formidines. 1. uolum. ora. 8. Minæ iactentur, pericula intendantur, formidines opponantur: id est, obijciantur, terrores incutiantur. Vrbem urbi. 2. uolum. oratio. 64. Capuam deduci colonos uolunt, illam urbem huic urbi rursus opponere, illuc suas opes deferre, ut bellum rursum aduersus hanc urbem gerat. Pignori. Plaut. 182. Vix hercle opinor, si me opponam pignori. Agrum. Teren. 137. Ager oppositus est pignori ob decem minas, inquit. & sine pignore, eadem interdum est uerbi significatio, ut Cato. 9. Furni uillula nostra non ad austri flatus opposita est, nec fauonij, nec sæui boreæ, aut apeliotæ, uerum ad millia quindecim, & ducenta. O uentum horribilem, atque pestilentem: oppigneratam uillulam suam in uerbo iocans significat Catullus.

Opprimere. Ea uerbi uis est, ut quod semel oppressum sit, renouari non possit, autore No. Aliquem. Att. 211.. Etenim cohæredes aquis sinere opprimi, malitia est: arbitror significari tempus angustum ad defendendum dari, quod per aquas guttatim

guttatim fluentes metiebantur. Rempub. 3. uol. orat. 242. Si (quod dij omen auerterent) remp. oppressisset Antonius. Orationem. 1. uol. phil. 71. Quæ iam oratio non à philosopho aliquo, sed à censore opprimenda est. Somnum aliq. Ter. 37.. Interea somnus uirginem opprimit, ego limus specto. Pestem. 3. uol. or. 229. Ad has pestes opprimendas quid est, cur molestè feramus, quod M. Bruti accessit exercitus? Querelas. Attico. 295. Quanquàm has querelas hominum nostrorum illo consilio oppressimus: id est, eos tacere coëgimus. Aras aliquare. 3. uol. or. 118. Vos Albanorũ obrutæ aræ sacrorũ Pop. Ro. sociæ, & æquales, quas ille præceps amentia, cæsis prostratisq; sanctissimis lucis substructionum insanis molibus oppresserat. Classem. 2. uol. or. 10.. Cum propè inspectantibus uobis classis ea, cui Consul Pop. Rom. præpositus esset, à prædonibus capta, & oppressa est. Mentem. 3. uol. orat. 88.. Quæ est igitur pœna? quod supplicium? id mea sententia, quod accidere nemini potest, nisi nocenti, suscepta fraus, impedita, ac oppressa mens conscientia, bonorum omnium odium, nota iusti senatus, amissio dignitatis. Imprudentem. Terent. 5.. Ne de hac re pater imprudentem opprimat. Articulo temporis. Terent. 81. Vt in ipso articulo oppressit.

Oppugnare, est ui omni contendere, ut aliquid expugnemus. Vrbem. de offic. 127. Ad quam tu oppugnandam nunc uenis penè miles. Remp. 3. uol. or. 14.. Quisquam improbus consilio & auxilio bonorum se oppugnare rempub. dicet. Aliq. in fa. 2. Hammonius regis legatus aperte pecunia nos oppugnat. 1. uo. or. 170.. in fa. 15. Quem proxime superioribus diebus acerrime oppugnassem. Item. 62. Quæso ut tuos mecum seruies potius, quàm propter arrogantem crudelitatem tuorum me oppugnes. Caput ali. 1. uolum. orat. 7. Credamus hoc, Sext. Næuium, cuius caput oppugnet, eius auribus pepercisse. Commodum alic. in orat. libr. 42. Vt non oppugnare commoda

patriæ. Existimationem ali. in fam. 41. Quid est, quod minus cadere in eiusmodi naturam possit, quàm aut florentissimi hominis aspernari beneuolentiam, aut eius existimationem oppugnare in prouincia, cuius laudem domi defenderis? Petitionem ali. in fa. 14.. Cum quidem ego eius petitionem grauissimis in senatu sententijs oppugnassem.

Optare, est desiderare, eligere. & aliquid, & de aliquo optamus. Plaut. Hoc si effeceris, quoduis præmium à me optato, id optatum feres. 1. uol. or. 23.. Vt optet, utrum malit. De re. de off. 7. Quod interitu Hippolyti iratus optauit.

Orare. Notum est quid significet. oramus uero aliquem, & cum aliquo aliquid, & de re aliqua. Aliquid. Plaut. 244.. Placet: ius oras merum, meo quidem animo. Noctem. Ter. 58.. Nam misere quendam offendi ibi militem, eius noctem oratem. Causam. 1. uolum. orat. 7.. Apud iudicem priore loco causam dicat? & eam cum orarit, tum denique uocem accusatoris audiat: id est, perorarit. Item in orat. libr. 68.. Quo neminem unquam melius ullam orauisse capitis causam, cum se ipse defenderet. Terent. 128.. Seruum hominem causam orare leges non sinunt. Cum aliquo de re aliqua. Cæs. 126. Facta potestate ex oppido mittitur, neque ab eo prius Domitiani milites discedunt, quàm in conspectum Cæsaris deducantur, cum eo de salute sua orat, atque obsecrat, sibi ut parcat. Plaut. 28. Hanc cui daturus, hanc iube petere, atque orare mecum: id est, me orare. Item. 28.. Nunc istanc tantisper iube petere, atque orare mecum: id est, me.

Orbare. Orbantur illi, qui re aliqua carissima priuantur, liberis in primis. sed ad multa alia transfertur pereleganter. & dicimus orbare aliq. re aliqua, & aliquid alicuius exorbare. Patriam claris uiris. in familiar. 54.. Nec eam multis claris uiris orbatam, priuare etiam aspectu tuo. Item Rempub. fortibus ciuibus. 3. uolum. oratio. 11. Aut uictor, multis eo fortibus ciuibus rempub.

Rempub. orbaret. Italiam. 3. uolum. orat. 92. Cum exhauriebas ærarium, cum orbabas Italiam iuuentute. Ducibus senatum. 2. uolum. orat. 211. Quare cum uiderem senatum ducibus orbatum. Concionem optimatibus. 2. uolum. oration. 157.. Vsque eò orba fuit ab optimatibus illa concio, ut princeps principum esset Mæandrius. Auxilio aliqu. 2. uol. orat. 144. Petunt enim rationes illius, ut orbetur auxilio respub. Gerendis negotijs. 1. uol. phil. 138. Si gerendis negotijs orbatus possit paratiß. uesci uoluptatibus. Spe salutis aliqu. in famul. 83. Nec his quidem uerbis, quibus te consoler, ut afflictum, & iam omni spe salutis orbatum, sed ut eum, de cuius, &c. Decore laude aliq. 1. uol. phil. 194. Cum decore, atque omni me orbatum laude recordor. Luce, uita aliq. 1. uolum. philos. 196. Tu te Thyestа damnabis, orbabisq; luce propter uim sceleris alieni? Animo. 1. uol. philos. 9. Ipsumq; animal orbant animo: id est, ei animum eripiunt. Rebus. de offic. 115.. Et si plane illis orbatus essem: id est, priuatus. Item in famul. 77. Itaque orbus rebus ijs omnibus, quibus & natura me, & uoluntas, & consuetudo assuefecerat, cum cæteris, ut uideor, tum mihi ipsi displiceo. Animam alicuius. Plaut. 109.. Iam illorum, ego animam amborum exorbabo oppido.

Ordinare, est rem in ordinẽ cõponere. Remp. Inscriptio est orationis ad Cæs. de ordinanda rep. Sall. 85. Forum. Ascon. 67. Nam ædili, atque prætori Hortensio, & item Metellis raptа ex prouincijs signa ad ordinandum forum, ac comitium commodauerat. Nunc est exornare. Consilia, facta. de officijs. 4. Multo etiam magis pulchritudinem, constantiam, ordinem, in consilijs conseruanda putat.

Oriri, est nasci. & aliquid oriri, & ab aliquo alicui dicitur. Regem Lydiæ. de offic. 59.. Sic repente annuli beneficio rex ortus est Lydiæ: id est, factus. Iram. Ter. 108. Vnde ortũ est initiũ iræ. Scelus. 3. uo. or. 259. Nequid posthea sceleris oriretur.

Aegritudinem *ab aliquo alic. Terent.105. At uide quàm immerito ægritudo hæc oritur mihi abs te Sostrata.* Peccatũ. *Terentius.90. Quod peccatum à nobis ortum est, corrigo. Ita* Ex aliquo. *de offic. 4. Id quatuor partium oritur ex aliqua. Item Terent.47.* A se aliq. *3.uolum.orat.208.. Quid enim non debeo uobis Quirites? quem uos à se ortum, nobilissimis hominibus honoribus prætulistis? id est, cuius maiores obscuri fuerunt.*

Ornare, *& rei apparatum, ac ornamentum continet.* Sibi *aliq. Terent.58. Sine auro tum ornatam, ita uti, quæ ornatur sibi.* In peregrinum *modum. Plaut.219.. Tuam gnatam tamen ornatam adduce lepide in peregrinum modum.* Aliquẽ. *Ter.33. Age eamus intro: nunc iam orna me. ad uestitum hucusque pertinet.* Aliq. *ex suis uirtutibus. Ter.79.. Si possiderem, ornatus esses ex tuis uirtutibus: id est, uti dignus es. & nunc de malo est. in fam.98.. Si uis tu, ad me alium mitte quem ornem: nunc dignitatem significat, & honores.* Munus *uerbis. Ter.29. Munus nostrũ ornato uerbis quoad poteris: id est, laudato.* Fugam. *Ter.39.. Ita iam ornabat fugam: id est, parabat. Do. tamen legit adornabat, & eandem figuram esse dicit, quæ est supra, adornant, ut lauent.* Penum. *Pl.56.. Dicam ut sibi penum aliud ornet: id est, paret, instruat.* Exercitum *auxilijs. in fam.23. Ad Amanum exercitum adduxi satis probe ornatum auxilijs, & quadam autoritate apud eos, qui &c. id est, satis magnis auxilijs præditum.*

Ostendere, *est demonstrare: quia ore tenso, id significare plerunq; solemus. nam ostendere nihil aliud est, quàm ostendere os tendere.* Os suum. *1.uol.or.76.. Tam nefarijs criminibus, tam multis testibus euictus ora iudicum aspicere, aut os suum Pop. Rom. ostendere auderet.* Spem. *Att.177. Cum præsertim ne spes quidem ulla ostendatur. 1.uolu.orat.85.. Potest ne tibi ulla spes salutis commoda ostendi?* Potestatem. *Ter.48.. Nam in me*

in me planè Dij potestatem suam omnem ostendêre.

Ostentare, *est sæpe ostendere. idq; plerunq; gloriandi causa. ut* Memoriam. *ad Heren.15. Vel memoriæ ostentandæ causa.* Se. *in fam.4.. Quid enim aut me ostentem, qui si uitam pro tua dignitate profundam, nullam partem uidear tuorum meritorum assecutus.* Delationem, & Periculum *capitis. 2.uolum.or.22.. Vt Aurium illum, qui sibi delationem nominis, & capitis periculum ostentarat, & alterum Aurium, &c. id est, palàm minitatus fuerat.* Spem *alicui. 2.uol.or.22. Mulier amissis liberis, cum unius filij recuperandi spes esset ostentata, omnes suos propinquos, filijq; sui necessarios cõuocauit: id est, demonstrata. in fam.128.. Quid enim ille facturus incertum est, & simul ostentaui me istis esse familiarem, & consilijs eorum interfuisse.* Iugula. *Att.11. Vt aperte iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint: id est, obtulerint.*

P

PAcari, *est ad otium traduci.* Solum. *1.uolum.orat.105.. In Mamertinorum solo effœderato, atque pacato monumentum istius crudelitatis constitutum est.* Galliam. *Cæs. Omni pacata Gallia exercitus noster ad eos duceretur &c.*

Pacisci, *est pactum facere, ad conditionem uenire: remq; tantum pactam dicerem, non autem cui pacta est, ut quidam uolunt: ut homo scilicet etiam pactus sit, cui aliquid promissum sit. significatio uero communis esse uidetur. & aliquid alicui, & ad aliquid, & cum aliquo paciscimur.* Fœdus. *3.uolum. oration.10. Eo pacto iam fœdere prouinciarum.* Inducias. *de offic.7.. Qui cum triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ, noctu populabatur agros.* Societatem. *Ascon.70.. Ab eodem Rege ad Sertorium missi erant de paciscenda societate belli aduersus Rom.* Ad conditionem *alicuius. 1.uol.*

orat.160.. Neque ante dimissum, quàm ad conditiones eius depactus est. Filiam alicui. Att.81. Cuius filio pacta est Arthabasdis filia. Aliquid cum aliquo.1.uolum.orat.36.. Hisce insidiose spem falsam ostendere, cum illo cõtra hos inire consilia, horum consilia illi enuntiare, cum illo partem suam depacisci, hisce aliqua fretum ora semper omnis aditus ad Scyllam intercludere: id est, conuenire de parte sua, statuere quanta pars sua futura esset, qua esset contentus. Mortem. Ter.125.. Iam depacisci mortem cupio, tu conijcito cætera: id est, mori mallem, quàm ita uiuere.

Palpitare, est frequenter, & leniter moueri. Cor.2.uolum. philos.30.. Cum cor animalis alicuius euulsum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem, non timerem. Ita Arteriam dicerem, quando, & cor, & arteria micare dicuntur.

Pandere, est aperire, patefacere. Vela.1.uol.ph.211. Quærebam igitur, utrum panderem uela orationis statim &c.

Pangere, est figere. unde plantæ pangi dicuntur, cum in terra demittuntur, inde etiam uersus pangi, uel figi in cæra dicuntur, inquit Sext. Sauium. Plaut.59. Qui uolt cubare, pangit saltem sauium. in fam.263.. An pangis aliquid Sophocleum? id est, scribis?

Parare, est acquirere, comparare. Amicos sibi. Terent.28. Cupio aliquos parare amicos beneficio meo. Diuitias. Ter. 18.. Quæ se inhoneste optauit parare hic diuitias potius, quàm in patria honeste pauper uiuere. coss. Att.25.. Quid Arrius narret, quo animo se destitutum ferat, & qui coss. parentur. Legem. Sall.19.. Tunc lex Portia, aliæq; leges paratæ sunt. Piscatum. Pl.115.. Ego ire in Petræum uolo, in uesperam parare piscatum mihi. Fugam, Furtum. Ter.126.. Quam hic fugam, aut furtum parat? id est, præparat. Psaltriam. Ter.87. Ille bonus uir nobis psaltriam (si Dijs placet) parauit, qui cum

qui cum uiuat, illam deserat: id est, adinuenit.

Parcere. No. Marcellus de hoc uerbo cum agit: dicit, parcere est ueniam dare. item parcere est seruare, tu uero una uoce si utranque significationem comprehendere uoles, id dices esse, quod abstinere. nam parcere labori nihil est aliud, quàm à laborando abstinere. ita sumptui, nihil aliud, quàm à sumptu abstinere. à lachrymis nihil aliud, quàm à lachrymando abstinere. Sunt tamen in quibus resolutio à contrarijs sumenda est, ut parcere ualetudini: id est, abstinere ab ijs, quæ nos in inualetudinem conijciant. parcere errori: id est, abstinere ab erroris ultione: ita & in cæteris. Alicui. 3.uolum.orat.243. Quod si de Antonio non laboratis, mihi certe P. C. consulere debetis, parcite oculis saltem meis, & aliquam ueniam iusto dolori date: id est, abstinete hunc dolorem oculis meis afferre, quos scitis Antonium ferre non posse. Sibi. Terent.53.. Aliquantulum tibi parce: id est, ab eo, quod tibi noceat abstine. Valetudini. in famil.181. Quem cum obiurgarem, quod parum ualetudini parceret, tum ille &c. Vitæ suæ. Terent.106.. Heu me infelicem. hancine ego uitam parsi perdere: id est, à morte retinui. Labori. Plaut.181. Duorum labori ego hominem parsissem lubens: id est, uitassem, fugissem. Operæ. in familiar.215. Sed tamen non parcam operæ: id est, non cessabo idem agere. Modestiæ. Sallust.5.. Postremo neque sumptui, neque modestiæ suæ parcere: id est, nullum finem facere, aut sumptui, aut immodestiæ.

Parentare, erat pro mortuis facere: sed maxime ex hostili anima.2.uol.orat.164. Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego.2.uol.ph.181. Hostia autem maxima parentare, pietatis esse adiunctum putabant. Cæs.82. Quam non ciuibus Rom. qui Genabi perfidia Gallorum interijssent, parentarent.

Parere, proprie est edere quod conceperit mulier. Parturire magis dolores, qui partus præcedunt, significat: sed

utrunque ad multa transfertur: & aliquid ex aliquo parere dicimus. Ex aliquo. Terent. 12. Credon' tibi hoc, nunc peperisse hanc è Pamphilo? Ciconiam, Hirundines. de re rust. 45. Neque enim hirundines, & ciconiæ, quæ in Italia pariunt. Mures. de re rust. 48.. Sed etiam, ut in eius corpore sorex exesa carne nidum fecisset, & peperisset mures. Palmas cariotas. de re rust. 45. Non scitis palmas & cariotas in Syria parere, inuectas in Italiam non posse? ut, & de arboribus parere etiam dicatur. Vrbes. 1. uol. phil. 228.. Tu urbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem uitæ conuocasti. Otium alicui. de off. 33. Propterea & otio fruor, non illo quidem, quo debeat uti is, qui quondam peperisset otium ciuitati. Statum bonum. Att. 298.. Nihil amplius desiderarem hoc statu, qui mihi iam partus est. Amicitias. 1. uol. or. 129.. Præsertim cum hæc eadem res plurimas gratias, firmissimas amicitias, maxima studia pariat. Gloriam. Att. 298.. Simul illud cogita, nos non de reliqua & sperata gloria, sed de parta dimicare. Victoriam. 3. uolu. orat. 258.. Sic id, quod & omnes maxime optamus, & ex ea uictoria, quæ parta est, consecutum arbitrantur. Odium. Terent. 2.. Obsequium amicos, ueritas odium parit. Exitum, Salutem. Cæs. 180. Reliqua per horum corpora salutem sibi, atq; exitum pariebant: id est, quærebant. Beneficium sibi. Ter. 44.. Vt solidum parerem hoc mihi beneficiũ. legitur tamen in correcto Codice pararem. Verba. 1. uol. ph. 90.. Idq; cum Græcis, tum magis nobis, quibus etiam uerba parienda sunt, imponendaq; noua nouis rebus nomina. Et aliqua re aliq. in famul. 57.. Sed illa etiam, quæ ingenio, studioq; peperisti: id est, adeptus es.

Parere, est obedire. in orat. lib. 42. Et alijs parere sua uoluntate consueuerunt. Necessitati. de off. 25. Ipsiq; necessitati dant operam, ut quàm occultissime pareant.

Participare, est partem tribuere, communicare. & aliquem simpliciter

simpliciter, & alicuius rei aliquem participamus. Pl. 83.. Paternum seruum sui participat consilij. Item. 2. uol. phil. 162.. Sequitur igitur ad participandum alium alio, communicandumq; inter omnes iustos natura esse factos. Plaut. 249. Cum ipsi interea uiuant, ualeant, ubi sint, quid agant, neq; participant nos, neque redeunt.

Partire. Vide quàm pulchre uariet cum in simplici, tum in composito huiusce uerbi, & uox, & natura. nam & partire neutrum, & partiri deponens recte dicimus. impertio uero fit actiuum, & ex eo impertiri passiuum. dicimus uero & aliquid cum aliquo, & inter aliquos partire, & partiri. Cum aliquo. in orat. lib. 181.. Qui cum partiretur tecum causas. Inter aliquos. Plaut. 17. Vos inter uos partite, ego abeo, mihi negotium est. Sall. Prouincias inter se partiuerant.

Parturire, est cupere parere. ut esurire, cupere edere. quam formam uerborum Lau. Vall. desideratiuam appellat. Periculum. 2. uol. orat. 144. Ego rogatus uobis, bonisq; omnibus adiutoribus, hoc quod conceptum Respub. periculum parturit, consilio discutiam, & comprimam. Item: Vtinam aliquando dolor Pop. Rom. pariat, quod iam diu parturit.

Pascere. Ita per uerborum genera uerbum hoc se uariat significando, ut constructio uix comprehendi possit. Nam cũ & hoc tria genera recipiat, uniuscuiusq; etiam necesse est, ut cõstructionem sequatur, atq; eo plus, quod in actiua & passiua ita se in constructione conuertitur, ut quoquo modo proferas pro generis ratione, Latine cadat. nam & pascunt armenta herbas, & cõtra herbæ, & pastores armenta pascunt. Ita in passiua significatione. In deponentali uero simpliciter pascuntur armenta, uel etiam herbas, addas. Quod quidem uerbum, etsi corporis est proprium, magisq; brutorum, quàm hominum, transfertur tamen pereleganter. De re rust. 44. In qua regione quamq; potissimum pascas, & quando &c. Item. 44. Si inscriptum

pecus pauerint. Gregem. De re rust. 53. Quid dicam de pecore maiore? cum sciam multorum gregem cum pascere-tur, eoq; ueniisset lupus &c. Oculos. 3. uolum. orat. 232. Et in eius corpore lacerando, atque uexando cum animum sa-tiare non posset, oculos pauit suos. 1. uolum. oration. 249. Cum eius cruciatu, atque supplicio pascere oculos, animumq; exatu-rare uellent, potestas aspiciendi nemini facta est. Terent. 124. Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere.

Patefacere, est aperire. Aditum. in orat. lib. 93. Nunc quoniam uterq; uestrum patefecit earum rerum ipsarum adi-tum, quas quærimus. Fenestram. Terent. 61. Hui quantam fenestram ad nequitiam patefeceris? Se alicui. in famil. 87.. Itaq; posthumuleno, & Sextio, & sæpissime Attico nostro, & proxime Teudæ liberto tuo totum me patefeci. Aures alicui. de offic. 114. Ita fit, ut is assentatoribus patefaciat aures suas, qui ipse sibi assentetur, & si maxime ipse delectet.

Patere. Vt patefacere est aperire, ita patere est apertũ esse. Ali quando etiam per translationem amplitudinem rei significat. Fores alic. Plaut. 134.. Fores cui pateant magis, quàm domus tua. Aures ad aliquid. in familiar. 37. Iam non tantum mihi uidentur iniuriam facere ij, qui hæc disputant, quàm is, cuius aures ad hanc disputationem patent. Honores ali. 3. uolum. orat. 59.. His præmijs, & honoribus exclusos esse fidelissimos, & coniunctissimos socios, quæ pateant stipendiarijs, pateant hostibus, pateant seruis. Præmia. 3. uolum. oration. 59.. Vide honores. Voluntatem, Animum, Indu-stria. 2. uolum. oration. 172. Si uoluntas mea, si industria, si domus, si animus, si aures patent omnibus. Familiarita-tes late. 3. uolum. oration. 105.. Vide late. Licentiam. de offic. 111.. Qui existimant libidinum, peccatorumq; omnium patere in amicitia licentiam: id est, permittere amicitiæ ius, ut cum amicis etiam turpissime agatur. Late familiaritates. 3. uol. orat.

orat. 105.. Non enim mea gratia familiaritatibus continetur, quæ late patere non possunt, propterea quod consuetudines uictus non possunt esse cum multis. Item de offic. 54.. 1. uolum. philosop. 154.. In latitudinem. Cæs. 133. Præruptus locus erat utraq; ex parte directus, ac tantum in latitudinem patebat, ut tres instructæ cohortes eum locum explerent. Vitium. in familiar. 34.. Late enim patet hoc uitium.

Pati, est ferre, sustinere, tolerare. ut Frigus, Famem, & quædam alia. 1. uol. phil. 144. Non ne frigus, non famem, non montiuagos, atq; syluestres cursus, lustrationes patiuntur? Do lorem. 1. uol. phil. 59. Neq; perpessio dolorum. Iniuriam. Asc. 69.. Quorum alterã iniuriã passi est, alterũ &c. in fa. 63.. Apud me plus officij residere facilime patior: id est, haud gra-uate fero. in quo frequẽtes sunt boni. Muliebria uiros. Sal. 5. Viri pati muliebria, mulieres pudicitiã in propatulo habere. honeste uirilẽ subagitationẽ expressit. Iudicio. 1. uol. orat. 11.. Non est istud pati, neq; defendere iudicio. Itẽ. 16.. Neq; eum si tribus appellauit, iccirco minus iudicio pati paratum fuisse. nisi mendum sit. nam patire, admodum nouum uidetur.

Patrare, aut de re difficili, aut mala est uerbum sæpius. signi-ficat autem perficere. Facinus. Plaut. Post tam fœdum facinus patratum. Sallust. 23. Si Romæ socij incepta patra-uissent. Plaut. 20.. Quin te quoq; ipsum faciam haud magna, si hoc patro.

Peccare, est errare. & aliquid in aliq. alicui, & de re aliqua peccamus. Syllabam. Plaut. 104. Tum librum legeres, si unam peccauisses syllabã, fieret corium tam maculosum, quam est nutricis pallium. Multa. 2. uol. oration. 138.. Non mul-ta peccas inquit ille fortissimo uiro senior magister. Quod ui-uam. in famul. 113.. in famul. 56.. Vt ipsum, quod manea in uita, peccare me existimẽ. de offic. 120. In patris uita uiolanda multa peccantur. In aliquam rem. Ter. 79.. Non innucrã, uerum in istam

in istam partem potius peccato tamen. 1. uol. orat. 27.. Tamen in eam partem potius peccant, quæ est cautior. Terent. 140.. Hau obsecro uide ne in cognatum pecces. **Plura.** Terent. 78.. Postremo aut desine, aut cedo quemuis arbitrum, te plura in hac re peccare ostendam. Attico. 46. Siquid in te peccaui, ac potius, quoniam peccaui, ignosce. **Alicui.** Terent. 78.. Siquid peccat Demea, mihi peccat. **In aliqua re.** Terent. 122.. De illo iam finem faciam dicendi mihi, peccandi cum ipse de se finem non facit.

Peierare, quid sit, plane Ci. de officijs. 73.. exponit. Non enim falsum iurare peierare est, sed quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut uerbis concipitur more nostro id non facere, periurium est. **Conceptis** uerbis. 2. uol. orat. 45.. Dixit se scire illum uerbis conceptis perierasse. siquis contradicere uellet, usurum esse eum suo testimonio. Pl. 111.. Ego iusiurandum uerbis conceptis dedi, daturum me hodie mulieri ante uesperum, prius quàm à me abiret. nunc ne periurem pater cura, atque abduc me hinc ab hac quantum potes.

Pellere, est abigere, amouere, pultare. ut **Fores.** Terent. 91.. Tu ne has pepulisti fores? Item. 94.. **Pudicitiam.** Pl. 95.. Planè hic est, qui mihi in Epidauro primus pudicitiam pepulit: id est, quasi qui pellicem fecit. **Fores.** Ter. 91.. Tu ne has pepulisti fores? Item. 94.. Quis nam à me pepulit tam grauiter fores? nũc est pulsare. **Aliquid.** de off. 60. Species enim utilitatis animum pepulit eius, cui &c. id est, impulit. **Vim frigoris.** de off. 35. Quibus & frigorũ uis pelleretur &c. **Mœstitiam** aliq. 1. uol. phil. 58. Quæ mœstitiam pellat ex animis.

Pellícere, est blanditijs aliquid obtinere. **Aliquid** ad sese. 2. uol. orat. 161. Huius socrum mulierem imbecilli consilij satis locupletem pellexit Decianus ad sese. Ter. 123.. Is senem per epistolam pellexit.

Pendere. Proprie auium esse uidetur, quæ quasi pennis se sustinent

sustinent. Inde transfertur ad eos, qui non seipsis nituntur, sed alia quapiam re se sustentant. unde ab aliquo pendere, est ab eo sperare. & aliq. aliqua re, uel ex aliqua re pendere dicimus. Verum cum hac dictione animi, excruciari significat. cum uero animus pendet, magis dubitare significare uidetur. **Animi.** 1. uol. philosop. 216.. Cui miseriæ proximus est is, qui appropinquans aliquod malum metuit, exanimatusq; pendet animi. Att. 177.. Eo magis quod ostẽdis te pendere animi. Plaut. 166.. Ego animi pendeo. Ter. 67. Et Clitipho cum spe pendebit animi: id est, cruciabitur. **Animum** alic. Terent. 81. Animus tibi pendet. **Ab aliquo** aliq. in famil. 94. In columitati tuæ, tuorumq;, qui ex te pendent, consulas: id est, qui à te omnia expectant. **Promissis.** Att. 323.. Promissisq; ijs, quæ ostendit, non ualde pendeo. **Ex aliquo.** in famil. 160.. Comitia tamen, quando ex his pendes, quantũ facere possumus, quod &c. **Ex errore.** de offic. 13.. Etenim qui ex errore multitudinis pendet. **Cantilenam.** in famil. 177. Et totam istam cantilenam ex hoc pendere, ut quàm plurimum lucri faciãt: id est, hinc nasci. Pl. uero dixit per pedem aliquem pendere. 23. Nudus, uinctus centum pondo es, quando pendes per pedes.

Péndere, est proprie ad libram aliquid examinare. sed in trãsferendo maximam orationi uenustatem affert: quoniam uero æs maxime pendebatur in soluendo debitum. Vnde etiam pensio dicta est, pro soluere passim usi sunt. nec non etiam quia pœnæ dissolutio magna ex parte pecunia fiebat, ideo in usum receptũ est, ut diceretur pendere pœnas: id est, soluere. **Pecuniam.** 2. uol. oration. 86. Tamen omnes urbis pecunias ad nutum uestrum penderent: id est, darent. Att. 89. Pro qua si Curio legem protulerit HS centena pendat necesse est. Ita **Vectigal.** Att. 296.. Qui pendere ipsi uectigal sine publicano non potuerunt: id est, dissoluere. **Pœnas.** Plaut. 25.. Atque etiam pro istis maledictis pœnæ pendentur mihi hodie. Att. 75.

Maximas

Maximus pœnas pendo temeritatis meæ. Item Terent. 67. Syrus tergo mihi pœnas pendet. Re aliqua. 3. uolum. orat. 27. Omnes fere Reipub. aut præsenti morte, aut turpi exilio dependerunt. ut etiam sine pœnas pro puniri ponatur. Verbum. in orat. lib. 201.. Ibi res spectatur, non uerba pendunatur. Rem. 1. uolum. oration. 28.. Neque leui coniectura res penditur, neque testis incertus auditur. Causam. 1. uolum. oration. 1. Siquid hoc consilium ex opibus non ex ueritate causæ pendetur: id est, examinabitur. Aliquid ex aliqua re. in famil. 73.. Qui te non ex fortuna, sed ex uirtute tua pendimus: id est, existimamus. Nihil. Pl. 205.. Nos te nihil pendimus.

Penetrare, est penitus intrare, teste Sexto. quo transitiue Plautus etiam utitur. Quid quod & de loco etiã is ipsus. Plaut. usus est. ut in exemplis. Ad deos. 3. uolum. oration. 112.. Proxime ad deos accersit Clodius, propius quàm tum, cum ad ipsos penetrarat, cuius de morte tanquã de cerimonijs uiolatis quæritur. Sub terras. 1. uolum. oration. 225. Et subito non longe à Syracusis penetrasse sub terras. Pedem. Plaut. 135. Neque uxorem habui, neque habeo, neque huc unquam postquàm sum natus intra portam penetraui pedem. Item. 140.. Si ergo intra ædes huius unquam ubi habitat, penetraui pedem, omnium hominum exopto, ut fiam miserorum miserrimus: id est, ingressus sum. Se aliquo. Plaut. 273.. Eaq; intra pectus se penetrauit potio extemplo, & ipsus perit, & res, & fides. item, Quo illic homo fortasse penetrauit ædibus: id est, exiuit, inquit No.

Pensare, est quantũ quis mereat reddere. Aliquid aliqua re. Sall. 81. Nisi forte repentina ista frumentaria lege uestra pensantur munia. Labores aliqua re. in orat. lib. 144. Et summi labores nostri magna compensati gloria mitigantur.

Peragere, est perficere. Att. 272.. Tamen propositum nihilo secius peregit: id est, quod proposuerat, effecit.

Peragrare

Peragrare, est circuire, quasi per agros ambulare, & eorum proprium esse uidetur, qui aliquid diligẽter inquirunt, aut perlustrant. Villas. 3. uol. orat. 115.. Qui cum architectis, & decempedis uillas multorum, hortosq; peragrabat: id est, circuibat. Ita Nemora. 2. uolum. oration. 249. Hanc inquam accepimus agros, & nemora cum quodam strepitu fremitúq; peragrare. Ita Insulas. in orat. lib. 169. Nam ut semel è Peiræo cloquẽtia euecta est, omnes peragrauit insulas, atq; ita peregrinata tota Asia est. Ita Terras peragrari. 3. uolum. oration. 131.. Nec uero disiunctissimas citius cuiusquam passibus peragrari, quàm tuis non modo dicam cursibus, sed uictorijs illustratæ sunt: id est, percurri. Latebras suspicionum. 3. uolum. oration. 48. Possum omnes latebras suspicionum peragrare dicendo: id est, percurrere, recensere. Per animos aliq. in orat. lib. 104. Sed ita peragrat per animos hominum, ita sensus mentesq; pertractat, ut &c. Orbem terrarum. 1. uol. orat. 225. Orbem omnium peragrasse terrarum.

Percipere, modo est capere, modo intelligere, sentire, aliás aliud pro nominis natura, cui adiunctum erit, significabit. Fructum. 1. uol. philosop. 175. Pauca ipsa multum sæpe prosunt, & ferunt fructus, sed non tantos, quanti ex uniuersa philosophia percipi possint. Philosophiam. 1. uolum. philosop. 229. Etiam si minus percipere potuisset. supra est philosophia. Sensum ex aliqua re. 2. uol. oration. 166.. Qui uos, quoniã est id ætatis, ut sensum iam percipere possit ex mœrore patrio, auxilium nondum patri ferre possit, orat ne &c. id est, dolorem sentire qui iam possit. Usu aliq. 1. uolum. philosop. 91. Tamen quoniam usu percepta sunt, nostra ducamus: id est, in usum recepta sunt. Animo aliquid. in orat. lib. 95.. Siquis forte sit tardior posse percipere animo, & memoria custodire, non quæritur mobilitas linguæ. Ita Opinione. Cæsar. 79. At Cæsar biduum in his locis moratus, quod hæc

de Ver

de Vercingentorige usu uentura, opinione perceperat: id est, quod ita opinatus ante fuerat. Oculis. 1.uol. orat.214.. Sed ut ne multi illud ante perciperent oculis, quàm Pop. Rom. id est, uiderent. Membra horrorem. Plaut.18. Nam mihi horror membra misero percipit dictis tuis: id est, occupat.

Perculere. Sunt qui putant perculere tantum ad animũ pertinere, percutere ad corpus: non semper tamen seruatur. Animum. Ter.3.. Perculsit illico animum. Don. tamen legit percussit, & intelligit suspicio, aut quid tale percußit. Aliquid ab abiecto.3.uol.orat.112. Adde casus, adde incertos exitus pugnarum, Martemq; cõmunem, qui sæpe spoliantẽ iam, & exultantem euertit, & perculit ab abiecto: id est, à uicto permisit cũ uinci. & est nunc perculere funditus perdere, potentiamq; magis respicit, quàm corpus. Ciuitatem timore. Att. 274. Triduo uero, aut quatriduo ante hanc rem pulcherrimam timore quodam perculsa ciuitas tota ad te se cum coniugibus & liberis effundebat. nunc est perterrefieri. Aliquid. Att. 268.. Cæterosq; pari fortuna perculsos. maximam animi consternationem uis uerbi complectitur.

Percontari, est diligenter inquirere. ab ijs sumptum, qui uada in fluminibus contis exquirunt. & aliquid, & de re aliqua percontamur. quo passiuo usus est etiam Ci. Plaut. 10.. Qui istuc in mente est tibi ex me mi uir percontarier? De re. de offic. 126.. Deinde ego illum de suo regno, ille me de nostra Repub. percontatus est. in orat.lib.180. Illud Theophrasto accidisse, quod dicitur, cum percontaretur ex anicula quadam &c.

Percutere, est ferire, uel siquid auget per, grauiter ferire. Animam. Att. 39.. Audiui ex Ganio hoc Firmano Romæ esse hominem, & fuisse assiduum, percußit animum. Vbi statim uides & animũ percuti, nõ semper perculi. Itẽ.1.uol.ph. 234.. Quodcũq; nostros animos probabilitate percußit &c. Literis aliq. in fa.142.. Is cũ ad me Laodiceã ueniisset, mecumq; cumq; eum ego esse uellem, repente percussus est atrocißimis literis. Stratagemate aliq. Att.69. Habuimus in Cumano quasi pusillam Romam, tanta erat in his locis multitudo, cum interim Rufio noster quod se à Vestorio obseruari uidebatur, stratagemate alto percußit hominem. Ita Cogitatione inani aliq.3.uol.orat.117. Quid uultu extimuistis? quonam modo ille uos uiuus affecerat, qui mortuus inani cogitatione percussit. Securi aliq.1.uol.phil.53.. Quod uero filium securi percusserit. De cœlo aliq.2.uol.orat.115. Complures in Capitolio turres de cœlo esse percussas: id est, ictas.

Perdere, est amittere, affligere. Oculos. 2. uol. orat.252.. Aut quod oculos, ut opinio illius religionis est, non perdidisti: id est, erepti non sunt. Cohortes. 3.uol.orat.19. Neque equitatum in Syria, & cohortes optimas perdidissemus. Cautam. 1.uol.or.46.. Hic tu si amplius HS numo petisti, quàm tibi debitum est, causam perdidisti. Libertatem. 3.uo.orat. 18.. Cum Coß. prouinciarum pactione libertatem omnem perdidissent. Patriam, Parentes, Amicos, Seipsos. 1.uol. phil. 39. Multi parentes, multi amicos, nonnulli patriam, pleriq; autem seipsos penitus perdiderunt. Virtutem animi. 2.uol. orat.202.. Recuperata uero sua dignitate se non cõmissurum, ut cum ea, quæ amiserat, sibi restituta essent, uirtutem animi nõ haberet, quam nunquam perdidisset. Valetudinem. 1.uol. phil. 234. Perdita ualetudo, debilitas, cæcitas, interitus patriæ &c. Aliquem. Terent.14.. Vbi istic scelus est, qui me perdidit? Item: Dij te perdant: id est, malis omnibus cumulent, disperdant.

Perducere. Finem rei spectat uerbum, & absolutionem. ac tacita quædam difficultas in eo inesse uidetur. & aliquo, ad aliquid, & in aliquid perducimur. Ad tempus. in fam. 143.. Quæ si ad tempus tuum perducitur, facilis gubernatio est: id est, si ad tempus tuum peruenire poterit. Aliq. ad

HS So.1. uol.or.1. Expositis suis difficultatibus hominem ad HS LXXX. perducit, eamq; ei pecuniam numerat. Ad conditiones.1.uol.orat.4.. Quod si facere nolit, atq; inhibuerit eiusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere. Ad sententiam. Att.257. Veteranos, qui Caßilinis, & Calatiæ sunt, perduxit ad suam sententiam. Ad furorem.1.uol.phil. 220. Nam Aiacem quidem ira ad furorem, mortemq; perduxit. Et in sententiam. Cæs. 78. Hac coacta manu quoscunq; adit ex ciuitate in suam sententiam perducit: id est, persuadet, impellit.

Peregrinari, est per aliena loca peragrando proficisci. & aliquid, & aliquo loco. Aliqua regione aliq.in orat. lib.169. Nam ut semel è Peiræo eloquētia euecta est, omnes peragrauit insulas, atq; ita peregrinata tota Asia est, ut se externis oblineret moribus. Alicubi.1.uolum.phil.98.. Quæ quidem adhuc peregrinari Romæ uidebatur. Infinitatem.1.uol.ph.250. Et cum alij sæpe quod esset ante pedes non uiderent, ille infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate consisteret: id est, uidebat, mente percipiebat. Aures alic. 3. uol. orat.107.. Vestræ peregrinantur aures?

Perferre. Quando iampridem ad ea uentum est, quæ uerba composita sunt ab hac præpositione per, satis erit semel dixisse, ea omnia plerunq; rei perfectionem, & finem continere. nam sæpe uel pro suo simplici, uel etiam alio composito accipi, nemo negabit. Nuncium alic. Attic. 289.. Tamen existimaui à me quoque tibi huius molestiæ nuncium perferre oportere: id est, plane tibi significare. Famam. Cæ. 58.. Nondum ad eum fama de Titurij morte perlata: id est, allata. Sermonem ad aliq.in fa.182.. Nā & scripsisti aperte quid tibi uideretur, & Atticus ad me sermonem tuum pertulit: id est, plane exposuit. Literas. Att.168.. Vectieno uelim gratias, q; studiosius sit, si quē quam nactus fueris qui perferat: literas

teras des, ante quàm discedimus. Item in fam.20. Cum has ad te quàm primū literas perferri magnopere uellemus. Item.24.. Legem. Att.18. Pompeius uero ad uoluntatē perferēdæ legis incubuerat. Item.89. Pro qua si Curio legē pertulerit HS centena pendat necesse est, & ferre, & perferre legem eadem significatione dicitur, nisi fortasse in perferendo aliqua difficultas significetur, quæ non sit in ferendo. sunt etiam qui dicant, ferri legem, cum non semper accipitur, perferri cum accipitur. Ego uero nusquàm legi latam legē, nisi cū capta est. nam illud est proponere, non autem ferre.

Perfodere aliquid.3.uol.orat.31. Licet impune per me parietes in adolescentia perfoderis.

Perfricare caput.1.uol.orat.160.. Cum interea Apronius caput, atq; os suum perfricaret: id est, unctitaret. Os.1.uol.phil. 199. Quam tu idem cum os perfricuisti, soles dicere: id est, quando omnem pudorem abiecisti. prouerbialis est sententia in eos, quos nihil pudet, ut dicamus os perfricuit.

Perficere aliquid, Onus. in fam.86. Omne onus perficies, nisi forte, aut in miseria nimis stulte, aut in amicitia nimis impudenter tibi onus impono: id est, exequere.

Perfundere, est cōspergere. & aliqua re aliq. perfunditur.2. uol.phil.23.. Vt eos perfundas uoluptatibus. Iucunditate. 1.uol.phil.65. Et iucunditate quadam perfunditur. Iudicio aliq.1.uo.orat.31.. Interim mihi uideris Eruci duas res assequi uelle, nos iudicio perfundere, accusare autem eos ipsos &c. Horrorem aliq. Att.122.. Qui me horror perfudit.

Perfungi periculum.3.uol.orat.5. Sed recito memoriam perfuncti periculi &c.

Pergere, est ut semel quis inceperit, persequi, perseuerare. sed maxime ad iter iam institutum pertinet. Pl.197. Pergitin' pergere? ad pedes loquitur. Ire. 1.uol.phil.39. Itaq; confestim ad eum ire perreximus: id est, iter cōtinuauimus. nusquàm, nisi cū

eo, constitimus. 2. uol. phil. 86. Conclaue illud, ubi erat mansurus, si ire prexisset, proxima nocte corruit. Ex his duobus exemplis deprehenditur uerbi aperta significatio esse, scilicet pergere, pro peruenire, quo quis intẽdit. Huc. Ter. 29.. Sed quis hic est, qui huc pergit? Horsum. Ter. 111. At at eccum Phidippum, & patrem uideo, horsum pergunt. Rectà ad aliq. Ter. 124.. Postridie ad anum rectà pergit. Ad aliq. locum. Att. 31. Ego uero in montes patrios, & ad incunabula nostra pergam. Lædere. Ter. 25.. Habeo multa, quæ nunc condonabuntur, quæ proferentur post, si perget lædere, ita ut facere instituit. Dijudicare. Ter. 55. Pergin' istuc prius dijudicare, quàm scias quid ueri siet? id est, etiam affirmas ita esse. Reliquũ. Att. 60.. Perge reliqua, gestio scire ista omnia. Præterita. Att. 46.. Sed pergo præterita. corrigit se Ci. quasi minime necessaria perscribat. in fam. 151.. Perge igitur, ut agis, nomenq; tuum commenda immortalitati.

Periclitari, est periculum facere, experiri. Omnia. 1. uol. orat. 18. Omnia circumspexit Quintius, omnia periclitatus est C. Aquili. Salutem. 2. uol. orat. 99.. Non est sæpius in uno homine salus summa periclitanda Reip. ubi passiue more nonnullorum deponentium poni uides. Vita uero, capite, fama, fortunis aliquem periclitari dicit in Raudensem Lau. Vall. de qua dicendi figura, neq; ipse exemplum affert, neq; ego, quod apponam, habeo.

Laurent. Vall.

Perire. Perire, & interire plurimum differentiæ habent. perire enim leuior res est, & habet inuentionis speciem, & non omnium rerum finem. ut Plau. 53.. Qui per uirtutem peritat, non pol interit. Ita No. Mar. Nos addimus intransitiue semper usurpari uerbum, cum in sua significatione propria remanet. cum uero amare significat, tunc tantum transitiue. ut uero in utraq; significatione construatur exemplis ipsis planum fiet. Aliq. Terent. 29. Vtinam tam aliquid inuenire facile possis

facile possis Phædria, quàm hoc peribit munus. Pecuniam. 3. uol. orat. 196.. Tantam pecuniam Pop. Rom. tam breui tempore perire potuisse? Minas pro aliq. Ter. 93.. Nempe tua arte uiginti minæ pro psaltria periere: id est, amissæ sunt. Oleum, Operam. Att. 32.. Ne opera, & oleum philologiæ nostræ perierit, sed cõseramus tranquillo animo. Dotem alic. Ter. 84.. Tum præterea, quæ secunda ei dos erat, perijt. Schedam. Att. 20.. Vt scheda ne qua depereat: id est, amittatur. Socios. Att. 296.. Ac socios perire nõ sinas: id est, opprimi. Item Att. 226. Quid fieri tum potuit? iampridem periceramus: id est, uires, & penè uitam amiseramus. In perpetuum modum. Pl. 125.. Nunc pol ego peri planè in perpetuum modũ. E patria. Pl. 51.. Vtinam te dij prius perderẽt, quàm periisti è patria tua. Pl. 200.. Et ego nunc amore pereo, sine te uerberem. Ab animo, Ab re. Pl. 273.. Si iratum scortum forte est amatori suo, bis perijt amator, ab re, atq; ab animo simul. Aliquam mulierem. Plaut. 213. Ei duæ puellæ sunt meretrices seruolæ sorores, earum hic alteram efflictim perit: id est, deperit.

Permanare, est peruenire. Ad aliq. aliq. Terent. 82.. Quamprimum absoluito te, ne si magis irritatus siet, aliquâ ad patrem hoc permanet, atq; ego tunc perpetuo perierim. Ad animum aliquid. 1. uol. orat. 29. Magnam pœnitet religionem paternus, maternusq; sanguis, ex quo si qua macula concepta est, non modo latui non potest, uerum usq; eò permanat ad animum &c. Ita Inuenas aliquid. 1. uolum. phil. Nam cum est concupita pecunia, nec adhibita continuo ratio quasi quædam Socratica medicina, quæ sanaret eam cupiditatem, permanat in uenas: id est, penetrat, & inhæret in uiscera illud malum.

Permanere, est in quo quis semel constiterit, perseuerare. Morem. 2. uolum. phil. 183. Nam & Athenis iam ille mos à

Cecrope, ut aiunt, permansit: id est, duravit. In incepto. in fam. 70.. Cupio deterrere, ne permaneas in incepto. In sententia. 2. uol. orat. 139.. In sententia permaneo.

Permittere. Idem est sæpius cum committere, concedere. Potestatem ali. 2. uolum. orat. 73.. Magna potestas permittitur: id est, conceditur. Item. 78. Iam uideretis quibus hominibus omnium rerum & uendendarum & emendarum potestatem permitteretis. Item. 1. uolum. orat. 105. Qua potestate iste permissa, ut ex C. Fannio, & ex Q. Tadio cognouistis. Se alicui. Terent. 88.. Et me, & meum amorem, & famam permitto tibi: id est, committo. Rem suffragijs. Cæs. 95.. Suffragijs res permittitur: ad unum omnes Vercingentorigem probauit imperatorem.

Permutare, est aliud pro alio, uel ex eodem genere tantundem ab alio accipere. maximeq; ad id accommodari uidetur, quod uulgò dicimus, per lettere de cambio. Pecuniam. in fam. 29. Se autem curasse, ut cum quæstu populi pecunia permutaretur. 33.. Pridie Calen. sexti. puto me Laodiceæ fore, per paucos dies, dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur, commorabor.

Perorare, hoc proprium oratoris est uerbum, cum causam peregit: cuius etiam orationis postrema pars peroratio appellatur. Causam. 1. uol. orat. 236.. Causa prope perorata ipse arripuit M. Aquilium, constituitq; in conspectu &c. Item 3. uol. orat. 16. Qui cum esset in eadem causa perorata. Item 52.. Dicta est à me causa Iud. & porata. Ita Litem. de off. 60.. Tantum dabitur amicitiæ, ut uerear amici causam esse malit, ut perorandæ litis tempus, quoad per leges liceat, accommodet. Crimen. 1. uol. orat. 182. Venio nunc ad epistolam Timarchidis liberti istius & accensi, de qua cum dixero, totum hoc crimen decumanum perorabo. Att. 72.. Sed hæc tum laudemus, cum erunt perorata: id est, absoluta. Perorari. 1. uol. orat.

uol. or. 6. Queritur priore patrono causam defendente, nunquàm perorari potuisse.

Perpellere aliquẽ. Ter. 15.. Vsq; adeo donec perpulit: id est, impulit, persuasit.

Perpendere, est diligenter examinare. Aliquid re aliqua. de offic. 114. Quæ tota ueritate perpenditur: id est, existimatur. Ad præcepta. 2. uolum. orat. 142.. Hæc omnia ad rationem ciuitatis si dirigas, recta sunt: sin perpendere ad disciplinæ præcepta uelis, reperiantur prauissima: id est, exacte ponderare.

Perpetrare. Impetrare est exorare: perpetrare, perficere, autore Sex. Opus. Plaut. 197.. Postquàm opus meum, ut uolui omne perpetraui: id est, absolui.

Perpetuare, est perpetuũ facere. Pl. 184.. Non est iustus quisquã amator, nisi qui ppetuat data: id est perpetuo dat. Verba. in orat. lib. 159.. Tamen eum perpetuare uerba nolumus: id est, longiorem unius sententiæ uerborum seriem producere nolumus, quàm unus spiritus, isq; perfacilis, proferre possit. Sermonem. in or. lib. 129. De illo, quod in perpetuitate sermonis, & hoc quod in celeritate, atq; dicto est.

Perrumpere aliquid. de off. 59. Pœnam non dico legũ, quas sæpe perrũpunt. Aliq. Cæs. 82. Sic animo parati, ut si eam paludem Romani perrumpere conarentur, hæsitantes premerent ex loco superiore: id est, impetu facto paludem intrare.

Perscribere, præter uulgatissimam significationem, est in codice accepti, atque expensi aliquid notare. Ter. 144. Sed transi sodes ad forum, atq; illud mihi argentum, iube rursum rescribi Phormio. Ph. Quod ne ego perscribi porro illis quibus debui? id est, reddidi quibus debui, & iam mihi relatum est acceptum. Nomen. 1. uol. orat. 45. Ego ne hanc manum plenam perfidiæ, & hos digitos meos impellere potui, ut falsum perscriberem nomen. Item. 45. Aeque enim tabulæ condemnantur

cius,qui non uerũ retulit,& eius qui falsum perscribit. Autoritatem.in fam.3..De his rebus pridie, quàm hæc scripsi, senatus autoritas gratissima interceſſerat,cui cũ Cato,& Caninius interceſissent,tamen est perscripta.nunc rei plenissimam absolutionem significat,ut perferre legem.

Persequi, est quod semel inceperis pergere exequi. Imperium.Pl.9. Nõ soleo ego somniculose herilia imperia persequi:id est,exequi. Item.250. Certum'ne est neutram uestrarũ persequi imperiũ patris? P.Persequimur,nam quo dediſti nuptum,abire nolumus. Mandatum. Att.315. Tua mandata persequar diligẽter.Item Pl. 49.. Reliqua.3.uol.or.248.. Reliqua Pop.Rom.in ea familia,quam uidit amplissimã persequetur.Omnia.in fam.147. Sed breuiorem me duæ res faciunt,una quod publicis literis omnia sum persecutus, altera, &c.Maleficium.Sall.20. Nam cætera maleficia tum persequare,ubi facta sunt:id est,punies. Ita Pœnas. in fam.13. Qui cũ Trib.pl.pœnas à seditioso ciue per bonos uiros iudicio persequi uellet.Att.150..1.uol.or.154.Hæreditatem. Ter.19.Clamitent me sycophantã hæreditatem persequi. Ius suũ.1.uol.or.280.,Si aut mihi perscribat, quẽadmodum meum ius persequar.Itẽ Ter.19.Crede hoc,ego meũ ius persequar. Copiam.1.uol.phil.140. Quibus rebus expositis breuiter, nec enim sum copiã,quã potui,qa dubitatio in re nulla erat,persecutus.Vitam aliq.3.uol.or.242. Aut isto tuo,mihi credo, cõsilio erit utendũ,ut cedamus,abeamus,uitã inopẽ,& uagã psequamur:id est,exigamus.Aliqd aliquare.Cæs.48. Sese bello ciuitatẽ persecuturũ demonstrat.ut & persequi ablatiuo etiã interdum nõ careat,ut prosequor.de quibus Laur.Vall.

Perseuerare,est uti quid facerere incepisti, ita idipsum pgere agere sine ulla intermissione.Cursum.Cæs.223.. Hac re animaduersa.& multa infra,usq; eo defatigata ad insequendũ hostem,perseuerandũq; cursum tardiorẽ haberẽt.Aliquid.

1.uol.

1.uol.orat.14.Deinde cur ex tot creditoribus ad istam rationẽ, nemo accesserit,ut necessario cõsiteare,neq; eorum tam temerarium quenquã fuisse,neq; te ipsum,id quod turpissime suscepisses,perseuerare,& transigere potuisse.

Personare,proprie est sonitu plenũ esse. Domum cantu. 3.uol.orat.84.Cũ collegæ tui,domus cantu,& cymbalis personaret.Baias.3.uol.orat.47..Illæ uero nõ loquuntur solũ, uerum etiam personant, quasi uociferant. Aures alicui. in fam.92.Iam tamen personare aures tuas huiusmodi uocibus, non est inutile:id est,ut crebro hæc audiant.quam audiendi frequentem perceptionem etiam per callere expresit.

Perspicere,est plenam rei,de qua agitur,cognitionẽ habere. unde pspiciũ,quod est clarũ,notũ.Fidem ali.in fam.32.Et re uera cõfirmata amicitia,& perspecta fide cõmemoratio officiorũ superuacanea est.Ita Sententiam.in fam.27.Deinde sententiã meã tu facilime pspicere potuisti,iam ab illo tẽpore, cum in Cumanũ mihi obuiã uenisti. Animo aliq.Sall.140. Cuius acerbitatẽ si minus animo bene perspexisti,quæso,&c.

Perstringere.No.Mar.cum de hoc uerbo agit,inquit, perstringere dictum est,ualde stringere,affertq; exempla ex Plauto,Cicerone,& quibusdam alijs,ijsq; bonis autoribus,in quibus nisi sit de lingua Latina grauissimus autor,auderẽ dubitare quædam accersita esse,quæ magis uerbi præstringere sunt, quam perstringere.ea uero esse uidẽtur,quæ ad aciẽ,aut animi,aut oculorũ hebetandã pertinent:nã si præstigiæ,& præstigiatores sunt,qui iusum uerũ illa nobis arte conturbant, siue uerbũ ab ijs,siue hæc à uerbo ueniant,necesse est eandem scripturæ rationẽ ut seruent.nam à perstringo,ut præstrigiæ deriuentur,cũ sit præstringere in ppria significatione, nulla mihi ratione satis comprobari potest. à qua quidem mea sententia quosdã etiã alios ante me,eosq; apprime literatos uiros,haud abhorruisse sentio, quorum ego autoritate fretus, uel unius in

Budæus. primis Gu. Budæi, quæ quanta sit in bonis literis, iampridem nemo non nouit, hæc ascribere non dubitaui. exemplum uero scripturæ ut immutarem, conari nõ potui. quare alterum uerbum adeat, qui in altero quod quæratur, non offenderit. Aciem animi aliqua re. 1. uol. phil. 114.. Aciem animorum nostrorum uirtutis splendore perstringitis. 3. uolum. orat. 240.. Quod uidebam equidem, sed quasi per caliginem perstrinxerat aciem animi Bruti salus. Aciem ingenij. Att. 289. Videtur enim in eo esse bona indoles, sed flexibilis ætas, multiq; ad deprauandum parati, qui splendore falsi honoris obiecto, aciem boni ingenij perstringi posse confidunt. Ita oculorum. Plaut. 145.. Curate, ut splẽdor meo sit clypeo clarior, quàm solis radij esse olim, cum sudum est, solẽt: ut ubi usus ueniat cõtra cõserta manu oculorum perstringat aciẽ in acie hostibus. Oculos. 3. uol. orat. 34. cuius dignitas & splendor perstringebat credo oculos Vatinij. in or. lib. 195.. Consulatus q; meus, qui illũ primo leuiter perstrinxerat, idẽ nos rerũ mearũ gestarũ, quas ille admirabatur, laude cõiunxerat: id est, qui aliquãtum eũ cõmouerat. Agrum aratro. 2. uol. orat. 79.. Quod solũ tam exile, & uacuum, quod aratro perstringi nõ possit. Rem aliquã. 1. uo. or. 225. Ignoscite, rei magnitudo me breuiter perstringere atrocitatẽ criminis non sinit: id est, ut paucis uos expediã. Item. 1. uol. orat. 33.. Sed in animo est (quẽadmodum ante dixi) leuiter transire, ac tantũmodo perstringere unã quãq; rẽ: id est, attingere. Breuiter aliqd. 1. uo. or. 225. Rei magnitudo me breuiter perstringere atrocitatẽ criminis nõ sinit. Aliq. sententijs asperioribus. 2. uol. orat. 266. Ille L. Crassi, ille M. Antonij uoluntatem asperioribus facetijs sæpe perstrinxit impune. Aliq. re aliqua. 3. uol. orat. 5.. Vt eos quorum scelere, furore, uiolatus essem uocis libertate, perstringerem: nunc est urgere grauiter, atq; aspere.

Persua

Persuadere, est suadendo inducere. dicimusq; aliquid alicui persuadere. Quod Lau. Vall. in Raudẽsem dixerit aliquẽ persuadere, ego fateor me apud meos non animaduertisse. etsi in passiuo cõtra sentiã, nam & cum persuasus est auditor, & auditoris animus persuasus, recte dici arbitror. Ad ueritatem aliq. 2. uol. ph. 13.. Persuaderi mihi non opinione solum, sed etiã ad ueritatem plane uelim.

Pertendere aliquid cum aliq. 3. uol. orat. 57.. Nos Cn. Pompeij decretum iudicum de consilij sententia pronunciatum recognoscemus? cum legibus cõseremus? cum fœderibus quorum acerbissima diligentia est pertendemus?

Pertinere, modo eadem est significatione, qua & attinere, eandemq; constructionem postulat: alicui. s. & ad aliquid pertinere: modo attingo significat: tũq; propius accedit ad compositionis suæ naturam, quæ est à per, & teneo. cõstruendi uero usus exẽplis cognoscetur. Ad aliquid. in fam. 216.. Pertinet enim ad officium meum eos existimare curæ mihi suas res esse. Suspicionem ad aliq. 1. uol. orat. 29. Cum neq; seruus quisquã reperiretur, neq; liber, ad quẽ ea suspicio pertineret: id est, de quo suspicari possemus. Alicui ad multa. Att. 41. Idq; ad multa pertinet meis. Quo. 2. uol. or. 70. Illud, quod nemo fecit de minore parte populi, quo pertineat uidere: id est, quorsum spectet. Itẽ Sall. 18. Quo illa oratio pertinuit: id est, quid sibi uoluit? Ita Eo aliquid. in fa. 78.. Atq; hæc eo ptinet oratio, ut & c. id est, ad id spectat oratio: illud sibi uult. Eodem illo. Cæ. 39.. Hec omnia Cæsar eodem illo pertinere arbitrabatur. In aliq. in orat. lib. 199. Talem uero existere eloquentiã, qualis fuerit in Crasso, & Antonio, non cognitis rebus omnibus, quæ in tantam prudentiã pertinerent, tantamq; dicendi copiam, quanta in illis fuit, non potuisse confirmo. Ad alpes. Cæ. 28.. Qui à finibus Allobrogum, & lacu Lemano,

& flu

& flumine Rhodano ad summas alpes pertinent: id est, peruenium. Massilia. Ad arcem. Cæs. 144.. Massilia enim ferè ex tribus oppidi partibus mari adluitur. reliqua quarta est, quæ aditum habet à terra, huius quoque spatij pars ea, quæ ad arcem pertinet: id est, peruenit, arci adiuncta est. Ad finem. Cæs. 24. Neque nostri longius, quàm ad finem porrecta, ac loca aperta pertinebant, cedentes insequi auderent. Ad flumen. Belgæ. Cæs. 1. Belgæ sub extremis Galliæ finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni: id est, attingunt Rhenum ex ea parte. Ad Oceanum. Cæs. 131. His rebus constitutis, equites auxiliaq; totius Lusitaniæ, à Petreio, Celtiberis, Cantabris, Barbarisq; omnibus, qui ad Oceanum pertinent, ab Afranio imperantur. Per rem aliquid. 2. uolum. phil. 40. Sed tamen his fabulis spretis, ac repudiatis, Deus pertinens per naturam cuiusq; rei, per terras Ceres, per maria Neptunus, alij per alia, &c. Ita Per omnem mundum. 2. uol. phil. 30.. Ex quo intelligi debet eam caloris naturam uim in se habere uitalem per omnem mundum pertinentem: id est, quæ attingit omnem mundi partem.

Pertingere, à re ad rem. Cæs. 179.. Circuitionem, quam pertingere à castris ad flumen suprà demonstrauimus: id est, pertinere.

Perturbare, est commouere. De aliqua re. 3. uolum. orat. 101.. Cum Annius Milo ipse magis de Reip. salute, quàm de sua perturbetur. Ex re. 3. uol. orat. 17.. Iure posse per operas concitatas quemuis ciuem nominatim Tr. plebis consilio ex ciuitate perturbari.

Peruadere, est percurrere, penetrare: & modo aliquid, modo per aliquid arbitratu tuo construas licebit. Morbum locum omnem. 2. uol. orat. 177.. Num in agro Camerte? Picено? Gallico? quas oras maxime quasi morbus quidam illius furoris peruaserat: nihil uero minus: id est, pagrarat. Omnia

aspera. Sall. 86.. Et omnia aspera uti soles, peruade, superа: id est, doma. Per aliquid. 2. uol. orat. 8. Quæ per animos gentium barbararum peruaserat. Item. 1. uolum. orat. 96. Per omnes partes prouinciæ te, tanquàm calamitosam tempestatem, pestemq; peruasisse demonstro.

Peruenire. Rei finem, & terminum respicit uerbi proprietas. ut uero transferatur, ac ctiam construatur, exemplis ipsis cognosci poterit. Ad tabulas nouas. Att. 83. Summum esse periculum, ne culpa senatus his decretis, res ad tabulas nouas peruenirет. Ad suas fortunas aliq. 3. uol. orat. 127. In quo spes fuit, posse sese aliquando ad fortunas suas peruenire: id est, suarum rerum compotem fieri. Ita Ad suum. 1. uol. orat. 8. Vt ad suum quisq; quàm primũ sine cuiusquam dedecore, infamia, pernicieq; peruenиat. Ita Ad numos. in fam. 209.. Vt quàm commodissime libertus Strabonis, qui eius rei causa missus est, negocium conficiat, ad numosq; peruenиat. Ad aliq. Att. 15.. Ad quem propter diei breuitatem non est peruentum. Ad summam desperationem aliq. Cæs. 158.. Tum uero ad summam desperationem nostri peruenиunt. Ad maximas pecunias. in orat. lib. 134. Tanta malorũ est multitudo ciuium, ut tibi ego hoc confirmem, si Romæ manseris te paucis annis ad maximas pecunias peruenturum. Ad aures aliq. 3. uolum. orat. 225.. In quo equidem pro amicitia tua dolere soleo efferri hæc foras, & ad Pop. Ro. aures peruenire. 1. uol. or. 214.. Peruenit res ad istius aures, nescio quomodo. Ita Ad paucitatem. Cæs. 60. Res ad paucitatẽ defensorũ peruenerat. Ad corpus uim. 1. uo. orat. 293. Etenim recuperatores non ea sola uis est, quæ ad corpus nostrum, uitamq; peruenit, sed etiam multo maior ea &c. Agrum ad aliq. 2. uo. orat. 82. Quod si posset ager iste ad uos peruenire. Literas ad aliq. 2. uol. orat. 109.. Ad me nullum indiciũ, nullæ literæ peruenerũt, nulla suspicio. Calamitatem ad aliq.

1.uol.orat.199. Quid est enim in calamitate residui? quod non ad miseros aratores isto Prætore per summam iniuriam, ignominiamq; peruenerit? id est, quod nõ perpessi sint? **Famam** ad aliq. Att.78.. Itineris nostri famã ad te peruenisse lætor. **Potestatem** ad aliq.2.Volu.ora.70.. Sine ad illos potestatem, ad te gratiam beneficij tui peruenire. **Gratiam** ad aliq. Vide potestatem. **Iniuriam** ad aliq.de off.121. Iactam & immissam à te nefariam in me iniuriã semper duxi, tamen peruenisse ad me nunquam putaui. **Humanitatem** ab ali.ad aliq. Att.295. Sed etiam à quo ad alios peruenisse putetur humanitas. **Similitudinem** ad aliq.2.uol.orat.140. Sed tamen naturæ similitudo illius ad te magis, qui ab illo ortus es, quàm ad unum quenq; nostrum peruenire potuit. ad imitandum uero, tam mihi pro. **Præceptum** ad aliq.in fam.146.. Vellem tamẽ meæ quoq; autoritatis, pro plurimis nostris necessitudinibus præceptũ ad te aliquod peruenire. **In senatum** aliq.2.uol.orat.155. Qui neq; ulla cõditione in senatum peruenire potuit: id est, qui senator nunquàm fieri potuit. **In scripta** alic.in fam.68.. Atq; hoc præstantius mihi fuerit, & ad lætitiã animi, & ad memoriæ dignitatẽ, si in tua scripta peruenero: id est, si de me scribes. **In claritudinem**. Sall.28. Præterea modestissime parẽdo, & sæpe obuiam eundo periculis in tantã claritudinem breui peruenerat. **Testamento** aliquid ad aliq.1.uol.orat.299. Nam ut perueniat ad me fundus testamento alicuius fieri potest. Ita hæreditas. Ita de multis.

Peruertere, est penitus tollere, euertere. **Aliquid** re aliqua.in orat.lib.143.. Is eius omnem spem, atque omnia uitæ cõsilia morte peruertit. **Remp.**3.uol.orat.33.. Qui primum eam Remp. quæ auspicijs inuentis cõstituta est, ijsdem auspicijs sublatis conarere peruertere. **Iura** omnia.de offi.6. Qui omnia iura diuina, humana peruertit propter eum, qui &c. **Vtilitatem**.de off.72.. Nulla uis fuit religionis, quæ tantam utilitatem peruerteret.

Peruulgare, est uulgò rei alicuius plenam copiam facere. **Se omnibus**.3.uol.orat.45.. Sed si esset aliqua dissimilis istius, quæ se omnibus peruulgaret: id est, sui uulgo potestatem faceret. **Viam**. Ter.52.. Sed ui, & uia peruulgata patrum quotidie accusabam. **In uulgus** aliquid.1.uol.phil.67. Etiam in uulgus peruulgata loquitur.

Pessundare, est opprimere. **Aliquid** aliquẽ. Ter.3.. Quæ si non astu prouidentur, me, aut herum pessundabunt. Item 126. Hoc ipsum repetit carmen. **Ad aliquid**. Sall.25.. Sui captus prauis cupidinibus ad inertiam, & uoluptates corporis pessundatus est.

Petere. Quoties Don. (quod sæpius facit) de hoc uerbo agit, semper idem repetit: petere scilicet esse precario, poscere imperiose, postulare iure. Sed non semper in hac significatione permanet: nam ad multarum uocum rationem, quas in oratione sibi adiungit, eam uariando accommodat, ut in exemplis. **Veniam**. in orat.lib.219.. Cui se purgat, ueniam petit. **Societatem** ali.Sall.82. Neq; petere audeam societates. **Ad societatem**. Sallust.54. Et eare à nobis ad societatem, ab illis ad prædam peteris. **Vnde** peti. in orat. lib.98.. Vt illi unde peteretur uetus, atque inusitata exceptio daretur. M. Cato apud Gell.293.. Illi unde petitur, ei potius credendum esse. Item si non melior est Gellius Tinio, potius oportet credi unde petitur. ubi est, unde petitur, pro eo qui petit, contra id, quod est in Cicerone, pro à quo petitur. **Mulctam**. 2.uolum.orat.107.. Petita mulcta est apud istum prætorem à Q. Opimio, qui adductus in iudicium uerbo, quod cum esset Tr.pl. interceßit contra legem Corneliam. Item.2. uol. orat. 37.. Ab illo enim siue quòd in legem non iurasset, siue quòd ex lege subsortitus iudicem non esset, multa petita esse dicitur. Item.2.uol.orat.39.. Vno iudicio mulcta est ab eo petita, sicut ab Iunio,

ab Iunio, quòd non suæ decuriæ munere, neque ex lege sedisset. Erat autem iudicij genus, cum ad prætorem ageretur, scilicet ut is quem constaret contra legem aliq. fecisse, multæ reus fieret, quod erratum per pecuniam tantum dissoluebatur. de quo quidem iudicio sæpe in senatu actum est, ut tolleretur, ut. 1. uolum. orat. 108. Testatur Cic. cuius propter indignitatem iudicij sæpissime est actum in senatu, ut hoc genus totum multarum, ac iudiciorum eiusmodi tolleretur. Plaut. 51. Dixit irrogare multam. His diem dicam, irrogabo multam. **Precario.** Pl. 1.. Verum profecto hoc petere me precario à uobis iussit leniter dictis bonis. **Ex aliq.re.** 1. uolum. orat. 45.. Vt pecunia non ex tuis tabulis, sed aduersarijs petas. **Laudem.** 1. uolum. phil. 75. Quæ est ista laus, quæ possit è macello peti? **Cibum** è flamma. Terent. 35. Ex flammate petere cibum posse arbitror. antiquum est uerbum petere è flamma, inquit Donatus. **Magistratum.** Ascon. 15. Petebatq; Milo deterius consulatum. Item. 2. uolum. orat. 125.. Neque enim si tibi tum, cum consulatum peteres affui, &c. **Honores.** 2. uol. phil. 213.. Quæ tamen ita scripta sunt, ut non ad omnes, qui honores petant. Item Att. 366. **Honorem.** 1. uolum. orat. 66. Habet honorem, quem petimus, habet spem, quam propositam nobis habemus. **Aggerem.** Cæs. 24.. Ab opere reuocandi milites, qui paulo longius aggeris petendi causa processerãt, accersendi: id est, terram ad aggerem ædificandum. **Exemplum.** 3. uol. orat. 149. Vnde pudoris, pudicitiæq; exempla peterentur: id est, haberentur. **Caput.** 1. uol. or. 5. Propterea quod iste caput petere nõ desinebat: id est, ferire. Ita **Aliquem.** 2. uol. orat. 25.. Iccirco nũc cum Murænã ipsum petas, adiutor eodẽ pacto esse debeo. **Salutem aliquare.** Cæs. 18.. Ibi perpauci aut uiribus confisi tranare contenderunt, aut lintribus inuentis salutem sibi petierunt: id est, quæsiuerũt. **Fugam.** Cæs. 25.. Ac rursus aliam in partem

fugam

fugam petebant: id est, fugiebant. **Cursum.** Att. 42. Fortasse alium cursum petiuit: id est, tenuit. Item. 3. uolum. orat. 53. **Mortem.** 1. uol. phil. 77.. Eamq; mortem ardentiore studio peteret, quàm Epicurus uoluptatem petẽdam putat: id est, expeteret. **Possessionem.** 2. uol. orat. 162. At istius hæreditatis Globulo prætore Flacci nomine petita possẽsio est.

Pignerare. Hoc uerbum ex ijs, est quæ tria genera complectuntur, actiuum scilicet, passiuum, & deponẽs. nam & pignerare, & pignerari, aliquem aliquid dicimus. item ab aliquo aliquid passiue recte dicitur. de actiuo passim exempla sunt. de deponenti. 3. uol. orat. 264. Etenim nars ipse ex acie fortissimum quenq; pignerari solet. de passiuo. in composito oppignerari uideri potest. quæ duo tamen ita differre uidentur, ut pignerari sit accipientis in pignus: oppignerari magis dantis.

Pingere simulachrum alic. in orat. lib. 62. Helenæ se pingere simulachrum uelle dixit. **Tabulas.** in or. lib. 62. Is cæteras tabulas pinxit. **Corpus** ali. in orat. lib. 62. Qui cum muliebri in corpore pingẽdo plurimum alijs præstare sæpe accepissent. **Stragulum.** 1. uol. phil. 240.. Textili stragulo magnificis operibus picto. **Bibliothecam** constructione. Att. 58. Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione: id est, ita egregie construxerunt, ut penè depicta uideatur.

Placere. Lau. Vall. dicit hoc uerbum eandem interdum significationem habere, quam efferri, superbire aliquo bono suo. ego fãteor in hoc sensu apud meos, quod sciam, nusquàm offendisse, uerum pro uideri interdum non dubitarem exponere. **Aliquid sibi.** in orat. lib. Nunquàm mihi minus, quàm hesterno die placui. **Si dijs placet.** Terent. 45.. Vide ut ociosus sit si dis placet. Item. 87. Ille bonus uir nobis psaltriam (si dis placet) parauit. proprium est exclamantis indignitate alicuius rei. in fã. 3. Itaq; postridie placuit, ut breuiter sententias diceremus. La. Val.

R

mus. Item. 1. uol. ph. 54.. Vt placet inquam: id est, ut uidetur.

Plectere, est uerberare, percutere, ferire. **Re aliqua.** de off. 112.. Sed cum multis in rebus negligentia plectimur. Ter. 139. Tu iam lites audies, ego plectar pendens: id est, patiar. **Culpam.** 2. uolum. orat. 18.. Vt, & in iudicijs & sine iniuria culpa plectatur, &c.

Pluere, neq; apud ueteres uerbum hoc supposito caruit, ut præcipiebat Lau. Vall. **Tigna.** Pl. 116.. Venit imber, lauat parietes, perpluunt tigna. **Aliq. Aliquem.** Pl. 116.. O uenus uenusta, hæc illa est tempestas mea, mihi quæ modestiam detexit, tectus qua fui, quam mihi amor & Cupido in pectus perpluit meum, neq; iam unquam obtegere possum. ubi uerbum & suppositum, & appositum etiam habere uides.

Pœnitere, est quod feceris, feciſſe molestè ferre. ac ut latius uerbū exponerem, Donati uerba transcribere placuit: ita enim inquit: pœnitet: id est, parū uidetur: pœnitet enim eum qui parum putat, ut alibi. Ter. Nostri nosmet pœnitet. Virg. Nec te pœniteat calamo triuisse labellum. de off. 1. Quoad te quātum proficias, non pœnitebit. ut pœnitere se ubiq; sit sibi nō satisfacere in ea re, uel qui parum se consecutum putet. Constructio uero secundū grāmaticos est accusatiuus & genitiuus: uel genitiui loco infinitiuus. tamen etiam accusatiui loco datiuum, & genitiui loco accusatiuū ueteres usurpasse comperio. Att. 195.. Quod me ipse per literas cōsolatus sum, nec pœnitet me quantum profecerim. Item de offic. 1. Tandiu autem uelle debebis, quoad te quantum proficias, non pœnitebit. Item Ter. 52. At dices enim me quantum hic operis fiat, pœnitet. Item. 125. Ita plerisq; ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœnitet. **Sibi.** Att. 101.. Vt ualde ego ipsi, quod de sua sententia decesſit, pœnitendum. **Aliquid** aliquem. 1. uol. phil. 244. Sapientis est enim proprium nihil quod pœnitere possit, facere. uide quod, pro cuius. Laur. Vall. pro dolere, pigere, tædere pro Cælio accipit:

decipit: cui nos hoc etiam adiungimus. de offic. 81. Num igitur si ad centesimum annum uixisset, senectutis cum suæ pœniteret? id est, pigeret.

Pollere, est posse. de off. Nec est ullares, quæ apud illum plus polleat.

Polire uitam. 3. uol. or. 22.. Inter hanc uitam perpolitam humanitate, & illā immanem nihil tam interest, quàm uis, & ius.

Polliceri, iam pridem notum est significare sua sponte promittere. **De aliquo.** in fa. 20.. De ipso T. Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi, grauitatis, cōstantiæ, &c. **In publicum** aliquid. Cæs. 131. Pecunias, quas erant in publicum Varroni ciues Ro. polliciti, remittit: id est, ex publico. **Habeo** polliceri. Vide habere.

Polluere, proprie est plane lauare. sed per contrariū sæpius: id est, cōmaculare, & quasi lutulentū reddere ponitur. **Religionē.** 3. uol. or. 118. Vestræ religiones uiguerunt, uestra uis ualuit, quā ille omni scelere polluerat. **Cerimoniā.** 1. uo. or. 37. Legationis ipsius cerimoniā polluerit, maculaq; affecerit, qua is &c. **Iura Diuina, Cerimonias.** 1. uo. or. 29. Nemo enim putabat quēquā qui cū omnia diuina, atq; humana iura scelere nefario polluisset, somnum statim capere potuisse.

Ponderare, est proprie librare. **Pugnū.** Pl. 5. Perij, pugnos ponderat. **Crimen.** 1. uol. or. 84.. Nolite quæso Iud. breuitate orationis meæ potius, quàm rerum ipsarum magnitudine crimina ponderare. **Causam.** 2. uol. or. 182. Non ex libidine, aut simultate, aut leuitate testium causas honestorum hominum ponderari. nunc est existimare, considerare, iudicare.

Ponere. Sanè uerbi huiusce multiplex est cum significatio, tum etiam constructio, neque ita facile paucis concludi possit. quare ad exempla de utraq; dicendum reseruamus: In quibus quoniam satis multa sunt, literarum ordinem sequemur. **Autoritatem** in aliquo. 2. uolum. orat. 236.. Quid? de collegio

gio quis tandem affuit? posuerat enim autoritatem in uno, quæ est in omnibus: id est, constituerat, dederat. **Aliquid.** 1. uol. phil. 149.. Ponere iubebam de quo quis audire uellet: id est, proponere. ut quæstionem suo loco. **Ante** oculos. 3. uolum. orat. 231.. Ponite igitur ante oculos P. C. miseram quidē illam, & flebilem speciem: id est, subijcite oculis. **Arma.** in fa. 146.. Qui aut positis armis pacem petere debent, aut, &c. 3. uol. or. 96.. Tamen illud contentionis odium simul cum ipsa pugna, armisq; ponant: id est, deponant. **Beneficium** in rep. 2. uol. orat. 171.. Ego tantis à me beneficijs in rep. positis: id est, in remp. collatis. **Belle** aliquid. Att. 2. Et posita ita belle est, ut &c. id est, collocata. **Custodem** rei. 2. uol. or. 155.. Custos T. Aufidio prætore in frumēto publico est positus. Item 3. uol. orat. 169. Quoties te pater eius domo sua eiecit? quoties custodes posuit, ne limen intrares? id est, apposuit. **Castra.** in fam. 167. P. Ventidius suas legiones tres coniunxit cum eo, & contra me castra posuit: id est, fecit. Item. 225.. **Cogitationem, Curam.** Att. 298. Totum ut animum, curam, cogitationemq; tuam ponas in omnium laude undiq; colligenda. **Curam.** de offic. 4.. Quod in rebus honestis, & cogitatione dignis operæ, curæq; ponetur: id est, adhibebitur. **Discrimē** in aliqua re. 3. uol. orat. 259. Huius totius belli in unius uiri fortissimi, & maximi uita positum esse discrimen. **Diligentiā.** 2. nolum. orat. 135. Accedit eodem, ut etiam ipse candidatus totum animum, atq; omnem curam, operam, diligentiamq; suam in petitione non possit ponere: id est adhibere. **De manibus.** Att. 294. Quos quidem libros non sine causa noster ille Africanus de mambus ponere non solebat: id est, deponere. **Fundamentum** in re. Plau. 79.. Quorum omnium fundamenta uel in uoluptate tanquàm in aqua ponitis: id est, iacitis. **Firmamentum.** 3. uol. or. 163.. Si nullum firmamentum in illo teste posuisses. **Fructum.** in fa. 160. Maioremq; fructum

ponere in perpetuitate laudis, quàm in celeritate præturæ: id est, existimare. **Gratiam** in oculis. 2. uol. orat. 128.. Mihiq; uehementer expedit positum in oculis esse gratiam: id est, proposita. **Hastam** de foro. de off. 50.. Sic par est agere cum ciuibus, non ut bis iam uidimus, hastam in foro ponere. Item. 3. uol. orat. 72.. Hasta posita pro æde Iouis Statoris: id est, collocata, defixa. **Initium.** Att. 170. Sed hoc quoq; timide scribo, ita omnia adhuc tarda, & spissa, ut male posuimus initia, sic cætera sequentur: id est, exorsi sumus. **Inuidiam.** 2. uol. orat. 18.. Vt in iudicijs & sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur: id est, seponatur, deponatur. **Industriā.** in famil. 39.. Nam profecto non est meum, qui in scribendo (ut soles admirari) tantum industriæ ponam, committere &c. id est, adhibere. **Insidias.** 1. uol. orat. 35.. Non illum miserum, ignarum casus sui redeuntem à cœna uidetis? non positas insidias? &c. Item. 2. uol. orat. 75.. **In commendatione.** 1. uol. phil. 72. Sin eam quam Hieronymus, feciſſet idem, ut uoluptatem illam Aristippi in prima cōmendatione poneret: id est, collocaret. **In iudicio.** 2. uol. phil. 170. Recte igitur magnus ille noster me audiēte posuit in iudicio, cum pro Ambiuio tecum simul diceret remp. nostram iustissime huic municipio gratias agere posse, quòd ex ea duo sui conseruatores extitissent: id est, dixit. **In conspectu.** 2. uolum. phil. 186. Quàm breui frater in conspectu posita est à te omnium magistratuum descriptio: id est, proposita, collocata. **In suspitione.** Fl. 7.. Vno ut labore exolueret arūnas duas, & ne in suspicione ponatur stupri. **In arte.** in orat. lib. 94. Qui omnem uim dicendi in arte ponerent: id est, existimarent. **In spe.** Att. 29.. Alteris iam literis nihil ad me de Attica, sed id quidem mihi in optima spe pono: id est, mihi magnam spem affert. Item. 327. Plura ponuntur in spe, quàm in pecunijs. **In metu.** Att. 236. Quid autem absurdius, hoc metuere, alterum in metu non ponere?

In promptu. *de off.* 25.. *Quæ formã nostram reliquamq; figuram in qua esset species honesta, tam posuit in promptu: id est, proposuit.* **In custodia.** 2. *uol. orat.* 139. *Putares cum in eiusdẽ anni custodia te, atq; L. Murænã fortuna posuisset &c.* **In lucro.** 2. *uol. or.* 154.. *Quiescant igitur, & me hoc in lucro ponere, atq; illud agere patiantur, id est existimare.* **In honore.** 2. *uol. or.* 29. *Itaq; tũ ille inopia, & necessitate coactus in causa eiusmodi ad Cepasios fratres confugit, homines industrios, atq; eo animo, ut quæcunq; dicendi potestas esset data in honore atq; beneficio ponerent: id est, loco beneficij, & honoris haberent.* **In beneficio.** 2. *uol. orat.* 29. *Vide honorem.* **In aliquo** *aliq. in famil.* 142.. *Id ille in te positum esse putat: id est, in tua situm esse potestate.* **In insidijs.** 3. *uol. orat.* 147.. *Quid? ille signa ænea in insidijs posuerat? id est, collocauerat?* **In percunctando** *aliquid. in orat. lib.* 108. *Et doctoribis nostris ea ponere in percũctando. arbitror idem esse, quod ponere quæstionem, de quo quis quærat.* **In fide.** *Att.* 38. *Credibile non est quantum ego in consilijs, & prudentia tua, quodq; maximum est, quantum in amore, & fide ponam: id est, confidam.* **In gratiam** *cum aliquo. Att.* 69.. *Lentulum ponam tecum in gratiam: id est, tibi recõciliabo.* **Et in gratia** *apud aliq. Att.* 74. *Apud Patronẽ, & reliquos Varrones te in maxima gratia posuit. Item.* 88. **In minimis.** *in fa.* 4.. *At erat tuæ uirtutis in minimis tuas res ponere, de rep. uehementius laborare: id est, habere, existimare.* **In cõiectura.** *in fa.* 5. *Quæ autem posita sunt in coniectura, quæq; mihi uidentur fore, ea pro &c.* **In medio** *aliq. Ter.* 122.. *In medio omnibus palmam esse positam.* **In potestate** *alic. 1. uol. or.* 70. *Qui istius causa in testium fide, in criminum ratione, in iudicum potestate, non in comitijs consularibus positam arbitrantur.* **In ignem.** *Ter.* 3.. *In ignem posita est. fletur.* **In laude.** 1. *uol. orat.* 196. *Neq; ego hoc in tua laude pono, alia sunt tua facta: id est, laudo, numero inter laudes tuas.* **In more** *positũ. Quirites, institutoq; maiorum.* **In lucro.** *in fa.* 106.. *Id ego in lucris pono: id est, habeo in lucro.* **In loco** *sceleris. in fa.* 166.. *Ne'ue misericordiam nostram exercitusq; nostri in ciuili dissensione sceleris loco ponatis: id est, habeatis.* **Licitatorem.** *in fa.* 96. *Licitatorem potius ponam, quàm illud minoris ueneat: id est, apponã.* **Loco** *contumeliæ.* 3. *uol. or.* 86. *Tu'ne etiam immanissimum, ac fœdissimum monstrum ausus es mecum discessum illũ, testem sceleris, & crudelitatis tuæ, maledicti, & contumeliæ loco ponere?* **Loco** *consolationis. in famil.* 78.. *Reliquum est, ut te id ipsum, quod ego quasi cõsolationis loco pono, maxime excrucier, &c.* **Loco** *maledicti.* 3. *uo. or.* 86. *Vide cõtumeliæ.* **Legẽ** *in senatu.* 2. *uol. or.* 179.. *Lex, dies fiat præposita paucos, ferri cœpta, nũquã posita est in senatu, Po. Ro. latuit: id est, proposita.* **Loco.** *in fa.* 136. *Etsi posuisti loco uersus Accianos: id est, apte posuisti.* **Memoriter** *quid.* 1. *uol. ph.* 106. *Ne tu inquã Cato ista posuisti tã multa memoriter, tã obscura dilucide: id est, cõmemorasti.* **Nomẽ** *rei.* 2. *uo. ph.* 11. *Sunt enim rebus nouis noua ponẽda nomina.* **Operã.** 1. *uol. ph.* 49. *Sed tantũ studium, tãq; multã operam ponẽdam in eo nõ arbitrãtur. Item* 228. *de off.* 33.. *Att.* 296.. *Id est incũbendũ, uacãdũ, operã dandã.* **Operã** *bene. Att.* 315. *Bene erit opera posita: id est, collocata, data.* **Orationẽ.** 2. *uol. ph.* 200. *Ne in eo, quod attingẽdũ fiat, quã in eo cuius causa, id attigimus, lõgior ponatur oratio: id est, longiores simus in eo.* **Pedẽ** *in suo. Att.* 204. *Pedẽ ubi ponat in suo, nõ habet.* **Plagas.** *de off.* 65.. *Sic tu cũ ædes proscribas tabulam tanquàm plagam ponas, demũ propter uitia uendas, in eam aliquis incurrat imprudens: id est, retia tendas.* **Præceptũ.** *in orat. lib.* 201. *Nulla præcepta ponimus: id est tradimus.* **Præclare.** *Att.* 84. *Sed præclare ponitur. ut belle.* **Præsidia.** *in fa.* 154.. *Præsidiaq; ibi firma posui: id est, collocaui. Itẽ.* 3. *uo. or.* 228. *Vt in eo firmissimũ reip. præsidiũ, &*

re. 2. *uol. or.* 66. *Est hoc in more positũ. Quirites, institutoq; maiorum.* **In lucro.** *in fa.* 106.. *Id ego in lucris pono: id est, habeo in lucro.* **In loco** *sceleris. in fa.* 166.. *Ne'ue misericordiam nostram exercitusq; nostri in ciuili dissensione sceleris loco ponatis: id est, habeatis.* **Licitatorem.** *in fa.* 96. *Licitatorem potius ponam, quàm illud minoris ueneat: id est, apponã.* **Loco** *contumeliæ.* 3. *uol. or.* 86. *Tu'ne etiam immanissimum, ac fœdissimum monstrum ausus es mecum discessum illũ, testem sceleris, & crudelitatis tuæ, maledicti, & contumeliæ loco ponere?* **Loco** *consolationis. in famil.* 78.. *Reliquum est, ut te id ipsum, quod ego quasi cõsolationis loco pono, maxime excrucier, &c.* **Loco** *maledicti.* 3. *uo. or.* 86. *Vide cõtumeliæ.* **Legẽ** *in senatu.* 2. *uol. or.* 179.. *Lex, dies fiat præposita paucos, ferri cœpta, nũquã posita est in senatu, Po. Ro. latuit: id est, proposita.* **Loco.** *in fa.* 136. *Etsi posuisti loco uersus Accianos: id est, apte posuisti.* **Memoriter** *quid.* 1. *uol. ph.* 106. *Ne tu inquã Cato ista posuisti tã multa memoriter, tã obscura dilucide: id est, cõmemorasti.* **Nomẽ** *rei.* 2. *uo. ph.* 11. *Sunt enim rebus nouis noua ponẽda nomina.* **Operã.** 1. *uol. ph.* 49. *Sed tantũ studium, tãq; multã operam ponẽdam in eo nõ arbitrãtur. Item* 228. *de off.* 33.. *Att.* 296.. *Id est incũbendũ, uacãdũ, operã dandã.* **Operã** *bene. Att.* 315. *Bene erit opera posita: id est, collocata, data.* **Orationẽ.** 2. *uol. ph.* 200. *Ne in eo, quod attingẽdũ fiat, quã in eo cuius causa, id attigimus, lõgior ponatur oratio: id est, longiores simus in eo.* **Pedẽ** *in suo. Att.* 204. *Pedẽ ubi ponat in suo, nõ habet.* **Plagas.** *de off.* 65.. *Sic tu cũ ædes proscribas tabulam tanquàm plagam ponas, demũ propter uitia uendas, in eam aliquis incurrat imprudens: id est, retia tendas.* **Præceptũ.** *in orat. lib.* 201. *Nulla præcepta ponimus: id est tradimus.* **Præclare.** *Att.* 84. *Sed præclare ponitur. ut belle.* **Præsidia.** *in fa.* 154.. *Præsidiaq; ibi firma posui: id est, collocaui. Itẽ.* 3. *uo. or.* 228. *Vt in eo firmissimũ reip. præsidiũ, &*

grauissimum ponerent. nunc est existimare. **Quæstionem.** in or. lib. 93.. Qui mihi nunc uos, inquit Crassus, tanquàm alicui græculo otioso, & loquaci, & fortasse docto, atq; erudito quæstiunculam, de qua arbitratu meo loquar, ponitis. **Rationem** salutis. 1. uol. orat. 68. Vt omnem rationem salutis in pecunia poneret. **Retro** aliquid. 1. uolum. phil. 245.. Vt omnia quæ sine ea sint, longe, & retro ponēda censeant: id est, posthabenda. **Rudimentum** in re. 3. uol. orat. 27. Verum eo magis odisse debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare in minimis rebus posuit rudimentum: sed ita ingressus est, ut neq; ab alio uinci possit: id est, minimis uacauit tantum. **Sequestro** aliq. Pl. 242.. Aut ad arbitrum reditur, aut sequestro ponitur. **Spem.** de offic. 130. Nec in præmijs humanis spem posueris rerum tuarum. Item Att. 36. Pl. 57. 1. uol. orat. 42.. **Statuas** ali. 1. uol. orat. 115.. Vt statuas in palæstra deberet ponere: id est, collocare. **Sumptum** bene. Att. 318.. Sed præstabo sumptum nusquam melius posse poni. **Tabulas.** de off. 65.. Sic tu cum ædes proscribas, tabulam tanquàm plagam ponas. **Tempus** in re. in orat. lib. 144. Omne illud tempus meridianum Crassum in acerrima, atq; attentissima cogitatione posuisse. Item Att. 7.. Aut quid in Epiro temporis ponas. **Vestem.** Pl. 222.. Dum tunicas ponit, quāta afficitur miseria: id est, dum exuitur. **Vigilias.** Sall. 45.. Vigilias crebras ponere, & eas ipse cum legatis circuire. **Vitium.** in orat. lib. 147. Multa (ut arbitror) hic hodie uitia ponemus: id est, deponemus. **Vitam.** in fa. 142. Hoc deniq; animo sum, ut si in hac cura, atq; administratione uita mihi ponēda sit, præclare mecū actum putem: id est, si sit moriendū. **Pone** fac. Ter. 137. Vxori emenda ancillula est, tum autem plusculo supellectile opus est, opus est sumptu ad nuptias: his rebus sanè pone, inquit, decē minas: id est, harū rerum sumptū fac decem minas.

Porrigere, est protendere. **Manum.** 3. uol. or. 51.. Tempore igitur ipso se ostenderunt, cū Licinius uenisset, pixidem exprediret, manum porrigeret, uenenum traderet. **Manum** ali quo. 1. uol. phil. 240. Nec manum porrigebam in mensam. Ita **Dexteram** alic. 3. uol. or. 145. Per dexteram te istam oro, quam regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti, &c. **In longitudinem** aliquid. Cæs. 223. Cæsar interim consilio hostium cognito iubet aciem in longitudinem quàm maximā porrigi. ut & addiderit in longitudinē, cum uerbū idē secretam longitudinē significet. actū enim est ab porro, & rego, autore Sex.

Portare. Portamus tam bona, quàm mala, Do. inquit. neq; solum corpore, sed etiam animo. & alicui, & ad aliquem portamus. **Fallaciam** alicui. Ter. 10.. Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam portare. **Exercitum** aliquo. Sall. 37.. Deinde exercitus, qui in Aphricam portaretur, scribitur. **Iurgium** ad aliq. Ter. 112. Porto hoc iurgium ad uxorem: id est, eo, ut uxorem obiurgem. **Aliquid** boni. Terent. 8.. Dij boni, boni quid porto. Ter. 64.. Nescio quid peccati portet hæc purgatio: id est, quid hic admiserit.

Poscere, Do. ait, omnino est petere, sed esse imperiose petere. aliquando uidetur esse quod postulare, quando accusare significat. **Aliquid.** 2. uol. orat. 94. Milesios nauem poposcit. Ita **Pretium** aliq. 1. uol. or. Et parentes pretium pro sepultura liberum poscerent. **In manum** aliquid. Pl. 63. Postquàm cœnati, atq; appoti talos poscit in manus. **Aliquem.** 1. uol. orat. 20.. Deniq; accusant ij, quos populus poscit. nunc est pro postulare: id est, quasi accusare.

Posse, planum est, quid significet. cum uero constructur cum præpositione per, eam significationem retinet, quam licet. cum est cum hac particula tantum, quod crebro apud comicos reperies, celeritatem significat, ut alt Do. **Apud** aliquem. Cæ. 6.. Sed etiam apud finitimas ciuitates largiter posse, atq; &c. Ita **Domi** ali. 3. uol. or. 254.. Aut filius eius si domi posit: id est,

si domũ potens sit. A' facundia *aliq. Ter. 51. Sed hic actor tantum poterit à facundia, quantum ille potuit cogitare cõmode: id est, tantum facundia poterit. ut ab equitatu imparatus: id est, equitatu imparatus.* Per *aliq. ut in famil. 4. Senatus ante Cal. Feb. haberi per legem Pupiam, id quod scis, non potest: id est, non licet.* Quantum *potest. Pl. 27.. Nam equidẽ me iam quantum potest à uita abiudicabo. Item Terent. 44. Comprehendi iube quantum potest. Item. 97..*

Possidere *aliquid, est plane eius compotem esse, & dominum.* Regnum. *Terent. 79.. Quid hoc est rei? regnum'ne Aeschine hic tu possides? Ae. si possiderem, ornatus esses ex tuis uirtutibus.* Ex dicto. *1. uol. orat. 6. Negamus te bona P. Quintij, Sexte Nœui possedisse ex edicto prætoris.* Motbũ *aliquẽ. Do. super illud offendam affectam, inquit: Lassam possessamq; morbo.* Palmam *aliquid. Pl. 15. Is nunc in aliã partem palmam possidet.* Aliquid. *Ter. 22.. De uxore, ut possedi, nihil mutat Chremes.* Religionem. *1. uol. or. 29. Sic se res habet iudices, magnam uim, magnam necessitatẽ, magnam possidet religionem paternus, maternusq; sanguis.* Vim. *uide religionem.* Necessitatem. *uide religionem.* In se *aliquid 1. uol. or. 47.. Medius fidius (audacter dico) plus fidei, quàm artis, plus ueritatis quàm disciplinæ possidet in se.*

Postmittere, *est non curare, posthabere. 3. uol. or. 49. Quod in alicuius agrestis periculo, non postmitteret.*

Postulare, *omnino est petere, sed iustum quiddam in se continet. Donatus inquit iuste uolo, & iure postulamus, imperiose poscimus. Præterea postulare est querelam dicere de altero apud alterum, ad differentiam expostulare, quod est apud eum qui nos offenderit, queri: ut in uerbo expostulare est dictum. sed maxime apud iudices aliquem postulamus. potest etiam interdum exponi per uelle requirere.* Ius. *3. uolum. orat. 134. Quorum facinus commune, cur nõ sit eorum præda communis?*

nis? ius postulabas. Ius *suum aliq. Terent. 80.. Verum enim quando bene promeruit, fiat, suum ius postulet.* Noctem. *Att. 55. Ille noctem sibi postulauit, non concedebant: id est, petijt.* In quæstionem *aliq. 1. uolum. or. 38. Dixi iam antea sæpenumero postulatos esse ab istis duos seruos in quæstionẽ: ut scilicet, de eis quæreretur. 2. uol. orat. 55. Ab hoc adolescente Oppianico in quæstionem postulauit.* In uerba *ali. 1. uol. orat. 11.. Cuius procurator non omnia iudicia acceperit, quæ, quisq; in uerba postularit.* Rem aliquid. *in fa. 80. Quàm quod res ita postularet: id est, requireret. Att. 199.. Cui audiebam illũ plus apud te posse quàm grauitas illius ætatis, & imperij prudentia postularet: id est, quàm ætatis grauitati, & imperij prudentie cõueniret.* De ambitu. *uide de ui. Item 302.. 322.. Item in or. lib. 134.* De sodalicijs. *Asc. 17. Postulatus autem erat, & de sodalicijs, & de ambitu.* De ui. *Att. 308.. Sextius ab indice Cn. Nerio Pupinia de ambitu est postulatus: & eodem die à quodam M. Tullio de ui.* De maiestate. *Att. 320.. Gabinium adhuc tres factiones postulant. L. Lentulus Flaminis filius, qui iam de maiestate postulauit.* De repetundis. *in famil. 126.. Quod Pylius necessarius Attici nostri de repetundis eum postulauit, magna illico fama surrexit. Att. 320..* Proditionis. *Cæs. 184.. Postulauit etiã L. Afranium proditionis exercitus.* A repulsa. *in fami. 113.. M. Claudium à repulsa postulatum à Gallis duobus: id est, statim post repulsam accusatus est.* Cum pro *uelle significat. Pl. 40.. Nam qui hero ex sententia seruire seruos postulat: id est, uult. Item Ter. 15.. Etiam nunc me subducere istis dictis postulas? id est, uis. Item. 113. Sed ego stultior meis dictis parere hanc qui postulem: id est, uelim, credam.*

Potare, *est bibere.* In rosa. *1. uolum. phil. 78. Clamat uirtus beatiorem fuisse quàm potantem in rosa Thorium.* Poculum. *2. uol. orat. 53. Nego illum adolescentem, quem statim epoto*

epoto poculo mortuum esse dixistis, omnino illo die esse mortuum.

Potiri, est obtinere, capere, interdum frui. constructio uero est cum genitiuo. neq; tantum huius uocis rei, cum pro imperio posita est, sed etiam cæterorum, cum ablatiuo, ac accusatiuo. neq; ego uideo cum obtinet genitiuum, cum fruitur, magis ablatiuum poscere uerbum. sed utranq; significationem his tribus casibus pro communibus uti arbitratu suo comperio. **Rerum**. 1. uolum. orat. 29.. Prudentissima ciuitas Athenienssium dum ea rerum potita est, fiasse traditur. In famil. 73. Cogitaresq; & in nostra ciuitate, & in cæteris quæ rerum potitæ sunt. 2. uolum. orat. 108. Rerum potiri uolunt, honores, quos quieta rep. desperant, turbata consequi se posse arbitrantur. **Hostium** uiuorum. Cæs. 237. Circiter centum partim occiderunt, partim uiuorum potiti sunt: id est, uiuos ceperunt. **Hostium** passiue. Pl. 45.. Nam postquàm meus rex potitus est hostium: id est, in manus hostium peruenit. Item. 46. Ego postquàm gnatus tuus potitus est hostium. Item. 95.. Ita gnata mea hostium est potita, neq; ea nunc ubi sit, scio. Item. 96. E ductam perdidi, atq; hostium est potita. quam dicendi figuram uides sæpius à Plauto repetitam, tamen apud alios nusquàm offendi, neq; ego libere uti auderem. **Hostibus** uiuis. Cæs. 233.. Partim interficiunt, partim uiuis sunt potiti. ut uiuorum. **Re**. Cæs. 249. Quod nec opinantibus aduersarijs eius, prouincia potitus esset: id est, cepisset. **Bello** aliquid. de offic. 3. Aut uictoria, ut, qui bello potiti sunt: id est, bello suum fecerunt. **Pacem**. 3. uolum. orat. 147.. Pacemq; potiuntur: id est, fruuntur. **Oppidum**. Cæs. 252. Qua spe nonnulla dum sine periculo murum ascendere, & oppidum potiri posse sperarent: id est, capere. **Gaudiũ**. Terent. 96.. Miseriam omnem ego capio: hic ponitur gaudia: id est, fruitur. **Præsentibus**. 1. uol. ph. 01.. Nam & præterita grate meminit, & præsentibus, ita potitur. ut &c.

præbere

Præbere, est tradere, adhibere, & quædam alia in exemplis significare uidebis. **Aures** ali. 2. uolum. orat. 194.. Aures non obtusæ, sed uacuæ præbebantur: id est, adhibebantur. **Exemplum**. Sall. 83. Ego non ualidissimus præbeo exemplum. **Fidem** alicui. Att. 266. Sicut Ciceroni in omnibus eius periculis singularem fidem præbuit: id est, præstitit. **Lachrymas** dolori alicuius. Att. 46. Sed tu tantum lachrymas præbuisti dolori meo. **Ludos** ali. Teren. 48. Non possum satis narrare quos ludos præbueris intus. sumptum à ludis publicis, quibus maxime populus delectabatur. **Materiam**. in orlib. 168. Illa mors uulgaris nullam præbet materiam ad ornatum. **Operam** aliq. Pl. 153. Nimium festiua mulier operam præbuit: id est, nos optime tractauit. **Opinionem** alic. rei: Cæs. 33.. Tantamq; opinionem timoris præbuit, ut iam ad uallum castrorum hostes accedere auderent. Item. 36. **Os** alicui. 1. uol. orat. 156. Et ijs tacitum os tuum præbere malueris. Ter. 80.. Qui potui melius, qui hodie usq; os præbui miser: id est, tradidi, obtuli. **Se dignum** re. in fa. 20.. Qui si dignum se maioribus suis præbuerit, &c. **Se credulũ**. Att. 246. Vel uerbà mihi dari facile patior in hoc, meq; libenter præbeo credulum. **Se alium**. Pl. 22. Longe aliam inquam præbes nunc, atq; olim, cum dabam. uel est orationem aliam præbes. ut supra. **Sponsalia** alicui. Att. 309.. Sponsalia Crassipedi præbuit. est quæ ad nuptias pertinent celebrare, ut conuiuium, & reliqua. Ita **Speciem**. Cæs. 36. Speciem atq; opinionem pugnantium præberent. Item. 179..

Precari, planum est quid sit proprie. ponitur interdum etiam pro cõposito deprecari, ut Do. ait. eo in loco. Ter. 72.. Nemo accusat Syre te, nec tu aram tibi, neq; precatorem pararis: id est, deprecatorem. & precari aliquando idem est quod deprecari, hoc est à se crimen depellere.

Præcidere, est modo ante, & tũ significat immolare, inquit

Sex.

Sex.modo ualde cædere, & quasi per medium abscindere. ut Potestatem. Att.282..Tetrum enim spectaculũ oppressa ab impijs ciuitas opitulandi potestate præcisa:id est, penitus intercepta. Licentiam.1.uol.orat.148.. Nunquàm ipsimet nobis præcideremus hanc licentiam,libertatemq; uiuendi. Libertatem.uide licentiam. Spem alic.1.uol.or.80.Spem iu dicij corrumpendi præciderem. Defensionem. 1.uol.or. 180..Postremo illa quidem certe tibi præcisa defensio est: id est,prorsus adempta. Linguam.Pl.162. Dum te obtuetur, linguam oculi præciderunt:id est,aspectus eius te mutum reddidit. Sine exceptione.Att.121..Planè sine ulla exceptione præcidit:id est,præcisè respondit.Item.168. Quod quia planè cum in Formianum uenisset præciderat, asperius ad te de eo scribere solebam:id est, libere,sine ulla excusatione negarat. Ex aliqua re aliquid.1.uol.or.142. Quid nam sua ui,& autoritate mihi ex hac oratione præciderit: id est, dempserit, amputarit,abiecerit.

Præcinere, fides epulis.1.uol.ph.210. Quod deorum pului naribus,& epulis magistratuum fides præcinunt.

Præcipere, proprie est ante capere.sæpe & iubere,uel impo nere.& tũ aliquid,uel de re aliqua præcipimis. Pecuniam mutuam.Cæs.168..Debitam biennij pecuniam exegerat,& ab eisdem in sequentis anni mutuam præceperat:id est,anno ante cæperat. Cognitionẽ.1.uo.ph.242.Existit illa à deo Del phus præcepta cognitio,ut ipsa semẽs uitijs exutã cognoscat. De re aliq.in or.lib.96..Nã de actione & ad memoriã quæ dam breuia,sed magna cum exercitatione præcepta gustaram.

Præcipitare. Et hoc uerbum unum ex ijs est,quæ utranq; na turam seruare dicebam in Grãdire,& trãsitiuam & intransi tiuam.ut Tribunatum. 2.uol.or.221. Tu tuo præcipi tante iam, & debilitato tribunatu,auspitiorũ patronus subito extitisti:id est,qui ad finẽ properabat.& est intransitiue nũc, ut si

ut si diceres moriente,finiente.Item. Remp.2.uol.or.167. Præcipitante rep. uehementem me fuisse:id est,cum præceps rueret.Item Hyemem.Cæ.Multi iam menses transierant, & hyems iam præcipitauerat.Item Solem.in or.lib. His autem de rebus sol me ille admonuit,ut breuior essem,qui ipse iam præcipitans,me quoq; hæc præcipitem pene euoluere co egit. Aliquid aliq.loco.1.uol.phil.217.. Qui se è Leucade præcipitauerit.Item.2.uol.or.232..Spoliari Po.Ro.beneficijs amplissimis,præcipitari ex altissimo dignitatis gradu.

Præcludere, est occludere. Introitum alicui.Cæs.50.. Nam crebris arboribus succisis omnes introitus erant præ clusi.

Præcurrere, est anteuenire.& aliquid,& alicui præcurri mus. Aetatem.in or.lib.120..Quæ studio & diligẽtia præ currit ætatem:id est,longe plus præstat, quàm ætas postulat. Item in or.li .164.. Cui quanquàm faueo,tamen illum ætati suæ præstare cupio.uobis uero illum tãto minorem præcurrere uix honestum est:id est,antecellere. Vide transcurrere.

Prædari aliquid.de offic.66. Hoc secundum naturam esse ne minem id agere,ut ex alterius prædetur insciti a.

Prædicare aliq.est uulgo dicere. aliquando laudem continet. interdum est simpliciter loqui.& aliquid,& de aliquo prædi camus.ut.3.uol.or.55.Si minus ad referendam gratiam satisfã cere potuerim, ad prædicandam, & tribuendam certe sa tis esse facturam.in famil. Ignosces mihi de me ipso aliquid prædicanti. Sall.17.Ipsum Crassum postea prædicantem audi ui tantam illam contumeliam sibi à Cicerone impositam.Ora tionem.Pl.22. Aliam nunc mihi orationem despoliato prædicas:id est,loqueris.

Præesse, est præpositum esse alicui rei gerendæ,atq; admini strãdæ.dicimus uero præesse alicui rei,& in aliqua re.Quæ stioni.3.uo,or.197.Accipiet'ne excusationẽ is,qui quæstioni

præcrit

præerit græculi iudicis,modo palliati,modo togati? **Pecudibus.** Att.294. Est autem non modo eius,qui socijs & ciuibus,sed etiam eius,qui seruis,qui mutis pecudibus præsit, eorum, quibus præsit, commodis utilitatiq; seruire. **Seruis.** Att.294.. Vide pecudibus. **Magistratui.** Cæs.5.. Qui summo magistratui præerat,quem Vergobrettum appellant Hedui. **Prouincie.** in fa.26. Senatum eos uoluisse prouincijs præesse,qui antea non præfuissent. Att.93. **In prouincia.** 1. uol.orat.188.. Si quis forte est ex ea prouincia,in qua tu triennium præfuisti,qui te nolit perisse.

Præfari honorem. in fa.140.. Nos autem ridicule si dicimus, ille patrem strangulauit,honorem non præfamur:sin de Aurelia aliquid,aut Lolia,honos præfandus est.1.uo.ph.71. Quæ si appelles,honos præfandus sit.est autem dicēdi modus eorum, qui aliquid obscœnum dicturi sunt.hoc enim modo eam turpitudinem diminuere maxime uidentur. uulgo dicitur,con reuerentia.

Præferre, modo comparationem habet,modo præpositionis uim tantum sequitur,interdum etiam est pro præ se ferre. **Opinionem.** Cæs.133..Sed hæc eius diei præfertur opinio, ut se utriq; superiores discessisse existimarent:id est,cum plures, & uariæ de eo prælio essent opiniones, hæc prælata est. **Tedas** sibi.1.uol.or. 225. Dicitur inflammasse tedas ex ijs ignibus,qui ex Aetnæ uertice erumpunt, quas sibi cum ipsa præferret,orbem omniū peragrasse terrarum.ita tu facem, lumen, cereum. **Auaritiam** in se.1.uol.or.32.. Quid horum negari potest? tenuitas hominis eiusmodi est,ut dissimulari non queat,atq; eo magis eluceat,quo magis occultatur, auaritiam præfers,qui societatem coieris de municipijs, cognatiq; fortunis cum audacissimo:id est,nunc præterfers.

Præficere, & rei,& in re.ut præesse,cui etiam significatione est persimile. ut Cæs.215.. Cæsarem amicum & necessarium

rium suum regionibus Syriæ præfecit. **Bello.** 2.uol.or.9. Vtinam Quirites uirorum fortium,atq; innocentium tantam copiā haberetis,ut hæc uobis deliberatio esset difficilis,quem nam potissimum tantis rebus, ac tanto bello præficiendum putaretis. **Rei** alicui.1.uol.orat.9. Restat ut de imperatore ad id bellum deligendo, ac tantis rebus præficiendo dicendum esse uideatur. **Procurationi** aliq. 2.uol.philos.183. Et huic procurationi certum magistratum præfecerat. **Magistratum** aliq.rei.uide procurationi. **Animum** corpori.2.uol.phil.198.. Eumq; ut dominum atque imperatorem obedientem præfecit corpori. **Cum** imperio.Cæs.198. Non solum urbibus, sed penè uicis, castellisq; singulis cum imperio præficiebātur. **In exercitu.** 3.uol.orat.12. Inq; eo exercitu ipsius tribuni plebis inimici mei fratrem præfecerat. ut in prouincia præesse.

Præfinire, terminale est uerbum. significat autem cum aliquid mandamus,rei summam,& tempus statuere. in famul.96.. Sed eò uidisti multum,quod præfinisti, quo ne pluris emerem. nam hoc ad rei summam attinere uidetur. **Sumptum.** 2.uol. phil.183.. A quo iterum funerum sumptus præfinitur ex censibus à minis quinq; usque ad nunam. **Diem** alic.3.uol.orat. 76.. Præfinit enim successori diem.in fam.86.Cum esset mecum largus homo tui studiosus locutus Calend. Ianuarias tibi præfinitas esse,&c.

Prægestire aliquid facere.3.nolum.orat.51.. Prægestit animus iam uidere: id est, ualde cupit. nam gestire cupere interdum significat.

Prehensare. Prehensabant maxime petitores, cum ambibant. Att.1.Prehensat unus P. Galba sine fuco, ac fallacijs more maiorum: id est,ambit. Item: Nos autem initium prehensandi facere cogitaramus eo ipso die, quo puerum tuum cum his literis proficisci Cincius dicebat.

Præire, proprie pedum est: quod Terent.4. dissoluit, dicens:

I præ, sequar. transfertur tamen ad quædam alia non inepte. & præimus re aliqua. non ita tamen, ut dicerem Pompeium Cæsari ætate præire: sed anteire. etiam si præ sit idem quod ante. Voce aliq. 3. uol. orat. 102. Qui hesterna etiam concione incitati sunt, ut uobis uoce præirent, quid iudicaretis: id est, uobis etiam quasi dicerent, quid iudicaretis. Verbis. Plaut. 247. Per Venerem hanc iusiurandum est tibi. La. quid iurem tibi? Gr. quod iubeo. La. præi uerbis quid uis. quod iurisiurandi genus idem est cum conceptis uerbis iurare. Iudici. Ascon. 20. Suadebat, atque etiam præibat iudicibus.

Premere, multas significationes huic uerbo accommodat No. Marcellus: quæ si possunt ad aliquod quasi proprium genus reuocari, hæ esse uidentur, cogere scilicet, & urgere. nam nisi ui adhibita quadam quicquam premi potest. Pedem. Pl. 29.. Neque illæc ulli pede pedem homini premat. Agmen nouissimum. Cæs. 139.. Cum ab equitatu nouissimum agmen premeretur. Alas. 2. uol. phil. 120. Rursus cantu, plausuq; premunt alas: id est, concutiunt. de gallis loquitur, qui in cantu alas excutiunt. Pessum. Pl. 129.. Aliud quiduis impetrari à me facilius perferam, quàm ut non istunc ego suis pro factis pessumis, pessum premam: id est, pessundem. sed auxit uim in premo uerbo. Aere alieno premi. Att. 102.. Qui ære alieno premantur. Inopia. Cæs. 197. Hi cum diu retinerentur, atque aquæ inopia premerentur. Item. 83. Simuli omnem exercitum inopia premi. Faucibus aliq. 2. uolumine orationum. 35.. Istam conciliationem gratiæ Stalenus tum recenti re, cum faucibus premeretur, &c.

Præmittere aliquid. Cæs. 150.. Ipse cum equitibus sexcentis magnis itineribus progreditur, edictumq; præmittit, ad quam diem magistratus, principesq; omnium ciuitatum sibi esse præsto Cordubæ uellet.

Prehendere. Videtur proprium esse prendere secundum Do. qui ita

qui ita ait de hoc uerbo, tuus pater modo me prehendit, prendit: addita aspiratione geminauit syllabam. est autem prehendere, capere. Suspitionem aliquem. Plaut. 167.. Metuo miser, ne patrem prehendat ut sit gesta res, suspitio: id est, ne pater suspicetur, ut res se habeat, metuo. Principium. Pl. 190.. Malum, callidum, doctum, qui quando principium prehenderit, porrò uirtute sua teneat, quid se facere oporteat: id est, ceperit. Stilum. in or. lib. 172.. Denique cum otiosus stilum prehenderat, motusq; omnis animi tanquàm uentus hominem defecerat, flaccescebat oratio.

Præliari, est dimicare, certare. Pedites. Cæs. 46. Ex essedis desiliunt, & pedites præliantur. Et pedibus. Cæs. Ac pedibus præliantur.

Præmunire aliquid. 3. uol. orat. Quamobrem illa, quæ ex accusatorum oratione præmuniri iam, & fingi intelligebam, fretus uestra prudentia non pertimesco.

Præoccupare, est ante capere. Aliquid. 3. uolum. oration. 224.. Quas enim partes ipse mihi sumpseram, eas præoccupauit oratio tua. Timorem animum aliq. Cæs. 76.. Sic omnium animos timor præoccupauit. Vias. Cæsar. 84.. Galli ne ab equitatu Romanorum uiæ præoccuparentur. ita de locis omnibus.

Præponere, proprie est anteponere per comparationem. sæpe est etiam quod præficere. Prouinciæ aliq. in fam. 26. Ego de prouincia decedens Quæstorem Cælium præposui prouinciæ. Classis. 2. uolum. orat. 10. Cum prope inspectantibus uobis classis ea, cui COS. Pop. Rom. præpositus esset, à prædonibus capta, atque oppressa est.

Præsagire, est præuinare, præsipere, acute sentire. sagax enim est acutus, & solers. & sagæ mulieres, quæ multum sciunt, inquit Sex. Anmum ali. Pl. 34.. Præsagibat mihi animus frustra ire me, cum exibam domo. uulgò, mi daua l'animo.

Præscribere, modo sequitur præpositionis præ, unde est compositum, naturam aliquando præstituit, rei modum imponit. & aliquid alicui, & de aliqua re præscribimus. 2. uo. or. 112.. Atque ita sibi ab his, & à L. Cassio esse præscriptum, ut equitatum in Italiam quamprimum mitteret, pedestres sibi copias defuturas. nunc est ante scribere. 1. uolum. orat. 4. Et quid de me iudicaretis, & quid alijs præscriberetis. Attico. 153.. Veni igitur & age de pace, meo ne inquam arbitratu? an tibi, inquit ego præscribam? Finem. Terent. 4. Tute ipse his rebus finem præscripsisti pater. Autoritatem ali. Att. 69.. Nondum enim satis huc erat allatum, quomodo Cæsar ferret de autoritate præscripta: est præfinire imperium alicui, & quasi quendam terminum ponere, quem iure prætergredi nequeat. in familiaribus. 78..

Præseferre aliquid, est id aliquo modo significare. factum autem uerbum est à præ, & pronomine me, te, se, & ferre. ut præ se gerere, & præ se ducere. Probitatem, ingenuitatem. 1. uol. ph. 43. Vt præ se probitatem quandam, & ingenuitatem ferat. Exire Roma. 3. uol. or. 3. Hunc præ se tulisse illo die Roma exiturum: id est, significasse, ostendisse se eo die Roma esse exiturum. Motum animi. in orat. lib. 164. Actio, quæ præ se motum animi fert, omnes mouet.

Præsegerere coniecturam. in orat. libr. 65.. Nam affectionis quidem ratio perspicuam solet præ se gerere coniecturam, ut amor, iracundia, molestia.

Præsidere, est ad opem præstandã præesse. interdum pro præesse. à quo tamen hoc differre uidetur: ut præsimus etiam uilioribus negotijs, præsideamus nobilioribus. & rei, & in re præsidere dicitur. In re. Sall. 23. At Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno præsidebat.

Præstare, multa, ut inquit No. significat. sed illæ significationes longe frequentiores sunt, cum est pro antecellere, & pro seruare,

seruare, cauere, & utile esse, ut in exemplis. Hominem homini. Teren. 29.. Dij immortales, homuni homo quid præstat? stulto intelligens quid interest? Item in orator. libr. 182. Quid præstat igitur intelligens perito. Re aliq. in orat. libr. 143.. In qua ipse florentissima multum omnibus gloria præstitisset. Item in orat. lib. 90. Quos constat dicendi gloria præstitisse. Ita Numero. Cæsar. 174. Cum ipsi numero militum, equitumq; præstarent: id est, paratiores essent à numero militum. Inter alios aliq. Plautus. 214.. Sicut hodie nos inter alias præstitimus pulchritudine: id est, cæteras pulchritudine superauimus. Ad aliquid. 2. uolumine philosoph. 57.. Nulla est enim insatiabilior species, nulla pulchrior, & ad rationem, solertiamq; præstantior. Damnum. de officijs. 65. Quicquid enim inest prædio uitij, id statuerunt, si uenditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstare oportere: id est, satisfacere. Ita Culpam. 2. uolum. philosoph. 191.. Nam Cassiæ legis culpam Scipio tuus sustinet, quo autore lata esse dicitur: tu si tabellariam tuleris, ipse præstabis. in orator. libr. 94. Perge uero Crasse, inquit Mutius, istam enim culpam, quam uereris, ego præstabo: id est, mihi ascribi permittam. uulgò, la colpa sia mia. Periculum. Cæsar. 164.. Ille neque legatos Cæsaris recipere, neque periculum præstare eorum. uulgò, assecurarli. Dictum. de officijs. 63. Sin autem dictum non omne præstandum est, quod dictum non est, id præstandum putas? Fidem. in familiar. 7.. Vt si Rex amicis tuis, qui per prouinciam imperij pecunias ei credidissent, fidem suam præstitisset. Cæsar 201.. Fidem Pop. Rom. sibiq; præstaret. 3. uolum. orat. 241.. Animum eundem. in familiar. 10.. Eum certe me animum merito ipsius debere arbitrabar, quem antea tantummodo communi officio ciuium, non aliquo erga me singulari beneficio debitum præstitissem. Ita Aliquem. Attico. 93. Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipsum, quàm per me in

Brutum, quem tamen ego præstare non poteram. Casum. in familiar. 73.. Id est, ut communem, incertumq; casum, quem neque uitare quisquam nostrum, neque præstare ullo modo potest, sapienter ferres. Vt ea nobis prastanda sunt, quæ nostra culpa eueniunt: ita contra, ea præstare nequaquam tenemur, quæ casu contingunt, qui sapienti etiam dominatur. Reliquid. in familiar. 55.. Tu uero, ut intelligas homini amicissimo te tribuisse officium, re tibi præstabo: id est, non modo uerbis, sed re ipsa præstabo. Officium. in familiar. 49.. Vt magis ipsi uideantur aliorum consolatione indigere, quàm alijs posse suum officium præstare. Ita Rempub. alicui. Att. 157. Quibus interdum præstare uidentur etiam remp. debere: id est, conseruare. Consuetudinem. in familiar. 65.. Siquis forte fuerit, qui nostræ dignitati obesse uelit, peto à te, ut tuam consuetudinem, & liberalitatem in me defendendo mihi præstes. Beneuolentiam. in famil. 40.. Præstat tibi memoriam beneuolentiamq; quam debet. Item. 55. Memoriam. in famil. 40.. uide beneuolentiam. Constantiam. Att. 19. Vt reipub. constantiam præstem. Frumentum. Cæs. 6. Hos seditiosa, atq; improba oratione multitudinem deterrere, ne frumentum conferant, quod præstare debent. Se eiusmodi. 1. uol. orat. 148. Verum etiam seipsum eiusmodi fore profitetur, ac præstat. Vicem alicuius. Sall. 82. Per deos immortales utrum censetis me uicem ærarij præstare, &c. Multo alicui. in or. lib. 28.. Multo mihi, multo inquam Iud. præstat. Item. 3. uolum. orat. 80. Emori potius, quàm seruire præstaret. nunc uero utilitatem significat.

Præstituere, est præscribere, præfinire: maxime de tempore. Diem alicui. Terent. 133.. Certe hercle si satis ego commemini, tibi quidem olim est dies, quam ad dares huic præstituta: id est, præfinita. Item. 1. uolumine orationum. 106. Diem præstituit operi faciundo Calend. Decembris: locat circiter idus Septemb.

Septemb.

Præstolari dicitur is, qui ante stando ibi, quò uenturum excipere uult, moratur. tum uero cum accusatiuo construitur: interdum præsto esse, ut ait Don. tum uero datiuum etiam postulat in constructione, ut in exemplis. Aliquem. Terent. 47. Quem præstolare? Alicui. in orat. lib. Qui tibi ad forum Aurelium præstolaretur.

Præstringere. Dicebam ad uerbum perstringere, quædam, quæ huius uerbi propria esse uidentur, communia cum illo facta esse. ut aciem siue oculorum, siue animi præstringere magis, quàm perstringere & diceremus, & scriberemus quod tamen & per perscribere, & scribunt, & proferunt. quid si contra item in hoc factum sit? nam cum breuitatem significare uolumus, magis dicendum uidetur perstringere, quam præstringere. ut eodem modo percurrere orationem, cum lectionis celeritatem significamus, non autem præcurrere dicimus: & tamen scribunt, & proferunt præ magis etiam, quàm percurrere scripturæ rationem nos integram reliquimus, satis hoc, quicquid admonitionis fuisset, futurum arbitrati. Oculos. Plaut. 145.. Curate ut splendor meo sit clypeo clarior, quàm solis radij esse olim, cum sudum est, solent, ut ubi usus uenit contra conserta manu oculorum præstringat aciem in hostibus. Aciem ingenij. 1. uolumine orationum. 625. Mihi enim uidetur periculum fore, ne ille non modo uerbis te obruat, sed gestu ipso, ac motu corporis præstringat. Portam. 3. uolumine orationum. Cuius quidem uomere portam Capuæ penè præstrinxisti: id est, rasisti. Item, Rei magnitudo me breuiter præstringere atrocitatem criminis non sinit: id est, attingere.

Præterire, proprie est ultra id progredi, quo iter destinaueramus: sed perornate transfertur ad multa alia. Villam. Terent. 38. Quid opus est uerbis? dum hæc reputo, præterij impru-

dens uillam: id est, prætergressus sum. Item. 38.. Villam prætereo sciens. nunc est relinquo. Officium. in famil. 145. Nullum enim in te officium, ne minimum quidem sine maxima culpa uideor posse præterire. Item. 1. uolum. orat. 12. Quod officium Aquili commemorari procuratoris potest? quod ab Alpheno præteritum esse uideatur: id est, omissum esse. Scelus. in fam. 61.. Nihil Antonium sceleris, nihil crudelitatis præteritum fuisse. Aliquem. 3. uol. or. 168. Fratris filium præterijt: id est, posthabuit. Aliquid silentio. in fa. 64. Non enim fuit, aut mediocre, aut obscurum, aut eiusmodi, quod silentio posset præteriri. 3. uol. orat. 184.. Hoc uero recens edictum D. Bruti quod pauloante propositum est, certe silentio non potest præteriri. Annum. in famil. 115. Hoc sic præterito anno. Aliquid aliquem. in fam. 9. Sed te non præterit, quàm sit difficile sensum in rep. præsertim rectum, & confirmatum deponere. Item. 1. uol. orat. 150. Neminem uestrum præterit Iud. id est, fugit, latet. Item in fam. 147.. Non me præteribat in tanta solicitudine &c. id est, non ignorabam. In petitionibus etiam præteriri dicebatur is, qui repulsam tulisset. 2. uol. orat. 261. Sed Po. à quo es præteritus, in culpa est. Item. 260.

Prætermittere, est omittere, seponere: interdum præterire, & consulto relinquere. ex eo Ci. de offic. 54. recte opponi uidetur, qui inquit, Qui negant eum locum à Panætio prætermissum, sed consulto relictum. Autoritatem alic. ex re. 2. uol. orat. 140. Tolle mihi è causa nomen Catonis, remoue, ac prætermitte autoritatem, quæ in iudicijs, aut nihil ualere, aut ad salutem debet ualere. Silentio aliquid. 3. uol. orat. 248.. Ac ne illud quidem silentio P.C. prætermittendum puto: id est, prætereundum. Voluptatem. 1. uolum. phil. 58.. Hi uoluptatem maximam adipiscuntur prætermittenda uoluptate: id est, contemnenda uoluptate.

Præteruehi, est ultra eum locum uehi, quo in loco sisti debebat. ut

bat. ut Aures aliquid. 3. uolum. orat. 55.. Etenim ei succedo orationi, quæ non præteuecta sit aures nostras, sed in animis hominum penitus insedit. ita uocem, ita cantum, ita de multis eiusmodi.

Prætexere, est tegere, & diuersum ab eo, quod est, ostendere. aliquando prius ordinare. Cupiditatem. 3. uol. orat. 91.. Neq; enim quisquam potest exercitum cupere, aperteq; petere, ut non prætexat cupiditatem triumphi. item sic omnia, quæ fiunt, quæq; aguntur lenioribus principijs natura ipsa prætexuit.

Præuaricari, proprie est uera crimina aduersarij tegere. Nouero ait, præuaricator à prætergradiẽdo uocatus est, quasi qui ad aduersariũ trãseat. 2. uol. or. An ut præuaricaretur. 1. uol. or. 64. Vtrũ te perfidiosum, an præuaricatorẽ existimari mauis?

Præuenire aliquid. de offic. 58. Nisi aliquis casus, aut occupatio consilium eius præuenisset: id est, impedimento fuisset.

Præteruenire casum aliq. aliqua re. Asc. 11.. Huius sunt enim Tragœdiæ, quæ inscribũtur Iulij, hi autẽ Iulij, & Antonius ab satellitibus Marij sunt occisi, cum Crassus (ut supra diximus) eundem casum sua manu præterueniisset.

Præuertere, & Præuerti deponens, aliquando significant ualde uertere, plerunq; anteponere. In qua significatione dicimus præuertere, & præuerti alicui rei. Plautus tamen dixit præ aliquo loco alicui. in altera uero significatione tantum aliquid præuertimus. idq; tantum in uoce actiua dicerem. Plaut. 50. Sequere, te ut amittam, ei rei primum præuerti uolo: id est, hoc ante omnia expedire uolo. Item Plaut. 169.. Ocium non est, mandatis rebus præuorti uolo. Plaut. 188.. Hoc præuortar principio. illa omnia missa nunc habeo, quæ ante agere cœpi. Item. 2. uolum. philosop. 82. Ita tamen si uacas animo, neque habes aliquid, quod huic sermoni præuertendum putes. Item Cæs. 86. Huic rei præuertendum existimauit. nunc est pro occurrere

currere. Præ aliqua re aliq. Plaut. 8. Nec me uxorem præ uortisse dicant præ Rep. id est, Reipub. uxorem præposuisse. Aliquid. 1. uolum. orat. 175.. Nemo unquam me tenuissima suspitione perstrinxit, quem non præuerterim: id est, exagitarim, diuexarim. nunc præ, ualde significat.

Priuare, est cum quod proprium alicuius sit, id ab eo si auferatur. tamq; de malo, quàm de bono dicitur. Aliquid aliqua re. in famul. 54.. Nec eam multis claris uiris orbatam priuare etiam aspectu tuo. Voluptate aliq. 1. uol. phil. 58. Ob eumq; errorem, & uoluptatibus maximis sæpe priuentur, & prauissimis animi doloribus torqueãtur. Aegritudine aliq. 1. uol. phil. 200. Quærendum est igitur quemadmodum ægritudine priuemus eum. Ita Dolore aliq. 1. uol. phil. 56.. Nam quoniam cum priuamur dolore &c.

Probare, ut probi sunt quasi prohibi, ita probare est quasi prohibere. quod uero prohibetur à malis, dignum est laude. Probare igitur recte laudare significabit. Interdum etiam efficere, quod recte laudetur. eodem modo quia quæ laudabilia sunt, non recusantur, ideo pro accipere etiam usurpatur. dicimus uero & aliquid, & de re aliqua, & pro re aliqua probare. Aliquid alicui. 3. uolum. oration. 114.. Quod si Miloni locus datus esset, probasset profecto tibi ipsi, neminem unquam hominem homini cariorem fuisse, quàm te sibi. Item Att. 61. Est enim mihi utendum quibusdam rebus ex ijs libris ad eos, quos in manibus habeo, quos, ut spero, ualde tibi probabo. Item. 91. Hæc à me ordine facta puto meo Bruto probaturum, tibi nescio, Catoni certe probabo. Causam suam. 1. uol. oration. 17. Si causa cum ipsa contenderet, nos nostram perfacile cuiuis probaturos statuebamus. Att. 2. Spero me tibi causam probasse: id est, ostendisse causam meam honestam esse. De re aliqua. Att. 266. Quibus de meo celeri reditu non probabam: id est, non satis honestam causam afferebam de reditus mei celeritate.

Memorem

Memorem me. in famul. 158. Et multo præsens obseruantia, indulgentia, assiduitate memorem me tibi probare: id est, ostendere. In uulgus aliq. de offic. 116. Cato autem perfectus meæ sententia Stoicus, & ita sentit, quæ non sane probantur in uulgus, & in ea hæresi est, quæ &c. id est, quæ uulgo non placẽt. Commendationem. Att. 81.. Lemnio tuas commendationes, & statim uerbis, & re aliquo tempore probabo: id est, ostendam ualuisse. Pro re. Terent. 33. Præterea forma, ætas ipsa est facile ut pro eunucho probes: id est, ut pro eunucho habearis. Diem. in famul. 128. Quare diem istum probo: id est, placet dies, accipio diem.

Procedere, interdum est pro succedere, nonnunquam progredi. Att. 165.. Quid agam nunc? cui nihil procedit? caduntq; ea, quæ diligentissime sunt cogitata, teterrime: id est, secus omnia eueniunt. Ex sententia alicui. in orat. lib. 95. Vnam, quod intelligerẽt ij, quos usus, ac natura docuisset, nõnunquam summis oratoribus non satis ex sententia euentum dicendi procedere. Parum. Terent. 16. Nisi id putas, quia primo processit parum, non posse iam ad salutem conuerti hoc malum: id est, succedere. Insidias alicui. Sallust. 11. Ibi multa secum ipse uoluens, quòd neque insidiæ Consuli procedebant: id est, factæ consuli. Terent. 99.. Syre processisti hodie pulchre: id est, Syre hodie tibi pulchre processit. facit enim Syrum, non rem procedere. ut tam hominem procedere in hac significatione, quàm etiam rem recte dicamus. Ad tibiam. 1. uolum. philosop. 182.. Militiam uero nostram dico, non Spartiatarum, quorum procedit ad modum, ad tibiam, nec adhibetur ulla sine anapæstis pedibus hortatio. Cum ætate aliquid. Att. 200.. Præterea ad uirtutem maior indoles, ut minime mirum futurum sit, si cum ætate processerit: id est, creuerit. Eo magnitudinis. Sallust. 26. Et eo magnitudinis procederent. Vbi pro mortalibus gloria æterni fierent: id est,

ad eam

ad eam magnitudinem uenirent. Item.27. Eoq; uecordiæ proceßit, ut ſtudijs ciuilibus bellum, atque uaſtitas Italiæ finem faceret: id eſt, uſque eo uecordes facti ſunt. Obuiam aliqu. ali. in fa.102. Nam ei obuiam proceſſerā millia paſſus centum. Pagellam. in fa.179. Altera iam pagella procedit. complerat alteram pagellam, cum etiam pergeret ſcribere. quare ait altera procedit. Funus. Ter.3.. Funus interim procedit: id eſt, progreditur, quia pompa in longum ducitur. Iter dierum. Cæ.71.. Neq; quiſquam eſt huius Germaniæ, qui ſe aut audiſſe, aut adiſſe initium eius ſyluæ dicat, cum dierum iter LX. proceſſerit. iter puto legendum, ut uiam. Viam tridui. Cæſ.12. Cum tridui uiam proceßiſſet. In ſolem. Ter.167.. Proceſſerat enim in ſolem, & puluerem, non ut è militari tabernaculo, ſed ut è Theophraſti doctißimi homunis umbraculis: id eſt, exierat. Ita Extra munitiones. Cæſ.59.. Procedit extra munitiones: id eſt, exiuit. In aliqua re. 1.uol. phil.91. Qui tum in philoſophia, tum in optimo genere philoſophiæ tantum proceſſeris: id eſt, proficeris. Honoribus longius. in orat. lib.180.. Is proceßiſſet honoribus longius, niſi ſemper infirma, atq; etiam ægra ualetudine fuiſſet. Via & ratione aliq. 1.uol. phil.54.. Non quo uos ignorare arbitrer, ſed ut ratione, & uia procedat oratio: id eſt, recte, & ordine.

Procreare periculum alicui. Att.37. Si mihi periculum procrearetur ab eo.

Prodere, eſt modo patefacere. idq; contra officium ſæpius. modo differre, producere, protrahere tempus, longæuum feciſſe inquit Sex. Amicitiam aliq. Salluſt.83.. Eumenem, cuius amicitiam gloriosè oſtentant, initio prodidere Antiocho pacis mercede poſthabita. Caput alicuius. in orat. libr.143.. Neque uero longe ab eo C. Iulij caput hoſpitis Hetruſci ſcelere proditum, cum Iulij fratris capite iacuit. Remp. Sall.39.. Dicet aliquis, quid igitur cenſes? uindicandum in eos, qui hoſti

hoſti prodidere Remp. Fidem. Sall.9. Sed ea ſæpe antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat, cædis conſcia fuerat &c. Officium. 1.uol. phil.7.. Vide fidem. Literis aliquid. 1.uol. orat.85.. Ne poſtea quidem cum in ea ipſa loca ueniſti, & potuiſti accipere id, quod eſt proditum memoriæ, ac literis: id eſt, mandatum. Memoriæ ſermonem alic. in orat. lib.144. Sermonemq; L. Craſſi reliquum, ac penè poſtremum memoriæ prodamus: id eſt, mandemus. 3.uol. orat.103. Non ſine cauſa fictis fabulis doctißimi homines memoriæ prodiderũt eum, qui &c. Poſteris aliquid. Cæſ.100.. Cuius rei exemplum ſi non haberemus, tamen libertatis cauſa inſtituī, & poſteris prodi pulcherrimum iudicarem. Memoriam poſteris. de offic.46. Danda igitur opera eſt, ut his beneficijs quamplurimis afficiamus, quorum liberis, poſterisq; prodatur memoria. Monimentum. 2.uol. phil.82.. Nihil eſt autẽ, quod non longinquitas temporum excipiente memoria, prodendisq; monimentis efficere, atque aſſequi poſſit. Nomen. 1.uolum. phil.170. Cum Lacedæmonius quidam, cuius ne nomen quidem proditum eſt, mortem tantopere contempſerit: id eſt, cuius ne nomen quidem extat. Dies rei. Terent. Vt aliquot ſaltem nuptijs prodat dies: id eſt, proferat. Diem. 2. uol. orat. 222. Primum, ut ne pœna capitis cum pecunia coniungatur: deinde ne pro indicta die quis accuſetur: ut ter ante magiſtratus accuſet intermiſſa die, quàm mulctam irroget, aut iudicet. quarta ſit accuſatio Trinum nundinum, prodita die, qua die iudicium ſit futurum. Flaminem. Aſc.14. Milo Lanuuium, ex quo erat municipio, & ibi tum dictator profectus eſt ad flaminem prodendum: id eſt, declarandum. Interregem. Aſc.14. Qui interregem prodere non eſſent paſti, cum interregem prodere moris eſſet ad III. Cal. Feb.

Prodeſſe, eſt utile eſſe, & quaſi pro nobis eſſe, ut exponit Do. ſuper illud Terent. III.. Quod reliquid, profuit. Inter ſe

alios

alios alijs. de offic.5. Ita enim est,ut alij alijs, & alij alijs inter se prosint.

Prodigere, est consumere,absumere, per luxuriem rem abuti. Sall.76. Nisi Vectius Picens,& scriba Cornelius aliena bene parta prodegerint. Item Plaut. 37.. Festo die siquid prodegeris,profesto egere liceat.

Prodire, non solum est in apertum exire, sed etiam porrò ire. **In conspectum** ad aliq. Plaut. 111. Pudet prodire me ad te in conspectum pater. Item Plaut. 129. Is me adijt, nam illum prodire pudet in conspectum tuum. **Et in conspectum** alicui. Terent.131.. Neq; mihi in conspectum prodijt. Ita **In publicum**. Att.125.. Scio equidem te in publicum nõ prodire. Sed tamen audire te multa necesse est. **In lucem** aliq. in orat.lib.168. Vides'ne igitur,ut in ea ipsa urbe, in qua, & nata,& alta sit eloquentia,quàm ea sero prodierit in lucem:id est, clara facta sit. Item Terent. 57. Anus quædam prodijt : id est, exijt. **Extra** modum. de offic.28.. Ne extra modum sumptu, & magnificentia prodeas. **Obuiam** alicui. in famil.39. An ego tibi obuiam nõ prodirem? primum Appio Pulchro, deinde imperatori. **In funus**. Terent.3.. Ego quoq; eius causa in funus prodeo. De re rust.41.

Producere, proprie est in locum ducere, proferre. significat etiam quasi procreare. quod No. exponit instituere. & quædã alia,ut in exemplis. **Moram** ali. rei. Ter.14. Dicam aliquid iam inuẽturum,ut huic malo aliquam producam moram: id est, proferam. **Diem**. Terent.90. Nam iam adibo, atq; unumquicquid, quod quidem erit bellissimum, carpam, & cyathos sorbillans paulatim hunc producam diem : id est, transigam. **Sermonem** in noctem. de offic. 126.. Post autem regio apparatu accepti sermonẽ in multam noctem produximus : id est, sermoni nostro magna pars noctis addita est. **Vitam**. Cæs. 225.. Alga è litore collecta, & aqua dulci lota, & ita iumentis esurientibus

esurientibus data,uitam eorum producebant. **Aliquid** conditionibus. 1.uol. orat.5. Ille homo acerrimus bonorum possessor,expulsor,ereptor annum & sex menses nihil petit,quiescit,conditionibus hunc quoad potest producit. **Rem**. Cæs. 143. Producitur tamen res, aciesq; ad solis occasum continentur. **Exercitum** è castris. Plaut.4. Hæc ubi legati pertulere, Amphitrio è castris illico producit omnem exercitum. Ita **In aciem** copias. in famil.162. Repente Antonius in aciem suas de uico produxit,& sine mora concurrit. **Testes**. Asc. 70.. Loqui enim nisi interrogato teste non licet,interrogabatur autem,& ab eo contra quem productus. Ita.3.uolum. orat.24. Productus est ab eo Cn. Pompeius, qui se non solum autorem meæ salutis,sed etiam supplicem Pop. Rom. exhibuit. **Puerum**. 1.uolum.orat.106.. Quid erat Hortensi tandem in illo puero populare? quid inuidiosum? Gracchi credo aut Saturnini,aut alicuius hominis eiusmodi produxeram filium, ut nomine ipso,& memoria patris. **Antonium**. Att.236. Expecto si,ut putas,L. Antonius produxit Octauium qualis concio fuerit.nunc idem est cum dare concionem. Item.8. Fusius in concionem produxit Pompeium. **Filium**. 1. uol.orat.82.. Nihil à me de pueritiæ suæ flagitijs,peccatisq; audiet,nihil ex illa impura adolescentia sua,quæ qualis fuerit, aut meministis, aut ex eo quem sui simillimum produxit recognoscere potestis : id est, filio. Ter.83.. Seni animam primum extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus. de patre adolescentis intelligit : quia est in longum sobolem ducere. **Nomen**. 2.uolumi.philosop.39. Datum est igitur Neptuno altero Iouis,ut uolunt, fratri maritimum omne regnum, nomenq; productum, ut Portunus à portu, sic Neptunus à nando, paulum primis literis immutatis : id est, deriuatum. **Aliquid**. Terentius. 85.. Qui egomet produxi : id est, deduxi. No. exponit. ubi etiam quin legit. ego exponerem, qui magnam partem uiæ comitatus

tus sum. Virginem. Ter. 27.. Is ubi hanc forma uidet honesta uirginem, & fidibus scire, precium sperans, illico producit, uendidit. Ita Seruos. Ter. 53.. Ancillas, seruos, nisi eos, qui opere faciundo facile sumptum exerceat suum, omnes produxi, ac uẽdidi. producere est foras ducere, inquit Do. & proprie res uenales producuntur.

Proferre, modo est differre, modo palàm facere significat. Auctionem. Att. 207.. Dices igitur, uel amico tuo, uel Othoni cohæredi meo, uel Labeoni nostro, paulum proferat auctionẽ: id est, differat. Diẽ latius. Att. 208. Quòd si latius uolẽt, pferre diẽ, poterũt uel biduũ, uel triduũ, uel ut uidebitur. nihil enim interest: id est, differre. Gradũ. Pl. 139.. Vt ætas mea est, atq; ut hic usus fãcto est, gradũ proferam: id est, grandibo, tollam. Aliquid. Att. 327. Etiam illud te admoneo, ne quid ullis literis cõmutas, quod, si prolatũ sit, molestè feramus: id est, palàm factũ. Palam aliq. Ter. 73. Rem profert palàm. In lucem. in or. lib. 97.. Et illa cõmẽtatio inclusa in ueritatis lucẽ proferenda est: id est, exponẽda est. Itẽ. 98. Non dubitares rogare domi num, ut proferri iuberet: id est, exponi. Itẽ. 98. In medium. 1. uol. ph. 71. Turpissimũ illud facinus nõ solũ grauiter tulit, sed etiam in mediũ protulit: id est, palàm fecit. Item. 1. uol. ph. 80. 1. uol. or. 227. Aliquid. 1. uol. or. 6. Hæc tu scis ad me esse delata, quæ si uelim proferre. Tabulas. Asc. 73.. Dabo, inquit, si quis tabulas testamenti bene obsignatas protulerit. Testamentum. Asc. 74. Quamuis ille testamentum non proferat.

La. Val. Proficere. In hoc uerbo Lau. Vall. accusat Raudensem quod trãsitiue hoc usus sit, loco scilicet uerbi prodesse. cum prodesse inquit ad alios quoq; spectet, proficere uero tantum ad se. Ci. tamen dixit profici nobis. Att. Ita quidem spero nobis profici: id est, prodesse, nos iuuare.

Proficisci. Et eundi, & redeundi uerbum significationem retinet. ut Obuiam alicui. Cæ. 80. Atq; obuiam Cæsari proficiscitur

iscitur. In possessiones aliq. 1. uol. or. 16. Proficiscenti tibi in possessionem prætor ipse Sex. Næui palàm dicit. Suppetias alicui. Cæ. 226. Elephantisq; triginta relictis suis finibus, oppidisq; suppetias profectus est. Silentio. Cæ. 82. Quibus rebus cognitis media nocte silentio profectus ad hostium castra peruenit. Proficiscens aliquò. Atti. 325. Hæc scripsi ad VIII. Cal. Nouemb. quo die ludi committebantur, in Tusculanum proficiscens. Ab aliquo. 1. uolum. philosoph. 62.. Tria uix amicorum paria reperiuntur, ut ad Orestem peruenias profectus à Theseo: id est, exordiens à Theseo. Aliquid in aliq. in famul. 30. Quamobrem quæcunq; à me ornamenta in te proficiscentur. Item. 30.. Omnia, quæ à me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima. Item. 62.. Ego enim si abs te summa officia desiderem, mirum nemini uideri debeat, omnia enim à me in te profecta sunt, quæ ad tuum commodum, &c.

Profiteri, est palam aliquid significare, polliceri. uerum alius est occultior sensus, is autem est, cum deferimus magistratui, quantum alicuius rei possideamus, id quod etiam ex prouincijs decedentes faciebant magistratus intra certos dies: qui uero nõ essent ad id tempus professi, ratio eorum non habebatur. Nomen suum in aliq. re. Ter. 25. In his poëta hic nomen profitetur suum: id est, se unum ex his esse fatetur. Voluntatem bonam in famul. 147. Non me præteribat in tanta solicitudine hominum, & tam perturbato statu ciuitatis fructuosissimam esse professionem bonæ uoluntatis. Impudentiam, Potentiam. 1. uolum. orat. 73. Quiq; ad hanc rem, aut potentiam, aut impudentiam suam professi sunt, abstineant in hoc iudicio manus, animosq; ab hoc scelere nefario: id est, qui aperte impudentes sunt. Magistrum alicui. Att. 315. Et, nisi ille contemnat, etiam magistrum me ei profitebor. Se. Atti. 302.. Nostræ tamen causæ non uidẽtur homines defuturi. mirandum

in modum profitentur, offerunt se, pollicentur. Se docere. in orat. lib. 167. Alijq; multi temporibus eisdem docere se profitebantur. Studium suum ali. Att. 282.. Italiæ sua uobis studia profitenti remisistis: id est, offerēti. Operam. 1. uol. or. Vt ad ea tollenda operam suam profiterentur. Iugera. 1. uol. orat. 172. Iugera professi sunt aratores omnes imperio, atque instituto tuo. Item, Edixerat, ut aratores iugera sationum suarum profiterentur. Item: Nō quo iugerum numerum uere profiteri esset difficile. Ad aliq. de re rust. 44. Itaq; greges ouium longe abigūtur ex Apulia in Samnium æstiuatū, atq; ad publicanum profitentur, ne, si inscriptum pecus pauerint, &c. Intra legitimos dies. Sall. 6.. Post paulò Catilina pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat petere consulatū, quòd intra legitimos dies profiteri nequiuerit. Cincius apud Gell. 225.. Aut profitebere in triduo proximo. 2. uol. or. 187. At non est professus, imò uero his tabulis professus. Item in fa. 265.. Tu uero confice possessionem si potes, & si hæc pecunia ex eo genere est, ut professione non egeat.

Profligare. Verbum passiuum ad usum trahi cœptum est, nam cum sit profligatum perditum, & ad internicionē adductum, nunc perfectum solum, tum aut ædificium, aut aliquod utile inceptum dicendum putant, cum affectum dici debeat, non profligatum. M. tamen Tullius in Tusculanis. 1. uol. phil. 231. Profligata iam, & penè ad exitum deducta quæstio est, dixit. hæc de hoc uerbo refert No. Marcellus. Hostes. Cæs. 80.. Quibus profligatis rursus oppidani perterriti, &c. Remp. in or. lib. 143. Si cum suis consilijs Remp. profligasset: id est, perdidisset.

Profundere. Habet rei uerbum, quæq; illa sit, largā emissionem. Sanguinem. 3. uol. orat. 198. Sanguinem nostrum sitiebat, suum in illa gladiatoria pugna multum profuderat. Vocem. 1. uol. ph. 187. Sed quia in profundenda uoce omne corpus intenditur, uenitq; plaga uehementior. Vitam. in fa. 4..

Quid

Quid enim me ostentem, qui si uitam pro tua dignitate profundam, nullam partem uidear tuorum meritorum assecutus. Item de off. 17. 3. uol. or. 203. Largitionem. Asc. 13. Annius Milo, & P. Plautius Hipseus, & Q. Metellas Scipio consulatum petierunt, non solum largitione palam profusa, sed etiā factionibus armatorū succincti. Pecuniam. de off. 17. Inuenti autē multi sunt, qui nō modo pecuniam, sed uitam etiam profundere pro patria parati essent. Odium omne in aliq. 3. uol. or. 82.. Omne odium inclusum nefarijs sensibus impiorum in me profudistis. Ter. 78.. Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet. Cupiditates. 3. uo. or. 41. Et ipsa natura profundit adolescentiæ cupiditates: id est, largiter effundit.

Progredi. Et hoc unum ex eis est, quæ cum intransitiua sunt, tamē quasi sui effectus uoce fiunt trāsitiua. ut in grandire dicebamus. Viam. 2. uo. ph. 86. Cum iam progressus esset multorum dierum uiam, &c. Iter bidui. Cæs. 152.. Curio Martium Vticam præmittit, ipse codē cū exercitu proficiscitur, biduiq; iter progressus, ad flumen Bragadam peruenit.

Prohibere, sanè est uetare. usus uero est aliquid aliqua re, & ab aliqua re prohibere. Aliquid re aliqua. 3. uolum. or. 207. Quid egit aliud, nisi ut penè corpore suo Gallia prohiberet Antonium? Item. 236.. Non ne eo ex Italia consilio profectus est, ut prohiberet Syria Dolobellam? Aditu. Atti. 56. Qui mecum erant facile operas aditu prohibuerunt. Ita Iniuria aliq. de off. 41. Qui cum prohiberet iniuria tenuiores æquitate constituenda, summos cum infimis pari iure retinebat. Commeatu, Pabulatione. uide intercludere. Cæ. 106.. Pabulatione autē, quæ propter anni tempus cum exigua, tum disiecta esset, & frumentatione, & reliquo commeatu ex insidijs prohibere Romanos. Item. 5.. Ita Calamitate. 2. uol. orat. 7. Magnum eorum ciuium numerū calamitate prohibere. Ab iniuria aliq. Sall. 72. Tamen ab iniuria manum prohibet: id est, non

paßus eſt illi iniuriam fieri. A periculo. 2. uol. or. 7. A quo periculo prohibe Remp. Ita A pugna. Cæ. 46.. Secutæ ſunt continuos complures dies tempeſtates, quæ & noſtros in caſtris continerent, & hoſtem à pugna prohiberent: id eſt, impedirent quo minus pugnarent.

Proiícere, eſt in longum aliquid iacere. quoniam uero quæ cæteris eminent, longius quodammodo iacta uidentur, ideo pro emunere ponitur: pari ratione, quoniam contempta à nobis proculabijcere ſolemus, pro ſpernere, & negligere accipitur. Audaciam. 2. uol. or. 56.. Eminet audacia, atq; proiecta eſt. nunc eſt ualde eminere. Aliq. Cæ. 128.. Quibus rebus penè perfectis aduentu Curionis queritur in concione ſeſe proiectum, ac proditum à Cn. Pompeio: id eſt, neglectum, contemptum.

Prolabi aliq. aliquare. Att. 15.. Aſiani, qui de Quæſtoribus conduxerunt, queſti ſunt in Senatu, ſe cupiditate prolapſos nimium magno conduxiſſe, ut inducerentur locatio poſtulauerunt.

Prolatare, eſt differre, producere. Dies. Salluſt. 15. Cethegus ſemper querebatur de ignauia ſociorum, illos dubitando, & dies prolatando magnas opportunitates corrumpere. Conſultationes. Sall. 37. Profecto omnis inuidia prolatandis conſultationibus dilapſa foret: tanta uis gratiæ atq; pecuniæ regis erat. Item. 83.. Imperium. Salluſt. 84. Neu malis pernicie noſtra tuum imperium prolatare, quàm ſocietate victor fieri. nũc eſt augere, latiſſimum imperium conſtituere.

Proloqui, eſt palàm, aperte, clare loqui. Ter. 116. Nequeo ſatis, quàm hoc mihi uidetur factum praue, proloqui.

Prolongare, eſt in longum ducere, differre. Pl. Quæ mihi anus prolongat promiſſa.

Promere, eſt ex loco interiori aliquid proferri. 1. uolum. philoſoph. 91. Nam in Tuſculano cum eſſem uellemq; è bibliotheca pueri Luculli quibuſdam libris uti, ueni in eius uillam, ut eos

ut eos ipſe (ut ſolebam) inde promerem. Venuſtatem. Plautus. 281. Prome uenuſtatem amanti tuam, ut gaudia compares: id eſt, profer omnem uenuſtatẽ. Aduſum. de re ruſt. 40.. Niſi cum promitur ad uſum.

Promereri, ſæpius eſt de bono, itaq; Do. ait eſſe beneficium præſtare. Ter. 92. Ita uelim me promerentem ames, dum uiuo mi pater. Plaut. 16. Quid mali ſum here, tanta ex re promeritus? nunc eſt de malo.

Promouere, eſt porrò mouere, proferre, producere. Nuptias. Teren. 17. Eho tu impudens non ſatis habes, quòd tibi dieculam addo, quantum huic promoueo nuptias? id eſt, differo, produco. Terent. 45.. Moue uero ocius te mea nutrix. So. moueo. Ch. uideo, ſed nihil promoues: id eſt, proficis. Item. 15.. Vt aliquis dicat nihil promoueris: id eſt, proficis. Item. 117. Abibo hinc præſens, quando promoueo parum: id eſt, proficio.

Promittere. In propria ſignificatione eſt polliceri, cum barba uero, & capillo, & cæteris ſimilibus, ſignificat ad magnitudinem colere. & promittimus aliquid, & de aliquo. Vadimonium. 1. uolumine orationum. 155.. Ne extra forum ſuum uadimonium promittere cogantur, &c. De uoluntate ali. in famil. 98. Neque me hercule, minus ei prolixe de tua uolũtate promiſi, quàm eram ſolitus de mea polliceri: id eſt, tuam uoluntatem. Capillum. Plaut. 234.. Capillum promittam optimum eſt, occipiamq; ariolari. Barbam dixit Maro, comam Varro.

Promulgare, eſt quaſi proulgare. Legem. Att. 308. Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. Item. 3. uolumi. orat. 34. Legis autem promulgatio, legis lationem præcedebat. Promulgabatur autem lex cum propoſita in uulgus edebatur. Prælium. 2. uolum. orationum. 131. Etenim ut ait ingenioſus poëta, & autor ualde bonus prælijs promulgatis tollitur è medio, &c. Quæſtionem de aliquo, & pretia

alicui.3.uol.orat.34..Promulgaris ne impurissime,& perditissime hostis quæstionem de tot amplissimis,& talibus uiris? indici Vectio præmia amplissima.3.uol.or.34..Te id quod promulgasses misericordiæ nomine,ad crudelitatis tempus distulisse.

Pronuntiare,proprie est de ijs,qui habent ius cognoscendi, cum scilicet de re controuersa statuunt,aliquando est pro proferre.Decretum iudicum.3.uo.or.57. Nos Cn.Pompeium decretum iudicum de consilij sententia pronuntiatum recognoscemus?Iudicium.3.uo.or.100..Ex illo fonte & seminario triumphorum cũ arida folia Laueæ retulisses, cum ea abiecta adportam reliquisti,tum tu ipse de te sententiã tulisse uideris,tum iudicium pronuntiauisti,qui si nihil gessisses,tu dignum honore &c.Amplius.Asc.63.Ante legem Glauciam de comperendinatione,aut statim sententia dicebatur,si absoluẽdus esset reus,aut amplius pronuntiabatur,si uideretur esse damnandus. 1.uol.or.81.Verum,ut opinor,Glaucia primus tulit,ut comperendinaretur reus,antea uel iudicari primum poterat, uel amplius pronuntiari.hoc uero erat,cum non liquebat. Sententiam.in fa.151.Eo autem die magna mihi,pro tua dignitate cõtentio cum Scrullio,qui cum gratia effecisset,ut sua sentẽtia prima pronuntiaretur,frequens cum Senatus reliquit,& in alia omnia discessit,meæq; sententiæ,quæ secũda pronunciata erat, cum frequens assentiret Senatus.Cæ.120. Lentulus sententiam Callidij pronuntiaturum se omnino negauit. Item.72. Quam igitur pronuntiabit sententiam ratio?Nomen ali.in fam.69. Qui cum cæteris coronas imposuerunt uictoribus, eorumq; nomina magna uoce pronuntiauerunt. Memoriter.2.uolumine philosoph.23.. Summa enim memoria pronuntiabat plurimas Epicuri sententias, his ipsis uerbis, quibus erant scriptæ. Pomp.uenturum. Cæ.125.Literis perlectis,Domitius dissimulans in consilio pronuntiat Pompeium celeriter subsidio uenturum.

Propa

Propagare,est dilatare,amplius reddere.No.uero longe mittere, & uitium propitium esse uidetur, sed transfertur. Initium generis,Nomen.1.uolum.orat.273. Cum ipse sui generis initiũ,ac nominis ab se gigni,& propagari uellet:id est, longe mitti.Item.1.uolum. philosoph.154.. Quid propagatio nominis? Sobolem. 3.uolum.oratio.134..Reuocanda fides, comprimendæ libidines,propaganda soboles.Fines imperij. 3.uolum.orat.249.Hoc tu arcebis hostem,fines imperij propagabis:id est,prolatabis.Aliquid posteris.3.uo.orat.24.Hæc ampla sunt,hæc immortalia,hæc diuina, hæc fama celebrantur, monumentis annaliũ mandantur,posteritati propagantur.Ad memoriam sempiternam.2.uol.or.230.. Tamen huius uiri laudem ad sempiternam memoriam temporis calamitas propagauit.Memoriam suam.2.uol.orat.216.Et ad salutem urbis,& ad memoriam consulatus mei propagatam. Vitam.1. uol.orat.166.. orat.42.Et sibi uictu ferino uitam propagabant: id est,producebant.Tempora misera. in famil.71.. Et quasi exprobrare,qui in ea uita maneam, in qua nihil insit nisi propagatio miserrimi temporis. Salutem alic. uide memoriam. Poma. de re rust.35..Deinde uites putare incipere,& propagare,& serere poma.Gloriam.de offic.41..Vera gloria radices agit,atq; etiam propagatur.

Propellere,est longe pellere.Hostes.Cæ.101.Germani una in parte confertis turmis in hostes impetum fecerunt, eosq; propulerunt.

Propendere, in aliq.in orat. lib.120.Nam hoc necesse est,ut is,qui nobis causam adiudicaturus sit, aut inclinatione uoluntatis propendeat in nos &c.

Properare. Dictum est in festinare,quid hæc duo uerba inter se differant.dicimus uero properare absolute, & ad aliquid.3. uo.or.202.Magna hæc,ad maiora properat oratio.Ad epistolam. Att.29.. Complexus iuuenem dimisi, properans ad

epistolas. **Audire** de aliquo. in ora. lib. 186. Minime uero, inquit, nam & si me facile omni tuo sermone tenuisti, tamen is mihi longior uidetur, quod propero audire de te.

Philotheſia.

Propinare, proprie est prægustato leuiter uino poculum alicui offerre ad bibendum, quæ consuetudo initium habuit à principibus Græciæ, qui solenni die, quam Philotheſiam uocant miscere aureis, & argenteis poculis uina solebant, quæ è manu gestantium sumentes ori parumper admota, alteri, quem uoluissent, offerebant: ingens hoc argumentum beneuolentiæ existimantes. Vt Dido apud Virg. Primáq; libato summo tenus attigit ore, Tũ Biciæ dedit increpitans, ille impiger hausit Spumantem pateram, & pleno se proluit auro. Et Cic. 1. uol. phil. 169. Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ, qui in eum fuerat terrimus. Græci enim in conuiuijs solent nominare, cui poculum tradituri sunt, & à Græco dictum est πρὸ quod est ante, & πίνω bibo, quod & si proprium est de potu, de cibo tamen etiam dicitur. Pl. 29.. Tecum una postea æque pocula potitet, abs te accipiat: tibi propinet, tu bibas. **Cantharum**. Pl. 257.. Tibi propino cantharum, uinum tu habes. **Poculum**. Pl. 63. Iacto Basilicum, propino magnum poculum, ille ebibit, caput deponit. **Comedendum** aliq. Terent. 50. Hunc comedendum, & deridendum uobis propino: ecce comedendum. nam propinare deridendum aliquem alicui simpliciter non dixisset, ut etiam **Amicitiam**. Plaut. 187.. Manu candida cantharum dulcifrum propinare mitissimam amicitiam, quia dixerat cantharum ideo dixit propinare, quod etiam animaduertendum est in cæteris translatis, ut in degustare conuiuam admonui. **Salutem**. Plaut. 254.. Dent quæ uelis propino tibi salutem plenis faucibus, cœnabis apud me, quoniam saluus aduenis: ita quia cœnabis erat dicturus, propterea dixit propino tibi salutem.

Proponere, est proprie ante ponere, sed diuersa diuersis modis pro-

dis proponuntur, tamq; mala, quàm bona proponuntur, ut in exemplis. & aliquid alicui, & ad aliquid proponere dicimus. **Conditiones**. 2. uol. orat. 194.. Nunc si eadem conditio disceptationis proponetur. **Crucem**. Attic. 231. Quis enim audeat uiolare proposita cruce, uel saxo? nunc metum habet. **Contentiones** al. Attic. 33.. Cætera ut in magnis rebus minæ Clodij, contentionesq;, quæ mihi proponuntur, modice me tangunt. **Dignitatem**. in famil. 9. Quæ enim proposita fuerat nobis cum & honoribus amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus, dignitas in sententijs dicendis, libertas in Repub. capescenda, ea sublata tota est. est quasi nunc promittere. **Exemplum** ali. in famil. 51.. Sed opprimor interdum, & uix resisto dolori, quia ea me solatia deficiunt, quæ cæteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerunt. **Legem**. 2. uolum. orat. 179.. Lex dies fuit proposita paucos. **Libertatem**. uide dignitatem. **Mercedem**. Att. 309. Id me scis antea gratis tibi esse pollicitum, quid nunc putas tanta abs te mihi mercede proposita? **Occultationem, Licentiam, Impunitatem**. 1. uolum. philos. 80. Quod adulterium, quod stuprũ, quæ libido non se proripiet, ac proijciet, aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia? **Oraculis**. 3. uolum. orat. 6.. Facilius facta eorum occurrent mentibus uestris, si ora ipsa oculis uestris proposueritis. **Periculum**. 1. uolum. phil. 76.. 2. uolum. orat. 215. Sed te præsertim atq; ante oculos proposito periculo, neq; &c. **Præmiũ**. in or. lib. 86. Erant autem huic studio maxima, quæ nunc quoq; sunt proposita præmia uel ad gratiam, uel ad opes, uel ad dignitatem. **Pœnam**. 1. uol. phil. 76.. Quem quidem uos, cum improbis pœnam proponitis, impatibilem facitis. **Spem**. 1. uolu. orat. 66. Habet spem, quam propositam nobis habemus. 1. uolu. ph. 57.. Nulla spe proposita fore leuius aliquando. **Licentiã** 1. uol. ph. 80. uide impunitatem. **Veniam**. 2. uol. orat. 67. Cui

errato nulla uenia, recte facto exigua laus, et ab inuitis expressa proponitur. Vexillũ. Cæ. 24.. Vexillum proponendũ, quod erat insigne cũ ad arma cõcurri oporteret: id est, figẽdũ in publico. Aliq. ad scribendum est animo aliquid sumere, de quo scribat. Att. 73. Et si mihi nihil erat propositum ad scribendũ.

Propugnare, est uehementer contendere, omni conatu aliquid defendere. Pro aliquare. in fam. 175.. Nam Clodianis temporibus cum equestris ordinis princeps esset, proq; mea salute acerrime propugnaret, à Gabinio Cos. relegatus est. Item. 1. uol. phil. 244. Non ne pro suo partu ita propugnant, ut uulnera excipiant?

Propulsare, est longe aliquid repellere. sed de malis tantum. Periculum. 1. uol. or. 19.. Et in causa Sex. Roscij periculũ, quod in omnes intenditur, propulsetur. Iniuriam ab aliquo 1. uol. orat. 42.. Quem uides ipsum ab sese tam atrocem iniuriam propulsare non posse. Attic. 71.. Ciuem illum egregium relinquebam, & ad hæc, quæ timentur, propulsanda paratissimum. Odium, Inimicitias. 3. uolu. orat. 53.. Vt eiusdem nunc ab sese inimicitias, odiumq; propulset.

Proripere, & celeritatem, & clandestinam actionem uerbum habere uidetur. ut Se aliquo. Sall. 11. Deinde se ex curia domum proripuit.

Prorogare, est proferre, aliquid longius producere. Tempus. in fam. 21.. Rogo atq; oro ne patiare mihi quicquam ad hanc prouincialem molestiam temporis prorogari. Item Attic. 105. Diem. 1. uol. orat. 96. Impetrat à senatu, ut dies sibi prorogetur. Annum. Attic. 295.. Quare cura, ut hic annus, qui ad laborem tuum accessit, idem ad salutẽ Asiæ prorogatus esse uideatur. Att. 73.. Proinde pugna, ne, si quid prorogatum sit, turpis inueniar. Potestatem. Att. 100.. Quod eodem tempore esse intelligerem etiam fortunæ potestatem in nos prorogatam. Bellum. 3. uol. orat. 242. Nec solum prorogare bellum

lum, sed concedere etiam uictoriam? Spem. Plaut. 39.. Spes prorogatur militi in alium diem. Vitam aliq. Plau. 191.. Qui prorogare uitam possis hominibus.

Proscindere terram. de re rust. 32. Terram duram proscindere nisi boues magnis uiribus non possunt.

Proscribere. Mos fuit, ut cũ quis haberet aliquid uenale, scripto id palàm proponeret, id autem erat proscribere. pari etiam ratione de ijs, quorum bona in dissensione ciuili hastæ subijciebantur usurpari comperies, tamq; homines, quàm bona proscribebantur. Aliquid. de offi. 62.. Ille quod non placebat, proscribit, tu quod placebat emisti. Villam. de off. 65. Quod si qui proscribunt uillam bonam (ut ipsi efferunt) beneq; ædificatam, non existimantur fefellisse. Aedes. de offi. 65. Vt cũ qui ædes in Cælio monte habebat, demoliri eas, quarum altitudo officeret auspicijs, Claudius proscribit, insulam uendidit. Fundum. in fam. 142.. De quibus scriptum erat fundum Herculanensem à Q. Fabio fratre proscriptũ esse. Auctionem. Attic. 217. De auctione proscribenda equidem locutus sum cum Balbo: id est, de publicar lo incanto. Item. 1. uol. or. 3. Tabulam. Atti. 311.. Eosq; homines sibi emptos esse dixit (sic enim placuerat) & tabulam proscribit, se familiam Catonianam uenditurum. in tabula erat: familiam se Catonis uendere. 1. uol. orat. 3. Aliquid. 1. uol. or. 3. Eum non ita commode posse eo tempore, quæ proscripsisset, uendere. Homines. 1. uolu. orat. 21. Postea quàm uictoria constituta est, ab armisq; recessimus, cum proscriberentur homines, atq; ex omni regione caperentur ij, qui aduersarij fuisse putabantur.

Prosequi, aliquando est comitari, aliquando affectum significat, qui per ablatiuum exponitur: Interdum est idem quod persequi. Aliquid. Attic. 93. Is me nec proficiscentem Apameam prosecutus est. in fam. 205. Cum te prosequerer paludatum. in fam. 42. Quid mihi mandasti, cum te Puteolis

prose

prosequerer,& c. Item. 1. uolu. phil. 244. *Dabit, dabit inquam se in tormenta uita beata, nec iustitiam, temperantiam, in primisq; fortitudinem, magitudinem animi, patientiam prosecuta, cum tortoris os uiderit, consistet: id est, comitata, consecuta.* Ita Cum *equis aliq. Attic. 314.. Quòd cum essent cum equis prosecuti.* Existimationem *aliq. 1. uol. orat. 18.. Quo minus, quæ existimatio P. Quintium usq; ad senectutem produxit, eadem usque ad rogum prosequatur.* Beneuolentia, Misericordia *aliq. in orat. lib. 165. Illius uero mortis opportunitatem beneuolentia potius quàm misericordia prosequatur.* Ita Impudentia. *in famul. 226. Deinde impudentia prosequor, sed idem sarciam: id est, pudet me tui.* Aliquid. *Attic. 268.. Difficile enim est omnia prosequi: id est, persequi. Item. 258.. Locum Posidonius prosecutus est. de off. Sequitur, ut hæc officiorum genera prosequar.* Relíqua. *3. uolu. orat. 248.. Reliqua Po. Rom. in ea familia, quam uidit amplissimam, prosequetur.* Ius suum. *Ter. Ego ius meum prosequar: id est, persequar.*

Prosperare *alicui. Plaut. 221. Nunc & amico meo prosperabo, & genio meo multa bona faciam.*

Prospicere, *proprie est longum uidere. quoniam uero qui in longum uident, prudentes sunt, & prudentes recte suis rationibus prouident, ideo pro cõsulere sæpius est positum. & tum alicui prospicere dicimus, cum in altera significatione, aliquid aliqua re prospicimus.* Coniectura. *2. uol. orat. 215. Neq; id coniectura prospiciebamus: sed iam experti uidebamus.* Animo. *3. uolum. orat. 40. Sed totum genus oppugnationis huius iudices, & iam prospicitis animis, & c. Item. 3. uol. orat. 85.. Alias prospexi animo procellas.* In posterum. *in fa. 22. Sed ut ab homune lõge in posterum prospiciẽte futura expecto: id est, qui clare conijcis pro tua prudẽtia quæ futura sunt.* Alicui. *in fa. 31.. Vt quibuscunq; rebus poteris (poteris aũt plurimis)*

mis) prospicias, & cõsulas rationibus meis. Ter. 72.. Quicquid ego huius feci, tibi prospexi, et stultitiæ tuæ. Saluti *ali. 1. uol. ph. 56. Saluti prospexit ciuiũ, qua intelligebat contineri suam.*

Prostituere, *est proprie de scortis: significat uero scortum uulgò proponere.* Mulierem. *Pl. 183.. Quid mihi autor es, huic ut mittam, ne amicam hic meam prostituat?*

Prouehere, *est in longum trahere.* Aetate *aliquẽ. in or. lib. 179. Sed longius ætate prouectus, habitus est sanè (ut ita dicã) luculentus patronus: id est, cum senex factus est. 2. uol. ph. 109. Qui iam ætate prouecti: id est, senes.* Studio *ali. de offic. 88. Ignoscetis autem, nam & studio rerum rusticarum prouectus sum: id est, longior fui.* Orationem. *2. uol. or. 219.. Tũ etiã uestra in me attẽte audiendo benignitas prouexit orationẽ meã.*

Prouenire *proprie esse uidetur de ijs, quæ è terra oriuntur, ut segetes, herbæ, arbores. sed & hoc de more transfertur.* Frumentum. *Cæs. 54. Quod eo anno frumentũ in Gallia propter siccitates angustius prouenerat. Ita de cæteris frugibus. ut de re rust. 95.* Ingenia *alicubi. Sall. 3.. Sed quia prouenire ibi scriptorum magna ingenia.* Oratores. *de off. 81. Proueniebant oratores noui, stulti, adolescentuli.* Palam *aliq. Plau. 47. Si id palàm prouenisset: id est, palàm fit.*

Prouidere. *Eadem est cum prospicere uerbum significatione. nam & in longum hoc uidet, & suis æque rationibus consulit. prouidemus uero & alicui, & aliquid, & de re aliqua alicui.* Coniectura *aliquid. Att. 1. Quod adhuc coniectura prouideri possit. 1. uol. ph. Medicus morbum ingrauescentem ratione prouidet: id est, cognoscit.* Rationibus *suis. in fa. 31.. Prospicias, & cõsulas rationibus meis.* Suspitionem. *3. uo. or. 134. Nũc uenio ad grauissimam querelam, & atrocissimam suspicionem tuam quæ nõ tibi ipsi magis, quàm cũ omnibus ciuibus, tum maxime nobis, qui à te cõseruati sumus, prouidẽda est: id est, cauenda, uitanda.* Malum. *Teren. 5.. Quæ si non astu*

prou-

prouidentur,me,aut herum peſſundabũt. Item.126. Hoc ipſum repetens carmen. Frumentum. Cæſ.45.. Frumẽtum his in locis in hyemem prouiſum non erat. Dere aliqua. Cæſ.29.. Neq; de frumẽto,reliquoq; cõmeatu ſatis eſſet prouiſum.

Prouiſere. Duas res,inquit Do. ſignificat procedo,& uideo. Terent.23. Prouiſo quid agat Pamphilus. atq; eccum:id eſt, eo uiſum.

Prouocare. Duo plerunq; uerbum ſignificat,& in cõtentionem uocare:& ad alterum iudicem appellare. In aleam. Pl. 63. Poſtquàm cœnati,atq; appoti,talos poſcit in manum, prouocat me in aleam,ut ego ludam. Eò,in bonam partem. Terent.90.. Age age nunc experiamur contra hæc quid ego poſſim blande dicere,aut benigne facere, quando eò prouocat:id eſt,ad hæc. Etenim Pompeium,qui mecum ſæpiſſime nõ ſolum à me prouocatus,ſed etiam ſua ſponte de re communicare ſolet. nunc eſt inuitare. In integrum aliquid. Attic.286.. Neq; iam prouocari in integrũ poteſt:id eſt,reuocari. Aliq. ad aliquem aliq. Att.86. Ne ad Catonem quidem prouocabo.

Pſallere,eſt canere. Sall.9. Pſallere,& ſaltare elegantius,quàm neceſſe eſt probæ.

Prurire,eſt ſcabẽdi libidine ardere. caput. Pl.114. Caput prurit, perij. Dorſum. Plaut.150. Ita Plaut.5. Hercle perij,dentes pruriunt.quaſi dixiſſet eſurio. dorſum totum prurit. qui item tranſtulit ad dentes.

Pubeſcere aliquid.2.uolum. phil.34. Cum is quoq; efficiat, ut omnia floreant, & in ſuo quæq; genere pubeſcant:id eſt, creſcant. Item.2. uolum. phil.3. Quibus omnia quæ terra gignat,maturata pubeſcant.

Publicare aliquid.in fami.156. Duobus iam coss. ſingularibus occiſis,tot ciuibus pro patria amiſſis, hoſtibus deniq; omnibus iudicatis, boniſq; publicatis, &c. Regnum tubæ. Cæſ.152. Qua lege regnum tubæ publicauerat. Pecuniam alicuius

alicuius. Salluſt.19.. Sed ita cenſeo, publicandas eorum pecunias,&c.

Pudere. Et eius nos pudet,qui admiſit,& aduerſus quem nos admiſimus,& admiſſi noſtri,ut in exemplis. Terent.85.. Fratris me quidem pudet,pigetq;:id eſt,qui peccat. Item.56.. Cuius nunc pudet me. Item.92.. Et me tui pudet. Item.119. Id eſt, aduerſus quem ego admiſi. Ita etiam Brutus in uolumine ad Attic.288. Viuat hercle Cicero,qui poteſt ſupplex, & obnoxius,ſi neq; ætatis,neq; honorum,neq; rerum geſtarum pudet: id eſt,ſi non pudet contra ea nunc ignaue facere. Aliquem aliquid. Terent.94. Hei mihi non te hæc pudent? ut & perſonali ueteres hoc uerbo etiam uſi ſint.

Pugnare. Nota eſt uerbi ſignificatio:cõſtructio uero eſt aliq. cum aliquo,& in aliq. aliqua re pugnare. Pugnam. 2.uol. orat.132. Cuius ex omnibus pugnis, quæ ſunt innumerabiles, uel acerrima mihi uidetur illa,quæ cum rege commiſſa eſt, & ſumma contentione pugnata. Plaut.4..15. Aliq. in fami.40.. Illud pugna, & enitere nequid temporis nobis prorogetur. Att.73.. Proinde pugna ne ſi quid prorogatum ſit,turpis inueniar.2.uolu.phil.6. Illud uideo pugnare te, ſpecies ut quædam ſit deorum,quæ nihil concreti habeat:id eſt,contendere. Cum cauſa. Att.34. Ego autem neq; pugno cum illa cauſa propter illam amicitiam, neq; approbo,ne omnia improbem,quæ antea geſſi. Literis. Attic.93. Aberamq; ab eo tum longe,ut nihil poſſem niſi literis, quibus pugnare non deſtiti: id eſt,contendere. In hoſtes. Sallu.21.. Quòd is contra imperium in hoſtem pugnauerat.

Pulſare, proprie eſt percutere, ferire. Pectus. Plaut. Cui multa in unum confluunt, quæ meum pectus pulſant. Aliquid. 1.uolumine oration.154. Se pulſatum, uerberatumq; diceret.

Pultare oſtium. Terent.91.. Sed quis oſtium pol pultauit? Item

Item: Ceſo iam pultare hoſtium. Ita Fores. Plaut. Pultando confregi fores.

Pungere dolorem aliq. 1. uolum. phil. 182. Pungit dolor, uel fodiat ſane.

Punire, eſt pœna afficere: quin etiam puniri, pro punire boni dixerunt. de offi. Neq; ad eius, qui punitur aliquem, uerbis fatigat, ſed ad Reip. ſalutem referri. 1. uolum. ph. Cum multi inimicos & mortuos puniuntur. 3. uolum. orat. 108. Cuius tu inimiciſſimum multo crudelius etiam punitus es, quàm erat humanitatis meæ poſtulare.

Purgare, eſt purum, ac defecatum reddere. & aliquid, & de aliqua re purgamus. Piſces. Ter. 85.. Piſces cæteros purga Dromo. Aluum. 2. uolum. ph. 51. Vomitione canis purgare aluos ibes Aegyptiæ curant. Locum. 2. uo. ph. 108.. Perpurgatus eſt is locus à nobis quinq; libris. Forum. 3. uol. or. 20. Gladiatores tu ſupponas? cum ſicarijs è carcere emiſſis ante lucem in forum immittas? magiſtratus templo eijcias? cædem maximam facias? forum purges? nunc forũ purgare, ſi Ciceronem attendimus, eſt foro bonos eijcere, cum tamen purgatio tantum ſit de malis. Ideo poſſumus dicere in hoc uerbo, idem fieri quod in excerpere, quod eſt proprie, quæ nobis ipſi bona deligimus: tamen contraria dixit Ter. ut in uerbo eſt. uel Cicero ad Clodium reſpiciens purgas dixit: id eſt, expedis, uacuum reddis. Familias. Aſc. 22.. Qui ſolitus eſt familias purgare. Aliq. Att. 46. Nam quod purgas eos, quos ego mihi ſcripſi inuidiſſe, & in eis Catonem. Aliquid. Ter. 106. Si quid eſt peccatũ à nobis, profer. aut ea refellendo, aut purgãdo, uobis corrigemus. Se de re aliqua. in fa. 198.. Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excuſationem. Aliq. 1. uolum. ora. 24. De luxuria purgauit Erutius, cum dixit, huic ne in coniugio quidem ullo interfuiſſe.

Putare, eſt proprie purgare. unde & arbores, & uites putare dici

dicimus. hinc putare eſt cogitare. quia cogitando ſuperflua mẽte recidimus: hæc Do. ait. conferre etiam, atq; exiſtimare ſignificat. Arborem. de re ruſt. Neq; uitem, neq; arborem putent. Rem. Terent. 115. Repreſſi, redi, remitto maledicta omnia: Rem ipſam putemus: id eſt, tractemus, purgemus, ait Don. & No. Rationes. Att. 60. Vt rationes cum publicanis putarent: id eſt, conferrent. Plaut. 39.. Putatur ratio cum argentario? Pro ridículo. Ter. 72. Qui ſibi me pro ridiculo ac delectamento putat: id eſt, tenet. Minimi aliq. in fa. 10.. Tamen à me minimi putabantur meis damnis ex autoritate ſenatus reſarciendis: id eſt, exiſtimabantur.

Q

Quadrare, eſt conuenire. Quadrum enim quoquo modo iactum cadat, apte cadit. & alicui, in, & ad aliq. quadrare dicimus. Aliquid alicui. in orat. lib. 168. Quare quoniam tibi quadrat: id eſt, tuæ orationi conuenit. In aliq. 3. uol. orat. 52.. Niſi omnia, quæ rerum turpitudine aliqua dicerentur, in iſtam quadrare apte uiderentur. Ad aliq. Att. 67. Viſum eſt hoc mihi ad multa quadrare. De eodem modo. 1. uol. orat. 95. Quomodo ex decies HS ſexcenta ſunt facta, quomodo de eodem modo quadrarint. & quadrans ratio dicitur, ut inquit Aſc. 71. cum expenſum, & acceptum par eſt.

Quatefacere aliq. Attic. 279. Nulloq; præſidio quatefeci Antonium.

Quati foras aliq. Terent. 32.. Homo quatietur certe cum dono foras.

Quærere, proprie eſt, quid ſit, quod ignoramus ueſtigare. Do. ait eſſe de ijs, quæ difficile reperiuntur. maxime uero conuenit cauſis, & quæſtionibus, ut de cæde. Conſtruitur autem ad hunc modum, ut quæramus aliquid, & ab, de, & ex aliquo. Cauſam. Ter. 47.. Nam iamdiu aliquam cauſam quærebat ſenex.

& causam ex aliquo. 3. uolu. orat. 189. Cædis & incendiorum causam quæsierit ex funere. Excusationem. Att. 196. Quæ si manebunt, quærenda erit excusatio ad Brutum. Exemplum. 3. uol. orat. 74.. Actum est de decem legatis, quos alij omnino non dabant, alij exempla quærebant: id est, quando ita aliàs factum sit. Fugam. 3. uol. orat. 202.. Fugam quærebamus omnes, quæ ipsa exitum non habebat: id est, uti aufugere possemus, omnes quærebamus. Sermonem. Terent. 35.. Mihi sese dare, sermonẽ quærere. Tum inquit Do. sermonem quærimus, cum non solum, quod dicamus, quærimus, uerum etiam quod alter respondeat, ut cum desit de quo loquamur, quota sit hora, & an satis quis ualuerit, percontamur. Risum. in orat. lib. 131.. Risum quæsiuit, qui est mea sententia uel tenuissimus ingenij fructus: id est, ut risum commoueret, stu duit. Crimen ali. 3. uol. orat. 52. Sed scire cupio quid habeat argumenti ista manumissio, in qua aut crimen est Cælio quæsitum, aut quæstio subleuata. Rem. Plau. 183.. Qui item ut nos, iureiurando malo quærunt rem. nunc est rem facere, acquirere, comparare. Sitim. 3. uol. or. 197. Ipse interea, decẽ & septem dies, ut digestio potius, quàm declamatio uideretur, de me in Tyburtino Scipionis declamitauit, sitim quærens, hæc enim ei causa esse solet declamandi. Inuidiam alic. 2. uol. orat. 148.. Quod uereor ne Lælius ex his rebus, quas sibi suscepit gloriæ causa, putet aliquid oratione mea sermonis in sese, aut inuidiæ esse quæsitum. Laudem in re aliqua. Terent. 57.. Hoc uide, in mea uita tu tibi laudem is quæsitum scelus? Victum. Ter. 60.. Post illa cœpit uictum uulgò quærere. Ab aliquo. 1. uol. orat. 30.. Item quæro abs te C. Eruci quomodo: id est, te interrogo. Item. De aliquo. 3. uol. or. 30.. De te ipso homine & arrogantissimo, & mihi inimicissimo quæro Vatini. Item in fa. 106. Ex aliquo aliquid. de offi. 28. Ornanda est enim dignitas domo, non ex domo dignitas tota quærenda; id est, petenda

tenda. De aliquo. 1. uol. orat. 31.. Cui ne quærendi quidem de morte patris potestas permittitur. Teren. 87. Hunc abduce, uince, quære. hoc in causis ad testes pertinebat, qui uel cruciatibus fateri cogebantur. Repetundarum aliq. Asc. 36. Nã quærebatur repetundarum Catilina: id est, accusabatur.

Quæritare. Quærit, inquit Do. qui ad plenum, & perpetuum reponit. quæritat, qui uix quotidie inquirendo uictum inuenit. Terent. 2. Lana, ac tela uictum quæritans. Terent. 85. Si me sen serit eum quæritare. modo est instanter quærere, Don. ait. Pl. Locum à muscis quæritat.

Queri, est lamentari. & aliquid, & de re aliqua cum aliquo, & alicui, querimur. Iniuriam. Att. 71.. Romæ acceperam literas, Milonem meum queri per literas iniuriam meam, quòd Phi lotimus socius esset in bonis suis. Item. 83.. Calamitatem. Cæs. 165.. Et calamitatem, aut propriam suam, aut temporum queri. Non obscure. in fam. 14. Illud uero non obscure queruntur in meis sententijs. De re. Sallu. 25.. Falso queritur de natura sua genus humanum. Item Sall. Sæpe de luxuria, atq; auaritia nostrorum ciuium quæstus sum. in fam. Multa de mea sententia questus es. Cum aliquo. Att. 176.. Et eo magis quod mihi cum illo ne querendi quidem locum futurum puto. Alicui. 1. uol. orat. 107.. Is mihi etiam queritur, quòd à nobis.

Quæso, idem est cum rogo. in fami. 62. Et abs te quantum tua fert uoluntas peto, quæsoq;. Item Attic. 179.. Quæso quid sit mihi faciendum.

Quiescere, est cessare à re laboriosa. & quiescere aliquem in transitiue frequentius est. Plaut. etiam transitiue protulit. 157.. Potine, ut hominem mihi des? quiescas cætera: id est, nihil aliud labora. Item Quiesce tumultum, qui est ante ostium.

R

RApere, est trahere, per uim ducere. Terẽt. 83.. Cæteros ruerem, agerem, raperẽ, tunderem, & prosternerem. In ius aliq. Pla. 25. Nam uidi hunc ipsum abducere, & rapere in ius Exærambum. In mœrorem. Plau. 82. Quid dicam? nisi stultitia mea me in mœrorem rapit? In contrariam partem. in fam. 165.. Præterea uerebar, ne si ante, quàm ego incepta perficerem, prælium confectum esset, pium meum consilium raperent in contrariam partem. In peiorẽ. Terent. 76.. Postquàm poëta sensit scripturam suam ab iniquis obseruari, & aduersarios rapere in peiorẽ partem, quàm acturi sumus, &c. Ad spem aliq. in fa. 67. Neq; in me solum cõmemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit. Nunc magis festinationem significat uerbum. Aliq. Terent. 20.. Sublimem hunc intro rape quantum potes.

Ratiocinari, eorum est, qui nummariam rationem conficiunt. sed transfertur ad quædam animi. ut Cic. de offic. 12. dixit officiorum ratiocinatores. Item. 3. uol. or. 171. Si recte ratiocinabimur. Item. 1. uol. orat. 70. Etenim sic ratiocinabantur.

Recedere, est discedere. A uita. 2. uo. ph. 217.. Quippe qui ob eam causam à uita recessit. Ab edicto suo. Att. 85.. Nã ab edicto meo recessisem: id est, cõtra edictũ meũ fecissem. Ab officio suo. in or. lib. 66. Deinde se nihil deliquisse, nulla cupiditate impeditum ab officio recessisse: id est, discessisse. Ab iure. 1. uolu. orat. 116. Ab iure omnium Siculorum ne recedatur. Ab armis. 1. uol. ph. 21. Posteaquàm uictoria constituta est, ab armisq; recessimus. Item. 39. De medio. 1. uol. or. 37. Recede de medio, per alium transigam.

Recidere, nunc est à re, & cado. & ad, uel in aliq. recidere dicimus. Ad paucos. Ter. 101.. Nolite sinere per uos artẽ musicam recidere ad paucos. Nunc est deuenire. ita ad nihilum.

Ad aliquem aliquid. Cæs. 77. Hunc casum ad ipsos recidere posse demonstrant: id est, accidere idem sibi posse. In memoriam alicuius rei. 3. uol. or. 250. Quam tamẽ ille demens lædere se putabat edictis, ignorans quæcũq; falsò diceret in sanctissimum adolescẽtem, ea uere recidere in memoriam pueritiæ suæ. Ita. 1. uo. or. 31.. Vt nõ modo ab hoc crimen resilire uideas: uerum omnem suspitionem in uosmetipsos recidere intelligas. Attic. 287.. Quæ in ipsum dupliciter recidunt. Formidinẽ alicui. Sall. 85. Neq; quẽquam in multis metuendũ esse, quin ad eum ex multis formido recidat: id est, quin & ipse multos metuat. In eandem rem. Attic. 286. Non'ne hoc est in easdem tenebras recidisse? id est, quasi iterum incidisse. In annum alicui. Att. 1.. Nemo est enim ex ijs, q nunc petunt, qui, si in nostrum annum reciderit, firmior candidatus fore uideatur: id est, si hoc anno non fiant, certi nostri compositores futuri sunt.

Recidere, à cedo nunc. 3. uol. orat. 75. Ita ab eodem partim recisas, partim repressas: id est, cæsas.

Recipere, sæpius est pro accipere, interdum redire, aliquando promittere, aliquando aliud. ut in exẽplis. Ad se aliq. Ter. 62. Nam istæc quidem contumelia est, hominẽ amicum recipere ad te, atq; &c. Ita Domum aliquid. 1. uol. or. 23. C. Sex. Roscium inopem eiectum domo, atq; expulsum ex suis bonis, fugientem latronum tela & minas recepit domum. Amicum aliq. Q. Metellus Num. apud Gell. Quem ego mihi neq; amicum recipio, neq; inimicũ respicio. In gratiã aliq. 3. uol. or. 125.. Quẽ enim ex tantis inimicitijs receptũ in gratiam summo studio defenderim, hunc afflictũ uiolare non debeo. In familiaritatẽ aliq. 3. uol. or. 175.. Hunc in familiaritatẽ libentissime recipiebat. Ita In amicitiam. Att. 35. Numisiũ ex tuis literis studiose scriptis libenter in amicitiã recepi. In necessitudinem. in fa. 222. Vt Lysonẽ in fidẽ, necessitudinemq; tuam recipias. In gregem suum. Ter. 50. Vt me in gregẽ uestrum recipiatis.

In ciuitatem. 3. uol. 61. Et ex cæteris generibus gentes uniuersæ in ciuitatem sunt receptæ. In hyberna milites. Att. 82. Ciuitates locupletes, ne in hyberna milites reciperent, magnas pecunias dabant. In deditionem. Cæ. 35. Legatos ad Crassum mittunt, se in deditionem ut recipiant, petunt. Inflatum tibias. in orat. lib. 181.. Sic oratori populi aures, tanquam tibiæ sunt, eæ si inflatum nõ recipiunt, aut si auditor omnino tanquã equus non facit, agitandi finis faciẽdus est. In se aliquid. in fa. 208. Sed tamen separatim promitto, in meq; recipio. 216. Illud quod supra scripsi, id in me recipio. Item. 300. Ter. dixit ad me recipio. 75. Ad me recipio, faciet: id est, ego promitto. In fidẽ. Cæ. 23. Cæsar honoris Diuitiaci, atq; Heduorum causa sese eos in fidem recepturum & conseruaturũ dixit. Item. 204. Cæsar in fidem receptos consolatus. Att. 245. Item. 3. uol. orat. 207.. Erat autem recipere in fidem proprium patronum, clientum uero cõferre se in fidem. In literas aliquid. 2. uo. or. 161.. Illi reciperent in suas literas publicas præclaras proscriptiones, et emptiones tuas: id est, referri. Causam ali. 1. uol. or. 18.. Quæ mihi igitur res præter cæteros impulit, ut causam Sex. Roscij reciperem? Item. 109. Recepi enim causam Siciliæ. Itẽ. 109. Ego tamen onere suscepto, & recepta causa. in or. lib. 183.. Facilis in causis recipiendis erat. in fa. 69. Hæc nos uitare cupimus, & si recipis causam nostram, uitabimus. Epistolas. Att. 198. A te heri duas epistolas recepi. Ferrum. 3. uol. orat. 20.. Num ut gladiatoribus imperare solet, ferrum nõ recepit? 1. uol. ph. 182. Quis cum recubuisset ferrum recipere iussus, collum cõtraxit? Ita telum. 1. uol. orat. 24. Honorem ab aliquo. Att. 135.. Ita me sibi fuisse inimicum, ut ne honorem quidem à se recipere uellem. Mandatũ. 1. uol. or. 37. Propterea quòd si recte fiat, illum negligere oporteat, qui mandarit non illum, qui mandatũ receperit. Nomen. 1. uol. or. 127.. Si quis absentem Sthenium rei capitalis reum facere uellet, sese eius nomen recepturum: id est,

id est, auditurum se illam accusationem. Re aliq. ali. Cæ. 190. Oppido ac portu recepti nõ erant. Sessum aliq. de offic. 90.. Senem sessum illum recepisse. Se aliquo. Attic. 79.. Ipse me Laodiceã recipiebã. 2. uol. or. 10. Cæ. 46. Nostri ex timore sese receperũt. Se in orbẽ. Cæ. 207. Præsentissimo animo, pugnãs in orbẽ se recepit ad radices montiũ. Se ad aliq. Att. 62. Sed si uis homo esse, recipe te ad nos ad quod tempus confirmasti. Ad bonam frugem se. 3. uol. or. 43. Sed qui totam adolescẽtiam uoluptatibus dedissent, emersisse aliquando, & se ad frugẽ bonam, ut dicitur, recepisse. Ad ingenium se. Pl. 22.. Atq; ad ingenium uetus uersutum te recipis tuũ. Se alicunde. in fam. 95. Nisi cum ad hyemem me ex Cilicia recepissem. Se ex fuga. Cæs. 83. Quem turpiter se ex fuga recipientem, &c. Se fuga. Cæ. 239. Postero die Iuba Numidas eos, qui loco amisso fuga se receperãt in castra, in cruce omnes suffixit. Oppidũ. Cæ. 80.. Quod eo oppido recepto ciuitatẽ Biturgium se in potestatem redacturum cõfidebat. Filium. Pl. Nam ni illum recipit, nihil est, quo me recipiam. Legiones. Cæ. 153.. Legionesq; eas traduxerat Curio, quas superioribus temporibus Corfinio receperat Cæsar. Animum. Ter. 84. Animum recepi. Itẽ. 8. Annos. Att. 286. Valde care æstimas tot annos, quot ista ætas recipit, si propter eam causam puero isti supplicaturus es. Casum aliq. Cæ. 141. Tarraco aberat longius quo spatio plures rem posse casus recipere intelligebat. 175. Quæ res tamen fortasse aliquem reciperet casum, ne imperatorias sibi partes sumpsisse uideretur. Posticulum. Plaut. 260.. Posticulum hoc recepit, cum ædes uendidit: id est, excepit. Att. 204. Quoniam de æstate polliceris, uel potius recipis, ut etiam plus uideatur esse recipere, quàm polliceri.

Reciprocare, pro ultro, citroq; poscere usi sunt antiqui: quia procare est poscere, inquit Sex. Varro uero ait esse, cum eò, unde profectum est quid, redit. quasi ab recipere reciprocare

factum. Motum. 2. uolum. phil. 64. Quid Calcydico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius? 1. uolum. phil. Si quidem ista sic reciprocantur, ut si diuinatio sit, dij sint: si dij, diuinatio sit.

Recitare, est de scripto dicere. Literas alicuius. in famil. 133. Redditæ sunt enim frequenti senatu Cornuto, cum is frigidas sanè, & inconstantes recitasset literas.

Recognoscere. Videtur habere uerbum diligentiorem considerationem, quàm est in primitiuo. Significat tamẽ aliquando simpliciter iterũ cognoscere. Decretũ aliq. 3. uo. or. 57. Nos Cn. Pomp. decretum iudicium de consilij sententia pronunciatum recognoscemus? id est, corrigemus. Verba sua aliq. Att. 284.. Verba tua recognosce: id est, iterũ cõsidera. Amorem. in fa. 188. Legi tuas literas, in quibus mirificum tuũ erga me amorem recognoui: id est, iterũ cognoui. 1. uol. or. 82.. Quæ qualis fuerit, aut meministis, aut ex eo, quem sui similimũ produxit, recognoscere potestis: id est, iterũ in hoc cognoscere potestis. Virtutem alicuius. Att. 126.. Recognoui enim tuam pristinam uirtutem: id est, uel iterum cognoui, uel etiã agnoui.

Recolere, est quod ante quasi nobis aufugerit, id iterum studio petere, tractando recipere. Artes. in orat. lib. 85. Neque uero nobis cupientibus, atq; optantibus fructus otij datus est, ad eas artes, quibus à pueris dediti fuimus celebrandas, inter nosq; recolendas. Studium. 2. uol. orat. 188. Tantum mihi ad hæc studia recolenda sumpsero.

Recolligere aliq. Attic. 3.. Quod scribis etiam, si cuius animus in te esset offensior, à me recolligi oportere: id est, in pristinum statum reuocari.

Reconciliare, est proprie interruptam gratiam resarcire, iratos amicos in pristinam beneuolentiam restituere. & dicimus reconciliare aliq. alic. cum aliquo, & in aliq. Aliq. alicui. Att. 96. Q. filius suapte pie sanè, me quidem certe hortante, sed

currentem animum patris sui sorori tuæ reconciliauit. Voluntatem ali. in famul. 152.. Nanq; assiduis internuntijs cum Lepido egi, ut omissa omni contentione, reconciliatáq; uoluntate nostra, communi consilio Reip. succurreret. Gratiam. Att. 6. Eò accedebat hortator Sallustius, ut agerem quàm diligẽtissime cum Lucio de uestra uetere gratia reconcilianda. Aliquem in gratiam cum aliquo. 3. uol. orat. 73.. Hic me meus in Rempub. animus pristinus, ac perennis cum C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiã. Existimationem iudiciorũ. 1. uo. or. 67. Adduxi enim hominem, in quo recõciliare existimationem iudiciorum amissam, redire in gratiam cum Pop. Rom. satisfacere exteris nationibus possetis. In libertatem aliq. Plaut. 52. Si huius huc reconciliasso in libertatem filium: id est, restituam in libertatem.

Reconcinnare, est reficere, concinnare. Aedificium. Att. 311. Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno, uiuo paulo liberalius, quàm solebam. Vestem. Pl. 135.. Pallam illam, quã dudum dederam ad Phrygionem, ut deferam, ut reconcinnetur. Detrimentum. Cæ. 149.. Diuturni laboris detrimentum solertia, & uirtute militum reconcinnatur.

Reclamare, est aduersari, contradicere: & alicui reclamamus. Sententiæ alicuius. in famul. 3. Eius orationi uehementer ab omnibus reclamatum est: id est, omnes contradixerunt.

Recondere, est tegere, reponere. Aculeos. 2. uolum. orationum. 176. Noli aculeos orationis meæ qui reconditi sunt, excussos arbitrari.

Recordari, est reminisci. & rei, & rem, & de re aliqua recordamur. de offic. 38. Externa libentius in tali re, quàm domestica recordor: id est, mentionem libentius de externis in tali re, quàm de domesticis facio. Cogitando. 3. uol. orat. 3. Nam ut omittatis de uniuscuiusq; casu cogitando recordari, uno aspectu intueri potestis eos, qui &c. Secum. 2. uolum. orat. 136.

Nolite à me commoneri uelle, uosmetipsi uobiscum recordamini:id est,per uos id recordamini. In cogitatione aliquid.in or.lib.165. Qua in cogitatione,& cooptatum me ab eo in collegium recordabar,& c.

Recreare, est instaurare, reficere, & quasi carnem facere. & ab re aliqua aliquid recreamus. Se à timore. Cæs.203. Qui ut paululum ab illo timore sese recrearunt. Se.3.uol.orat.101.. Sed me recreat & reficit Cn.Pompeij sapientißimi,& iustißimi uiri consilium. Ciuitatem. Att.274. Eadem recreata ad xii. Cal. Maij,te huc uenire,quàm se ad te ire,malebat. Vrbes. Att.294.. In quibus unam Ioniæ, nobilißimam alterã Cariæ Samum,& Alicarnaßum per te esse recreatas. Vocem. Att.37.. Et cum recreandæ uoculæ causa necesse esset mihi ambulare,hæc dictaui ambulans.

Recrudescere,est nouum fieri.sed ego tantum cum ijs rebus, quæ dolorem faciunt, ac præsertim uulnus usurpari, obseruo. Vulnus.in fa.51.. Nam cum hoc, tam graui uulnere etiam illa,quæ consenuisse uidebantur,recrudescunt.

Recuperare,est quod iam amißum erat,iterum acquirere. Libertatem. Att.49. Sed mihi in mentem uenire certe scio,quæ uita esset nostra,quæ suauitas,quæ dignitas,ad quæ recuperanda,per fortunas incumbe,ut facis. Pacem. Sall.38. In maximã spem adductus recuperandæ pacis. Voluntatem alic. Att.6. Sed cum omnia feciſſem, non modo eam uoluntatem eius, quæ fuerat erga te recuperare potui,uerum ne causam quidem elicere potui immutatæ uoluntatis,ita tu de multis.

Recurrere,est retro currere,unde quis discesserat currẽdo redire. In initia lunam.2.ph.36. Neq; solum eius species,ac forma mutatur,tum crescendo, tum defectionibus in initia recurrendo:id est,redeundo ad suum initium.

Recusare,est refutare:aliquando defendere. Ex eo quòd Cicero accusationi recusationem opposuit, perinde atq; si defensionem

sionem dixisset. in orat.lib.63. Aliud accusatio, aliud recusatio conficere debet. & aliq. & de re aliqua recusamus. Molestiam.1.uolum.philosoph.55.. Vt & uoluptates repudiandæ sint,& molestiæ non recusandæ. Supplicium,dolorem.1. uolum.philosoph.230.. Nullumq; recusent, nec supplicium, nec dolorem. Ne fiat aliquid.in fam.12.. Et ne fieret uehemẽter recusaui:id est,obstiti, restiti.1.uolu.phil.50.. Nec uero,ut noster Lucilius recusabo,quo minus omnes mea legant:id est, uetabo. De re aliq. in famil.35.. Sed scito multo etiam plures esse,qui de tributis recusent, quàm qui exigi uelint. Atti.285.. Nisi forte non de seruitute, sed de conditione seruiendi recusatum est à nobis.

Redamare. De off.105.. Animo autem uirtute prædito eo qui uel amari, uel (ut ita dicam) redamare possit: molliuit uocem Cic.fortasse non planè latinam dicens (ut ita dicam)quod facit quoties tale quid sibi dicere usu uenit.

Reddere,proprie est acceptum restituere.sed multa alia significat,ut in exemplis. Effectum. Ter.16.. Hoc tibi profecto effectum reddam. Pl.187.. Effectum hoc hodie reddam utrunq; ad uesperum:id est,absolutũ. Incertum aliq. Ter.9. Hic redes omnia,quæ nunc sunt certa ei cõsilia,incerta ut sient:id est, efficies. Leuc. Pl.47. Eamq; herili imperio ingenijs uostris leuem reddere:id est, facere. Insuaue aliq. Att.157. Sed ipsius uidemus uitã insuauem reddidisse. Lassum. Pl.51. Ita me miserum restitando,retinẽdoq; lassum reddiderũt. Elinguem. 2.uo.or.150.. Quo uoluit,adduxit,cõuicit, & elinguem reddidit:id est,mutũ reddidit. Delibutum gaudio. Ter.142.. Satin' est,si te delibutũ gaudio reddo? Hebetem. Att.152.. Nam me hebetem molestiæ reddiderũt. Ociosum.in fa.142.. Si Fabium ociosum reddideris:id est, liberabis molestia quadã. Placidum. Pl.68. Placidum hodie te reddam. Molle,Placidum.1.uol.orat.290. Ita cum placidum,mollemq; reddidi.

Quietum

Quietum. Ter.30..Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddam. Commotum aliq. Teren.200..Ego iam commotum te reddam. Surdum aliquid. Ter.58. Quod ut efficerem orando ſurdas iam aures reddideras mihi. Vinceum aliquid. Ter.31..Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura uinceas. Ducem ſummum aliq. in fa.142. Summum me ducem literæ tuæ reddiderunt: id eſt, effecerunt. Hominem. in or.lib.112. Et Craſſus, nox te, inquit, nobis Antoni expoliuit, hominemq; reddidit. Animum alicui. Ter.8..Reddidiſti animum: id eſt, recreaſti. Beneficium. Ter.129.. Pro maleficio ſi beneficium ſummum nolunt reddere: id eſt, referre gratiam. Fructum prædia. Ter.137. Fructum, quem Lemni uxori reddunt prædia &c. Literas. Att.41. Eodem die pueri tui à te mihi literas reddiderunt. in fa.151. Itaq; cũ ad VIII. Id. April. mane mihi tuas literas M. Variſidius reddidiſſet. Tabellarij proprie eſt reddere literas, eius uero qui ſcribit, dare. Salutem. 3.uol.orat.134. Tametſi qui magis ſunt tui, quàm quibus ſalutem inſperantibus reddidiſti? 138. Qui mihi tum deniq; ſe ſalutem putauit reddere, ſi eam nullis ſpoliatam ornamẽtis redderet: id eſt, dare, incolumẽ ſeruare. Vitam pro aliquo. 2.uo.or.278..Nam qui pro Rep. uitam reddiderũt: id eſt, mortui ſunt. Gratiam. de off.47..Gratia autẽ, & qui reddiderit habere, & qui habeat retuliſſe. Sall.73. Et quoad uiues, nunquã tibi redditam gratiam putaueris: ſemper apud me integra erit. qui ſenſus illi Virgilij perſimilis eſt, Quam mihi cũ dederis cumulatam morte relinquã: id eſt, etiam in morte cumulatam relinquam, quia in referendo nunquã diminui poterit. Officium. in fa.64. Sed multa uarietate temporũ interruptũ officiũ cumulatè reddidi. Rationem. Pl.33. Tibi ego rationẽ reddã ſtimulorum ſeges? uulgò render conto. de off.2..Mediũ autẽ officiũ eſſe dicunt, quod cur factũ ſit, ratio probabilis reddi poſſit. In ſplendorem aliq. Pl.40,.Nec ſua opera reddet uniquam in ſplendo

ſplendorem compedes. Item Plau.78..Bullas illas mihi facito in ſplendorem reddas: id eſt, lucidas efficias. Ludos alicui. Ter. 11. Quos mihi ludos redderet? id eſt, ut me deluderet.

Redigere. Rei adductionem plerunq; ſignificat uerbum, cum uero ad pecuniam pertinet, ſæpius eſt exigere. Ad paucos. 3.uo.or.132..Nobiliſſimamq; familiam ad paucos redactam penè ab interitu uẽdicaſti. Ita Ad inopiam. Terent.71..Imò abeat multo malo quouis gentium, quàm hic per flagitium ad inopiam redigat patrem. Quo. Ter.29..Hem, quo redactus ſum? Ita Eò. Ter.40. Eò redigis me, ut quid egerim egomet neſciam. In concordiam. Pl.7.. Deniq; Alcumenam Iupiter rediget antiquam in concordiam coniugis: id eſt, reſtituet. In memoriam aliquid. in fa.11..Quicquid ſibi is de me recepiſſet, in memoriam redegit. Item.3.uolum.or.164. In quadrum aliq. in or.lib.217. Quin redigeret omnes ferè in quadrum, numerumq; ſententias. Ita In unum. 3.uo.or.196.. Vt, ſi hoc genus in unum redigatur, non ſit pecunia Po.Ro. defutura. In ordinem. in orat.lib.19. Quoniam diſpoſitio eſt, per quã illa, quæ inuenimus, in ordinem redegimus. ut certo quidq; loco pronuntietur, uidendum eſt. Ita In rationes rei alic. in or.lib.24. At is, qui & hæc omnia intelligit, & idonea maxime eligit, & omnia in arte maxime ſcribenda, redigit in ſingulas rationes præceptionis: neceſſe eſt &c. In poteſtatem. 2.uolum.orat.152. Redactos omnes eſſe in poteſtatem. Item de off.67..Item.1.uo.or.115. Ita In ditionem. 3.uolu.orat.59.. Atq; in ditionem noſtram redegimus. Ita Sub imperium. Cæ.56. Ardere Galliam tot contumelijs acceptis ſub Po.Rom. imperium redactam. Ita In deditionem. 3.uol.or.194. Potentiſſimi reges, bellicoſiſſimæ gentes in deditionem huius imperij redegerunt. In prouinciam. Cæ.16.. Quibus Po.Ro. ignouiſſet, neq; in prouinciam redegiſſet. In ſummam aliq. Aſcon.56..Hoc eſt pecunia, de qua lis fuit, & propter quam

condem

condemnatus est, in summam redacta, quæ de eius rebus exigeretur. Ita In pretium aliq. Ascon. 68.. Hoc est in pretium redactis omnium furtis: id est, æstimare quanti fuerint furta. Ex aliquo aliq. 2. uol. orat. 86. Vt cum omnem pecuniam ex ærario exhausissetis, ex uectigalibus redegissetis, ab omnibus &c. Item. 1. uolum. orat. 63.. Cogit quæstorem suum pecuniam, quã ex Agonidis bonis redegisset, eã mulieri omnem annumerare. Item. 63.. Deinde bona uendidit, pecuniam redegit. Item. 95. Cum ad HS. XXD. quinquies redegisse constaret: id est, exegisse.

Redimere. Præter notam significationem, apud bonos pro cõducere sæpius obseruabis. Se aliq.. Ter. 26.. Quid agas? nisi ut te redimas captum quàm queas minimo: si nequeas paulo, at quanti queas. Hominem. Asc. 62. Imò redempti Hortensij, & fautorum Verris ad defensionẽ eius &c. Culpam. in fa. 147.. Non enim præteritam culpam uideri uolo redemisse, sed optimæ mentis cogitata iam pridem, maturo tempore enũtiare. Pacem. Cæ. 12.. Sese ne obsidibus quidem datis pacẽ Ariouisti redimere potuisse. Sacramentum. Cæ. Aequa autẽ ratione delectum instituit, quos ex omnibus conuentibus, Colonijs q; conscriptos transmarina militia perterritos, ad sacramenti redemptionem uocabat: id est, ut pecunia liberarent se à sacramẽto militari. Lites. 1. uolum. orat. 50.. Societatis, non suas lites redemit, cum fundum à Flauio accepit. Aliquid faciendum. Cic. 1. uolum. orat. Si opus pupillo redimeretur, si res abiret ab eo mancipe, quem ipse opposuisset, sibi nullam prædam esse uidet: id est, conduceretur. Vectigalia. Cæs. 6. Reliquaq; omnia Heduorũ uectigalia paruo pretio redẽpta habere, &c. id est, conducta.

Redintegrare, est quod aliqua ex parte diminutum fuerat, iterum ad suum statum restituere. Copias. Cæ. 86. Simul ut diminutæ copiæ redintegrarentur imperat. Coniurationem. 2.

nem. 2. uo. or. 294. Vt redintegratione illius cõiurationis animos uulnerem uestros. Animum ali. Cæ. 26. Huius aduẽtu spe illata mulitibus, ac redintegrato animo. Vires. Cæ. 36. Nostri redintegratis uiribus, quod plerunq; in spe uictoriæ accidere consueuit, acrius impugnare cœperunt. Spem. Cæ. 84. Sem perq; hostibus, spes uictoriæ redintegraretur. Bellum. in fa. 172. Ne bellum uobis redintegrare possit Antonio sibi coniuncto. Prælium. Cæ. 8.. Rursus instare, & prælium redintegrare cœperunt. Item. 26.. 223.. Orationem. ad Her. 15. Breuiter ut renouetur, non redintegretur oratio.

Redire. Modò unde quis discedit, modò quo proficiscitur, respicit. constructio uero eam sequitur rationem, quam quæ eundem motum habent, sequuntur: sed in transferendo orationem maxime exornat. Ad integrũ aliq. Ter. 73.. Imò scis potius, quàm quidẽ redeat ad integrũ hæc cadẽ oratio: id est, q̃ ego hoc ipsum repetam. Ad ingenium. Terent. 77.. Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit: id est, ad institutũ reuertitur, & naturam. Ad aliq. Ter. 129. Ad te summa solũ Phormio rerum redit: id est, attinet, tua tota est rei cura. Ad pauca. Ter. 103. Vt ad pauca redeam, uxorem deducit domũ. Itẽ. 136. Ad sanitatem. in fam. 186. Quibus tamen ad sanitatem redeundi ante Cal. Sept. potestas facta fuit. Ad se. Ter. 15. Sed paulum sine ad me ut redeam. Item. 95. Tandem reprime iracundiam, atq; ad te redi: quia ira ab eo, quod est ire, dicitur: eo quòd à se eat, qui irascitur, & furit, Do. ait. Item. 1. uolum. orat. 63.. Ad lanam. Terent. 57. Ad lanam redit: id est, ad colum suam. Ad rastros. Ter. 71.. Mihi illæc uere ad rastros res redit. Item. 9. Ad rem. in or. lib. 141. Sed ut ad rem redeã. Att. 93. Sed ad rem redeo. Ad rem meam. Att. 20.. Nunc (ut ad rem meam redeam) L. Pap. &c. Ac institutum. in or. lib. 151. Sed iam si placet ad instituta redeamus. Ad tempus. Af. 219.. Quod nisi me Torquati causa terreret, satis erat dictũ, ut Pu

ut Puteolos excurrere posſem, & ad tempus redire. Ad aliquem aliquid. Ter. 19. Eius morte ea ad me lege redierũt bona. Ita Hæreditatem ad aliq. Ter. 104. Ad has redibat lege hæreditas. Ad planiciem. Cæ. 21. Paulatim ad planiciẽ redibat: id eſt, planum fiebat. Ad reſtim rem. Ter. 137.. Opera tua ad reſtim mihi quidem res redit planiſſime. In regnũ. in fa. 7. Vt eam cum pace | præſidijsq; firmaris, Ptolemæus redeat in regnum. In gratiam cum aliquo. Att. 270.. Se nunquàm cum matre in gratiam redijſſe: id eſt, nunquàm inter ſe & matrem querimoniam interceſiſſe. in fa. 15. Vt cum Craſſo redirem in gratiam. Item. 38. In concordiam. Plaut. 13.. Sed agè reſponde: iam uos rediſtis in concordiam? Huc incommodum. Ter. 13.. Nempe incommoditas deniq; huc omnis redit: id eſt, in hoc eſt. Item. 28. Nempe cum hæc nunc uerba huc redeunt: id eſt, hoc ſignificant. In eum locum rem. Ter. 58.. In eum iam res redit locum, ut ſit neceſſe. Item. 82.. Et pene in eum locum rediſſe, ut ſi omnes cuperent, nihil tibi poſſent auxiliarier. Itẽ. 125. Adeon' rem rediſſe, ut qui mihi con. & c. & ad id, quæ dicendi figura magis malum minitari uidetur, quàm de bono ut uſurpetur. In uiam. 3. nol. orat. 240.. Quòd ſi erramus P. C. ſpe falſa, atq; fallaci, redeamus in uiam. Ter. 4.. Deinde poſtulo, ſiue, ſi æquum eſt, te oro Daue, ut redeat iam in uiam. In memoriam cum aliquo. Terent. 140.. Redi mecum in memoriam: id eſt, recordare mecum. 1. uolum. orat. 10.. Decedens, in memoriam redijt Quintius quo die Roma in Galliam profectus ſit. uulgò li uenne a ricordar. Item 100.. Nam quæſo redite in memoriam iudices, quæ libido iſtius in iure dicendo fuerit, quæ, & c. In priſtinum ſtatum. Cæ. 92.. Vt non ſolum in priſtinum ſtatum rediiſſent. Domum. Att. 99.. Atq; hæc de rebus forenſibus, redeamus domum: id eſt, ad res familiares. Ad aliq. Att. 73.. Nunc redeo ad ea, quæ mihi: id eſt, uenio, ut uenire pro ire ſæpius. Itẽ in fa. 23. Ad rem redeamus

redeamus, ut optaſti, ita eſt, & c. utrobiq; de eo, ad quod dicit ſibi redeundum, à ſe nulla ante mentio facta eſt. ſed in ijs literis, quibus reſpõdet. Obſonatu aliq. Pl. 77.. Redit eccum tandẽ obſonatu eius adiutor. uetuſta eſt locutio: ſed uetuſtà magis omnino, quàm barbara. ut L. Vall. in Raudenſem, qui uſurpauerat aquatu ueniebant. de re autem ruſtica dixit ſurgere cubitu.

Redolere, eſt odorem emittere. Aliq. ex aliqua re. in orat. lib. 191.. Mihi quidem ex illius orationibus redolere ipſæ Athenæ uidentur: id eſt, uideor ex eius oratione Atticæ eloquentiæ odorem ſentire.

Reducere, planum eſt quid ſit. Ad miſericordiam animum. Ter. 13.. Priuſquàm harum ſcelera, & lachrymæ conflictæ dolis reducant animũ ægrotum ad miſericordiã. Ter. 95.. Quouis illos tu die reducas. Domum aliquem. Att. 311. Craſſum cos. ex ſenatu domum reduxi. Ad ſanitatem aliq. 1. uol. or. 128.. Ne tum quidem te potuit ſi non pietatis, at ſalutis tuæ ratio ad officium, ſanitatemq; reducere. De exilio aliq. 3. uol. or. 162. Tamen non proferam, quibus petis, ut tibi per me liceat quendã de exilio reducere. Item Att. 150.. Item in fam. 164. In ciuitatem aliq. 2. uol. or. 202. Deinde quoniã me in ciuitatẽ reſpub. ipſa reduxit: eſt enim ubi agit Ci. de reſtitutione ſua. In gratiam aliq. 3. uol. or. 125.. Hunc afflictum uiolare non debeo, quo cum ſtante ſi me Cn. Po. autoritas in gratiã non reduxiſſet, nunc iam ipſius fortuna reduceret. Item. 74. Qui me cum illo in gratiam reducat: id eſt, illi reconciliet. Ita In concordiam. Att. 22. Iandudum res reduxit me ipſa in gratiam. Item 133. Obſecro te Cicero, ſuſcipe curam & cogitationem dignißimam tuæ uirtutis, ut Cæſarem, & Pompeium perfidia hominũ diſtractos, rurſus in priſtinam concordiam reducas. Vxorẽ. Terent. 112. Si eſt ut uelit, reducere uxorem, licet.

Redundare, fluminum eſt proprium. trãsfertur tamen: & modo eſt abundare. tumq; dicimus aliq. re aliqua, & in aliq. aliquid red

quid redundare.modo pertinere,idq; tam de malo,quàm de bono.tum uero aliquid alicui,ad aliq.& in aliq.redũdare dicitur. Aliqua re aliq.Fletu.3.uol.ora.97.Non Rheni fossam gurgitibus illis redundantem Germanorum immanissimis gentibus obijcio,& oppono.Sall.141..Omnia deniq; gemitu fletuq; redundassent: id est,plena luctu,& gemitu fuissent omnia.Præsidijs.in fam.41. Præsertim cum tu omnibus, uel ornamentis, uel præsidijs redundares. Sceleratis hominibus. de offic.53. Nunc fugientes conspectum sceleratorum,quibus omnia redundant: id est,quibus omnia referta sunt.Ita.3.uol.orat.84.. Nam hæc quidem,quæ nunc est,splendidissimorum hominum, fortissimorum uirorum, optimorum ciuium, mihiq; amicissimorum multitudine redundat: id est,abundans est.In aliquo aliquid. in orat.libr.144. Vt neq; in Antonio deesset hic ornatus orationis,neq; in Crasso redundaret : id est,superabundaret. Ad aliquid.Cæs.213. Marcellus cum confligere miserrimum putaret,quod & uictoris,& uicti detrimentum ad eundem Cæsarem esset redundaturum.Item de off. 110.. Quorum tamen ad amicos redundat infamia.Bonum alicui.Att.328.Quod quidem bonum mihi nunc deniq; redundat: id est,pertinet.In aliquem aliquid. in or.lib.85. Et hoc tempus omne post consulatum obiecimus ijs fluctibus, qui per nos à communi peste depulsi,in nosmetipsos redundarunt:id est,incurrerunt.In prouincias.3.uol.or.75. Quæ numero hominum,ac multitudine ipsa poterant in prouincias nostras redundare: id est, impetum facere in prouincias nostras.

Reædificare meritum. Att.89.Cæsarem in merito reædificando diligentiorem fore.

Refellere,est id quod dictum est, arguendo falsum ostendere. & apud Rhetores eorum est,qui factum negant, cum purgare eorum sit, qui fatentur factum, sed iure aliquo factum defendunt,Don.ait.2.uol.orat.90.Nam aut oratio testium refelli solet,aut

let,aut uita lædi.Item.1.uol.phil. Et refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati sumus.Institutum. in or.lib. 167.Iis opposuit sese Socrates,qui subtilitate quadam disputandi refellere eorum instituta solebat uerbis.Aliq.1.uol.philos.81.. Aut Pylades cum sis,dices te esse Orestem,ut moriare pro amico? aut si esses Orestes,Pyladem refelleres,te indicares?

Refercire, est replere. & rei, & re, & de re aliquid refercimus.2.uol.or.10. Referto prædonum mari. Item.2.uol.or.81. Audieram refertam esse Græciam sceleratissimorum hominum, & nefariorũ.etsi in nomen transire dicit Laur.Vall. Aliqua re aliquid.3.uol.or.129. Quibus cum multæ naues refertæ fuissent.Dolore uitam.1.uol.phil.57.Quod si uita doloribus referta maxime fugienda est.Cloacas re.3.uol.or.20. Memini stis tum Iud.corporibus ciuium Tiberim repleri, cloacas refrciri.Aures sermonibus.3.uol.orat.129. Aestatem una complures aureis referrsit istis sermonibus.

Referire,est contra ferire.Ter.89.Fortiter.Sy.perquàm nimis, quia miseram mulierem,& me seruolum,qui referire non audebam,uicit.hui perfortiter.Item Plaut.24. Quæso æquo animo patitor. Li. patitor, te item cum ego referiam : id est,cum tu contra uerberabere.

Referre. Cum & huius uerbi multa essent exempla, quæ ferè sub eandem significationem caderent,placuit exemplorum ordinem ad sententiarum rationem describere, quemadmodum in suo etiam simplici factum est, etsi in eo aliter facturum me receperim.

CVM EST PRO transcribere, ponere.

Acceptum alicui. 1.uolum. orat. 96.. Quod minus Dolobellæ Verri acceptum retulit, quàm Verres illi expensum tulerit. Item.143..Nam quas pecunias ferebat is expensas, quibus cum contrahebat,aut scribæ istius,aut Timarchidi,aut etiam ipsi isti referebat acceptas.Item.2.uolum.orat.52.. Att.9.in famil.159.

Vt his etiam exemplis comprobetur id, quod de ferre expensum, & referre acceptum inferre dicebamus. uulgò, dicerem far di riceuere. In acceptum. 1. uolum. oration. 106.. Primo negabat opus in acceptum referre posse. Ascon. 76. Non ab eo suscepi opus, nec in acceptum retuli. 1. uolum. orat. 106.. Opus in acceptum retulit quadriennio post: id est, in codicem accepti ex aduersarijs transcribere. In ordinem. 1. uolum. orat. 46. Quamobrē cum cætera nomina in ordinem referebas, hoc, &c. In commentarium. Attico. 102.. Vtrum illud reliquum, quod ipse in Tusculano me referre in commentarium mea manu uolebat. In literas publicas. 1. uolum. orat. 94.. Sed etiam causam adscribant, cur non tum in literas relatum sit. Item. 231. Nam turpitudinem summam arbitrantur referri in literas publicas pretio paruo ea, quæ accepissent à maioribus uendidisse, atque alienasse. In tabulas. 2. uolumine oration. 175. Cum scirem ita iudicium in tabulas publicas relatum. 1. uolum. orationum. 202. Item. 3. uolum. orat. 57. 1. uolum. orat. 105.. In aduersaria. 1. uolum. orat. 46. Quàm pridem hoc nomen Fanni in aduersaria retulisti? In publicum. 2. uol. orat. 77.. Neq; relatum est in publicum, neque in monumento consumptum. In ærarium. 1. uol. orat. 165.. Vt quibus ille, de capite dempsisset, hi pecunias in ærarium referrent. Att. 99. 2. uol. orat. 63. Ita Pecuniam. uide in ærarium. Ad ærarium rationes. 1. uol. or. 92. Cum rationes ad ærarium nisi damnato te, referre noluit. uulgò, assegnar li conti alla camera. Item. 1. uol. orat. 96. Audistis quæstoriam rationem tribus uersiculis relatam: legationis, non nisi condemnato, & electo eo, qui posset reprehendere: nunc deniq; prætura, quam ex S. Cons. statim referre debuit, usque ad hoc tempus non retulit.

CVM EST PRO transferre, numerare.

In numerum. 1. uolum. philosop. 4.. Isti quidem etiam P. Africanum referre in eundem numerum solent: id est, inter eos numerare.

merare. In deos. 2. uolum. philos. Eodem libro rursus terram, & cœlum refert in deos. In reos aliq. Cæs. 210.. Nemo erat, qui modo aliquam iacturam facere posset, quin aut uadimonio teneretur, aut in reos referretur: id est, inter eos haberetur. 1. uol. orat. 23. Vt hic potius uiuus in reos, quàm occisus in proscriptos referretur. In labores Herculis. 1. uolu. orat. 222.. Aiebant in labores Herculis non minus hunc immanissimum Verrem, quàm illum aprum Erimantium referri oportere: id est, numerari.

CVM EST NVNCIARE.

Ad aliquid. Att. 112.. Vnam, quid Cæsar acturus sit, cum acceperit ea, quæ referēda ad illum data sunt. uulgò etiam dicimus referir. sed nunc est simpliciter nunciare, nam cum referimus in senatu, id quoque dicitur nunciare, sed inest in eo quid consultandi causa. Prærogatiuam. 2. uol. phil. 124. Qui in prærogatiua referenda subito concidisset. est pronunciare inter primos: ut ipse Ci. exponit. 2. uol. phil. 28.

CVM EST REDIRE, CONFERRE.

Animum aliquo. in orator. libr. 85. Ac fuit tempus illud, cum mihi quoq; initium requiescendi, atq; animum ad utriusq; præclara studia referendi fore iustum, & prope ab omnibus concessum esse arbitrarer. Item. 159. Referte nunc animum ad hominum, uel etiam cæterorum animantium formam, & figuram: nullam partem &c. id est, conferte, considerate. Animum ad rationem. Att. 327. Quare si crebro referes animum tuum ad rationem, & ueteris consilij nostri, & spei, facilius &c. id est, reuocabis, conferes. Ad artes suas se. in familiar. 48. Vt ad eas te referas artes, quibus à primis temporibus ætatis studium tuum dedisti. est redire. Ad philosophiam se. de offic. 33.. Existimaui honestissime molestias deponi posse, si me ad philosophiam retulissem: id est, rediissem. Pedem. 3. uolum. or. 241.. Vt non referat pedem, insistet certe. Cæs. 8.. Tandem

uulneribus defeßi, & pedem referre, & quod mons ſuberat citer M. paß. & ſeſe recipere cœperunt. Pedem referre aliq. Att. 240. Itaq; me referunt pedes in Tuſculanum.

CVM EST FERRE, afferre, inferre.

In domum aliq. de off. 28. Hic ſummi & clariſſimi uiri filius in domum multiplicatam repulſam non ſolum retulit, ſed ignominiam, & calamitatem. Aſpectum aliquo. 3. uol. orat. 77. Qui ſi ex illa iactatione caſuq; populari bene geſta repub. referunt aſpectum in curiam, atque huic ampliſſimæ dignitati commendati eſſe uolunt, non modo non repellendi ſunt, uerumetiã expetendi: id eſt, ſi referunt ſe in curiam.

CVM EST RECIPERE.

Ad aliquid aliquid. 1. uol. phil. 57.. Omnes metus & ægritudines ad dolorem referuntur: id eſt, reſpiciunt. Item Ad caput. 1. uol. phil. 216.. Nonnunquam hæc eadem uocabula ad frugalitatis nomen, tanquàm ad caput, referre uolumus. Ad fructum. 2. uol. philoſ. 25. Charum ipſum uerbum eſt amoris, ex quo amicitiæ nomen eſt ductum, quam ſi ad fructum noſtrum referemus, non ad illius commoda, quem diligimus, non erit iſta amicitia, ſed mercatura quædam utilitatum ſuarum: id eſt, ſi in ea noſtram utilitatem reſpexerimus. Ad ſe omnia. Att. 100. Qui, cum omnia ad ſe referant: id eſt, ſua cauſa faciant. Curas ad aliqu. Att. 288. Cuius omnes curæ ad te referuntur, & in te conſumuntur: id eſt, cuius curæ, à te omnes proficiſcuntur, & ad te unum referuntur.

CVM EST CONSVLERE, PERmittere, proponere.

Ad aliq. in familiarib. 44.. Quibus ego ita mandaram, ut cum tam longe abfuturus eſſem, ad me ne referrent, agerent quod probaſſent: id eſt, ne me conſulerent. Ad conſilium. Attico. 11.. Refertur ad conſilium, una ſola ſententia præſidium non deſideravit. Ad pompeium. Att. 105.. Sin hoc reſp. ad Pomp

ad Pompeium refert, qui me magis, quàm priuatum aliquem mittat. uulgò, remetter a quel che fà Pompeio. Ad generum. in fa. 39. Ego ſi in prouincia de tua fama detrahere unquam cogitaſſem, non ad generum tuum Lentulum, neque ad libertum tuum Brunduſij, neq; ad præfectum fabrum Corcyræ, quem in locum me uenire uelles, retuliſſem. In ſenatu de aliquo. 3. uol. or. 18. Decreuit ſenatus frequens de meo reditu Cal. Iunij diſſentiente nullo, referente L. Mũmio, cuius in mea cauſa nunquam fides, uirtusq; contremuit. De religione. in fami liaribus. 2.. Quod inſtituit referre de religione, & ſæpe iam retulit, ab eo deduci non poteſt. De repub. Cæſ. 119. Referunt COSS. de rep. De literis ali. in fam. 153. Flagitare ſenatus inſtituit Cornutum, ut referret ſtatim de tuis literis. Ex literis. Cæſ. 119. Literis à Fabio C. Cæſaris conſulibus reddi tis ægre de ijs impetratum eſt ſumma Trib. Pl. contentione, ut in ſenatu recitarentur, ut uero ex literis ad ſenatum referretur, impetrari non potuit.

CVM EST REDDERE.

Gratiam. Terent. 33. Nunc referam gratiam, atq; eas itidem fallam, ut ab illis fallimur. de offic. 106. Quod Tarquinium dixiſſe ferunt, tum cum exulaſſet, ſe intellexiſſe quos fidos amicos habuiſſet, quosq; infidos, cum iam neutris gratiam referre poſſet. Att. 308. Sed ut perorauit, ſurrexit Clodius, & murus clamor à noſtris (placuerat enim referre gratiam) ut neq; ex, &c. Et par. Ter. 77.. Studet par referre. Re gratias. in fam. 173.. Iam non ago tibi gratias: cui enim re uix referre poſſum, huic uerbis non patitur res ſatisfieri. in fa. 235. Huic utinam aliquãdo gratiam referre poßimus. Item. 235. Semper nobis gratiam retulerunt. Fructum. 1. uolum. orat. 79.. Cum in eo uestra mihi dignitas fructum diligentiæ referret, id ſum aſſecutus: id eſt, redderet. Item Att. 31.. Qui mihi non modo præmiorum, ſed ne ſermonum quidem unquam fructum ullum, aut gratiam retule-

runt. Sonum tibias. in orator. libr. 181.. Itaque se res habet, ut si tibiæ inflatæ non referant sonum, abijciendas eas sibi tibicen putet: id est, reddat. Salutem. Att. 253. Refres igitur ei plurimam salutem, itemq; Pyliæ dicas uelim. uulgò, dicitur resalutar.

CVM EST REMITTERE.

Literas ad aliq. Att. 122. Sed mea mansuetudine coniecceram in fasciculum unà cum tua uenientem ad illum epistolam, hanc ad me referri uolo: id est, remitti. Significationes. Att. 298.. Natura autem ita res, ut usq; Romam significationes, uocesq; referantur. Voces. uide significationes.

CVM EST, QVOD instaurare, restituere.

Iterum. Terent. 101. Ob eam rem nolit iterum referre, ut iterum possit uendere. Consuetudinem. 1. uolum. orat. 79. Cum longo interuallo consuetudinem retuli. Mysteria. in orator. lib. 149.. Nisi Athenienſibus, quod mysteria non referrent, ad quæ biduo serius ueneramus, succensuissem. etsi nunc est quasi dicerent, proferrent. nam paulo infra dixit, tacitum tanquam mysterium teneant.

CVM EST PRO INTERESSE.

Et Cæsaris, & ad Cæsarem referre dicitur. in fa. Cuius consilij magni referebat te interesse. Mea uero, tua, sua, nostra, uestra, loco mei, tui, sui, nostri, uestri, nemo est qui nesciat dici. Pl. 224.. Nũc ad illud uenies, quod refert tua. Ad aliq. Pl. 224.. Quid id ad me, aut meã ad rem refert Persæ quid rerũ gerant?

Referuere, est feruorem amittere. Orationem. in orat. lib. 194.. Nam & contentio nimia uocis reciderat, & quasi referuerat oratio: id est, tepuerat, deferbueratq;.

Reficere, est proprie quod demolitum sit, si iterum construatur. ut nauis, murus. Transfertur tamen apte pro recreare. & aliquid simpliciter, & aliquid à re aliqua reficimus. Naues. Cæsar. 45.. Et quæ grauissimè afflictæ erant naues, earum materia,

teria, atque ære ad reliquas reficiendas utebatur. Murum. in orat. lib. 244.. Quia in senatu Demosthenes curator muris reficiendis fuit, eosq; refecit pecunia sua. Magistratum. de offic. 113.. Cum ferret legem de Tri. Pl. reficiendis. Aliquẽ. Att. 103.. Tironis reficiendi spes est in M. Catone. in fa. 116. Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam: nam & uires, & corpus amisi. Exercitum. Cæs. 86. Cæsar Auarici complures dies commoratus, summamq; ibi copiam frumẽti, & reliqui commeatus nactus, exercitum ex labore, atq; inopia refecit, & recreauit. Milites. Cæs. 104.. Militesq; hyberno rum quiete reficere à tantis laboribus uellet. Se aliqui. 1. uolum. orat. 224.. Ad ea autem, quæ dicturus sum, reficite uos quæso iudices per deos immortales. Item Att. 317. Ego ex magnis caloribus (non enim meminimus maiores) in Arpinati summa cum amœnitate fluminis me refeci ludorum diebus Philotimo, tribulibusq; commendatis. 3. uol. orat. 101.. Sed me recreat & reficit Cn. Pomp. sapientissimi, & iustissimi uiri consilium. Item in orat. lib. 166. Vt à te ipso sumerem aliquid ad me reficiendum. Animos. Sall. 16.. Quo & cæterorum animos reficeret, & illi facilius è periculo eriperentur. in famil. 191. Nunc quod Cassio dedi, quod Trebonij morte amusimus, quod etiam crudelitate Dolobellæ, aut perfidia eorum, qui mihi fidem, Reiq; pub. non præstiterunt, id consequi, & reficere uolo: id est, recuperare.

Refigere, est quod fixum erat euellere. Tabulas. 3. uo. orat. 241.. Num figentur rursus hæ tabulæ, quas uos decretis uestris refixistis? Leges. 3. uol. orat. 246.. Acta Antonij rescidistis, leges refixistis. Ita Aera. in familiar. 183.. Cuius æra figere debebamus', eius etiam chirographa defendimus? quia in æs incidebantur leges.

Refrenare, est cohibere, retinere. & aliquid à re aliqua refrenamus. ut A gloria. 3. uol. orat. 53.. Etenim semper magno

ingenio adolescẽtes refrenãdi potius à gloria, q̃ incitãdi fuerũt. Itẽ.3. uo.or.231. Et à progressu coercuit, et à reditu refrenauit.

Refricare, est renouare. & id quod renouatur refricari trãsitiue dicimus. etsi ad Atticũ legitur lippitudo refricat intrãsitiue. ubi fortasse legendũ est refricatur: ut fabula. nisi sit refricat: id est, dolorẽ. **Vulnus**. 2.uo.or.57.. Quò cũ uenisset Lælius, et illud Castritianũ uulnus dicẽdo refricuisset, siluerũt principes. Att.76. Appij uulnera nõ refrico, sed apparẽt, nec occuli possunt. Itẽ.190.. Quæ res fortasse sit refricatura uulnus meum. **Cicatricem**. 2.uol.orat.88. De quo ego cõsulto Quirites, neq; apud uos ante feci mentionẽ, ne aut refricare obductã iam Reip. cicatricẽ uiderer, aut aliás, & c. **Desiderium**. in fa.73. De tuo autẽ filio uereor, ne si nihil ad te scripserim, debitũ eius uirtuti testimoniũ nõ cæpissem: sin autẽ omnia, quæ sentio perscripserim, ne refricẽ meis literis desideriũ, ac dolorẽ tuũ. **Dolorem**. uide desideriũ. **Animum**. 2.uol.or.170.. Atq; animum memoria refricare cœperat. **Memoriam**. 3.uol.orat. 187. Cum autẽ illã pulcherrimam facti memoriã refricat, tum à suis similibus inuidiã aliquã in me cõmoueri putat. **Præteritum** factũ alicuius. 3.uol.or.97. Sic tuis sceleribus Reip. præterita facta refricabis? **Fabulam**. 3.uol.or.52.. Vt illa uetus Afrania fabula refricaretur. **Lippitudinẽ**. Att.169.. Crebro refricat lippitudo nõ illa quidem perodiosa, sed tamẽ quæ impediat scriptionem meam: id est, molestat, impedit.

Refrigere, est frigidum fieri. sed in trãslatis maxime illuminat orationẽ. & aliquid, & à re aliqua refrigere dicimus. **Apparatum** belli. 3.uo.or.200. Teretur interea tẽpus, belli apparatus refrigescẽt. **Crimen**. 2.uo.or.270.. Illud uero crimen de numis, quos i circo Flaminio deprehẽsos esse dixisti, caluit re recẽti, nũc in causa refrixit. **Hastam**. in fa.131.. Ego cætera qui animo æquo fero, unũ uereor, ne hasta Cæsaris refrixerit: id est, ne etiã caleat. **Rem**. Ter.81. Vbi illinc rediero, nihil est,

refrixerit

refrixerit res, nunc demum uenis? cur passus? ubi eras? Att.18. Tota res interpellata bello refrixerat. Att.311.. Nam quod de Pompeio Caninius agit, sanè quàm refrixit. neq; enim res probatur. **Sortes**. 2.uol.phil.126.. Cæteris uero in locis sortes planè refrixerunt: id est, cessarunt.

Refrigerare. de off. Aut uicissim umbris, aquis ue refrigerari salubrius? **Sermonem**. in fa.36.. Refrigerato iam leuissimo sermone hominũ prouincialiũ: id est, qui nõ ita frequens esset.

Refugere, est retro fugere. in famul.139. Neq; tamen refugiendo commissuri sumus, ut & c. **Aliquid**. Cæs. apud Gell.84. Vel pro hospitio regis Nicomedis, uel pro horum necessitate, quorum res agitur, refugere hoc munus non potui. nunc est non suscipere. **Ab aliquo**. Att.190.. Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio à te admonendo.

Refutare, est redarguere. fit enim à fando, a in u uersa. sed à uerbis ad rem transfertur. **Bello** aliq. 3.uolum.oration.75.. Semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius bello, quàm lacessendas putarunt: id est, aduersus eas se potius defendere, quàm eis bellum inferre. **Aduersarium**. 3.uol. oration.35.. Nemo enim horum te ita refutandum, ut grauem aduersarium, aut ita rogandum, ut religiosum testem arbitraretur: id est, reprehendendum. **Aliquem**. in familiar. 131.. Quod scribis prælia te mea causa sustinere non tam id laboro, ut si qui mihi obtrectent à te refutentur, quàm intelligi cupio, quod certe intelligitur, me à te amari: id est, ut me ita defendas, ut aduersarios nostros reijcias, & superes.

Regere, est gubernare. **Filium**. Att.129. Quem tamen nos disciplina regimus. **Caput**. Cels. Qui nimio dolore regere caput non posset: id est, sustinere.

Regerere duas partes. De re rust.41. Tunc decoquũt in ahenis leui igni duas partes quoad regerunt, tum deniq; ad usum recte

promutur

promitur:id est,ad duarum partium consumationem.

Regnare, est regnum possidere. & absolute, & in aliqua re regnare dicimus. **In centurijs**. in fámil. 175.. Nunc si me tanti facis,quanti certe facis,quando equitum centurias tenes, in quibus regnas,mitte ad Lupum nostrum,ut is nobis eas centurias conficiat.

Regustare,est iterum gustare. **Literas** crebro. Att. 208. Sed crebro regusto tuas literas,in his acquiesco, tamen expecto nouas. Item.220.. Nam illam legi,uolo tamen regustare.

Reijcere, aliquando est remittere,aliquando eijcere, interdum differre:nec non recusare,& quædam alia significat. **Ad senatum** aliquid. 3. uolum. oration. 245. Omnia ad senatum mea sententia reijciam. Att.32. Ait se de cos. sententia rem ad senatum reiecisse. **Ad epistolam** aliq. Att.150. Sed ne bis eadem legas,ad ipsam te epistolam reijcio. **Ad leges**. 1. uolum.oration.127. Vt de his omnibus causis se ad leges reijceret. uulgo remetterse alle leggi. **Romam** aliq. in fámil. 153. Tu quanquàm consilio non eges, uel abundas potius, tamen hoc animo esse debes,ut nihil huc reijcias.Item.215. Illud præterea si eos quando cum senatore res est, Romam reieceris. de causis præsertim usurpari comperies. **In Gallíam** causam. in fámil.209. Ea res à Volcatio, qui Romæ ius dicit, reiecta in Galliam est. **Ex senatu**. 2.uolum.oration. 238. Qui eum ex senatu censor reiecerat : id est, qui eum senatu mouerat. **In aduentum** ali. Att.184..In aduentum Cæsaris fortasse reijciuntur. **In alterum** annum. Att.281.. Quanquàm aliquoties ei scripseram sacerdotum comitia mea summa contentione in alterum annum esse reiecta. **In mensem** alium. Att. 3. Abs te in mensem quintilem reiecti sumus. **Iudices**. 1.uolum. oration.69.. Mansit in conditione, atque pacto usq; ad eum finem,dum iudices reiecti sunt. Itẽ.61.68.Item Att.64.**Rationem**. Att.18. Vnam rationem non reijciebam : id est,non refutabam

futabam, non recusabam, ei non contradicebam. **Onus**. 1. uolum.oration.80.. Primum interesse utrum id onus uosmetipsi reieceritis,an quòd probare Pop.Rom. fidem uestram,& religionem non potueritis. **Hostem**. in fam.23.. Feliciter ab Antiochia hostem reiecerat : id est, repulerat. Item Sall. 130. **Manus** ad tergum.in familiar. 164.. Cum quidem pransus, nudis pedibus,tunica soluta, manibus ad tergum reiectis, ambularet.

Relaxare, proprie est de ijs rebus, quæ constrictæ tenentur, cum remittuntur:sed apte ad animum transfertur cum solicitudinibus aliqua ex parte leuatur. & aliquid simpliciter, & aliqua re aliquid,& ab aliquo relaxare dicimus. **Animum**. in orat.lib.166. Poteris, inquit,relaxa modo paululũ animum: aut sanè (si potes) libera. Item.87.. Ibi ut ex pristino sermone laxarentur animi:id est,recrearentur.de off.25.Atq; etiã cum relaxare animos,& dare se iucũditati uolunt. **A contentionibus** aliquid.2.uol.phil.158.Sic tu à contentionibus, quibus summis uti solebas,quotidie relaxes aliquid. **Se re** aliqua. Att. 262. Si te occupatione ista relaxaris.

Relegare, & **Amandare** fere idem sunt. **Cyprum** aliq. 2.uol.orat.226. Vide amandare. **In prædia**. 1.uol. or.25. Hunc in prædia rustica relegarat.de offic. Criminabatur etiã quod Titum filium, qui postea Torquatus est appellatus, ab hominibus relegasset,& ruri habitare iussisset.

Releuare. Eadem est significatio uerbi huius cum uerbi relaxare significatione. non enim liberant uerba, sed laxiora ea reddunt,quæ pauloante astrictiora tenebantur.Non tamen usus admittit,ut inuicem cum alterius nominibus altero utamur. ut relaxare literas legendo,quemadmodum releuare. & aliquid, & re aliqua aliquid releuamus. **Animum**. Terent. 90.. Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore, ac miseria tabescit,& tuo officio fueris functus. **Literas**. Att.7. Quotus enim

enim quisq; est, qui epistolam paulo grauiorem ferre possit, nisi eam per lectionem releuarit: id est, legendo eam leuiorem reddiderit. iocus est Ci. **Causam.** Asc. 69. Non enim causam Verris releuatam esse, sed illos damnatos. **Crimen.** Asc. 69. Mire orator non Verrem uendicare morte Philodami, sed crimen suum releuare potuisse. **Cura, Metu** aliq. 2. uol. oration. 103.. Videbimur fortasse ad breue quoddam tempus cura, & metu esse releuati.

Religare, pro suo simplici sæpius ponitur. & aliquid ad aliquid re aliqua religamus. **Naues** ad terram. Cæs. 163.. Neq; nauem ad terram religandi potestas fiebat. **Religionibus** aliq. 2. uol. orat. 238. Nunquid igitur is bona Lentuli religionibus relegauit? id est, obligauit, consecrauit.

Relinquere. Verbi proprietas est aliquo modo id, quod quis habebat, dimittere. sed non uno modo omnia relinquuntur. ut in exemplis uidebimus. Relinquimus uero aliquid alicui ad aliq. & in aliqua re. **Rem** x. talentûm. Terent. 130.. At si talentûm reus reliquisset decem. **Fundos.** 1. uol. orat. 21.. Nam fundos treis, & decem reliquit, qui Tyberim ferè omnes tangũt. **Patrimonium.** in famul. 27.. Si erit ulla Respub. satis amplum patrimonium relinquam in memoriam nominis mei. **Aes alienum.** 1. uol. orat. 3. Cum æris alieni aliquantum esset relictũ. Item. 13.. Propterea quod C. frater aliquantum æris alieni reliquerat. **Aculeos.** in orat. lib. 168. Cum delectatione aculeos etiam relinqueret in animis eorum, à quibus esset auditus. **In medio** quid. Sall. 7. Nos eam rem in medio relinquemus: id est, non explicabimus. Item. 3. uol. orat. 47.. Mulierem nullam nominabo: tantum in medio relinquam. Item. 1. uol. philosop. 45.. Quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda, & quadam æstimatione dignanda docebat, contraq; contraria, neutra autem in medio relinquebat. nunc est utriusq; partis aliquem participem facere. Item. 101. Neq; enim illud fieri poterat ullo

ullo modo, ut nihil relinqueretur in medijs, quod aut secundum naturam esset, aut contra. **In opinione** hominum. 1. uolum. philosop. 57. Et hoc non modo in oratione mea non pono: sed ne in opinione quidem cuiusquam relinquo, me omnibus patronis esse præpositum: id est, nolo etiam ut homines hoc opinentur, suspicentur. **In spe.** 1. uol. orat. 59. In quo ego quid eniti, aut quid efficere possim, malo in aliorũ spe relinquere, quàm in oratione mea ponere. **Spem** in re aliq. in famul. 95.. Neque in epistolis relinques meis spem aliquã delectationis tuæ: id est, nihil postea delectationis ex meis literis sperabis. **Locum** admonitioni. in famul. 2. Sed planè nec precibus nostris, nec admonitionibus reliquit locum: id est, per se omnia est executus. **Monumentum.** 1. uol. orat. 102.. In eo loco in sermone hominum, audaciæ suæ monumentum æternum relinquere. **Desiderium** sui aliq. in orat. lib. 165. Et autoritatis, & prudentiæ suæ triste nobis desiderium reliquerat. **Testatum** aliquid. in familiar. 18. Aut ut te in meam sententiam adducam, aut certe testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim. **Nugas.** Att. 92.. Videatur ne aut pietatis esse meæ fratrem relinquere? aut diligentiæ nugarum aliquid relinquere? nunc est dare sermonem. **Ad aliq.** aliq. Att. 138. Hanc ipsam excusationem relicturus ad Cæsarem: id est, reseruaturus. **Animum** aliq. Cæs. 75. Paulisper prælium unà sustinent, relinquit animus Sextium grauibus acceptis uulneribus, deficiens ægre per manus tractus seruatur. **Febrem** aliq. Att. 122. Tironem nostrum ab altera relictum audio: id est, quartana ut suprà: laborabat enim duabus quartanis Tiro. uulgo doppia quartana. **Arraboni.** Terent. 63.. Ea relicta est arraboni huic pro illo argento.

Remanere, contumeliam in re. Sallust. 51. Eumq; lachrymans per amicitiam, perq; Rempub. obsecrat, nequam contumeliam remanere in exercitu uictore neue hostes inultos abire sinat: id est

id est, aliqua contumelia, ac dedecore exercitum affici ne permittat.

Remigare, est retro nauem impellere. 1. uol. phil. 211. Vtrum igitur mauis? statim'ne nos uela facere? an quasi è portu egredientes remigare? Att. 210. Vide inhibere.

Remigrare, est unde quis discesserat, iterum habitatum redire. **Romam.** Att. 266. Tranquillis autem rebus Romanis, remigrauit Romam: id est, habitatum redijt. **Animum** alicui. Plaut. 96. Remigrat animus meus nunc demũ mihi: id est, redit animus. quasi qui peregre fuisset.

Reminiſci, est cum ea, quæ tenuit mens, ac memoria, cogitando repetuntur. ait Varro. cui respondet illud Ci. in. 3. uolum. oration. 143. Te aliquid de huius Quæstoris officio cogitantem, etiam de alijs quibusdam Quæstoribus reminiscentem recordari: id est, quasi cogitando recordari. ubi etiam uides reminiſci de re.

Remittere, est retro mittere. sæpe etiam relaxare, interdum condonare, nec non etiam minuere, & quædam alia significat. **Repudium.** Terent. 144. Cum ego uestri honoris causa repudium alteri remiserim, quæ tantundem dotis dabat. **Nuntium.** Att. 8. Vxori Cæsarem nuntiũ remisisse: id est, quæ ei repudiũ suo nomine nũtiaret. Ita **Vxorem** marito. in orat. lib. 222. A' cõsequẽtibus, si mulier cum fuisset nupta cum eo, cui connubij ius nõ esset, nuntium remisit, quoniam qui nati sunt, patrem non sequuntur. **Aliquo** aliq. in fa. 31. Quem cum Romam remittes. **Aliquid** alicui. 2. uol. ph. 174. Si uoles remittam hoc tibi. uulgo la remettero a te. **Curam** animi. 1. uolum. orat. 231.. Cum diutius in eo negotio, curáq; fueram, ut requiescerem, curamq; animi remittere: id est, animum cura liberarem. **Animũ.** 2. uol. ph. 177.. Et tum remittit animos, tum cõtrahit: id est, relaxat. de off. 21. Facilis igitur est distinctio ingenui, & liberalis ioci. alter est si tẽpore sit, ac remisso animo homine dignus

dignus, &c. **In tempus** aliquid. 1. uol. orat. 204. Nauem imperare ex fœdere debuisti, remisisti in trienniũ: id est, in tertiũ annũ distulisti. **Tempus.** Ter. 25. Nullum remittis tempus, neq; te respicis: id est, nihil cessas. **Virtutẽ** ali. Cæ. 23. Quòd his rebus relanguescere animos, eorumq; remitti uirtutem existimarẽt. **Pugnam.** Sal. 51.. Vbi hostes paululũ modo pugnã remiserãt: id est, ubi languescere paululũ cœpissent in pugna. **Dolorem** ali. Ter. 108.. Nã si remittent quippiã Philumenã dolores: id est, si eã relinquat dolor. in or. lib. 176. Qui, etsi cũ remiserãt dolores pedum, nõ deerat in causis, tamen id non sæpe faciebat: id est, cũ p dolores pedũ remissiores factos facere id poterat, nõ sæpe tamen faciebat. **Memoriam.** Cæ. 69. Quod ferè pleriſq; accidit, ut præsidio literarum diligentiã in perdiscendo, ac memoriam remittant: id est, nõ intendant. sumptum enim est ab arcu. **Studium** suum. in orat. lib. 195. Nam is postq̃ consulatum (credo quòd uideret ex consularibus nemi nem esse secum comparãdum, negligeret autem eos, qui Coss. non fuissent) summum illud suum studium remisit, quo à puero fuerat incensus. **Frigus** se. Cæ. 51.. Loca sunt temperatiora, quàm in Gallia remissioribus frigoribus. **Ventum.** Cæ. 167.. Nostri usi fortunæ beneficio, tamen impetum classis timebam, si forte uentus remisisset: id est, si uenti posuissent, cessassent. **Vsum** rei. de off. 110. Tales igitur amicitiæ sunt remissione usus leuandæ. **Oculos.** in orat. lib. 163.. Oculi sunt, quorũ cũ intentione, tum remissione, tum coniectu, &c. **Vocem.** in orat. lib. 164. Peritum hominem, qui inflaret celeriter eum sonum, quo illum, aut remissum excitaret, aut à contentione reuocaret. de uoce agitur nimis remissa, seu nimis contenta. **Se totum.** Att. 168.. Cui ego nõ modo placabilem me præbuissem, sed totum remisissem. **Debitum.** Cæsar. 151. Pecunias quas erant in publicum Varroni ciues Ro. polliciti, remittit. Ita **Semisses.** 3. uolumine orat. 15.. Vt remissis semissibus, &

trientibus quinta propè pars uectigalium tolleretur: id est, sublatis semissibus, & condonatis. Aliquid. *1. uolum. orat. 46.* Eidem & infinitam largitionem remittebas, & eundem in angustissimam formulam sponsionis concludebas? Ex aliqua re aliquid. *in fam. 112.* Nunc non modo remittimus tibi aliquid ex nostra commendatione, quasi adepti iam omnia, sed eo uehementius à te contendimus, detrahimus. ita Dere. *Att. 288.* Sed persuade tibi de uoluntate propria mea nihil esse remissum, de iudicio largiter: id est, nihil esse detractum, diminutũ. Facere aliquid. *Terent. 19.* Nam si cogites, remittas iam me onerare iniurijs: id est, cessabis, finem facies me iniurijs onerandi.

Remouere, est amouere, tollere, auferre. & re, & à re, & de re aliquid remouemus. Morbum se. *Att. 169.* Tu quoniam quartana cares, & nedum morbum remouisti. Multitudinem. *1. uol. or. 144.* Itaq; ille multitudine sociorum remota, Decumanos reuocat: id est, semota. Imperium. *Attic. 297.* Quantum nos illi ordini debeamus, ut remoto imperio, ac ui potestatis, & fascium publicanos cum græcis gratia, atq; autoritate coniungas. Se. *in orat. lib. 197.* Sed ne opifices quidem se artibus suis remouerunt: id est, abducti sunt. Se ab aliquo. *Attic. 60.* Quid sit quòd se à me remouit, si modo remouit, ignoro: id est, alienauit. Item de offic. 110.. Ab amicitia Q. Pompeij meo nomine se remouerat. Ab exercitu *ali. Cæ. 235.* Ob eas res ignominiæ causa ab exercitu meo te remoueo. De medio. *1. uolum. orat. 22.* Plura clam de medio remouebant. Item. *144.* Decumani, hoc est principes & quasi senatores publicanorum remouendas de medio literas censuerunt.

Remunerare, est gratiam referre, qui de nobis bene mereat, eum donis prosequi: tamq; beneficium acceptum remuneramus, quàm qui fecit beneficium. Beneficium. *2. uol. orat. 210.* Quibus autẽ officijs T. Annij beneficia remunerabo? Itẽ *1. uolum. orat. 203.* Aliq. *in orat. lib. 166.* Ipsa mihi tractatio literarum salutaris fuit, admonuitq; Pomponi, ut à te ipso sumerem aliquid ad me reficiendum, teq; remunerandum, si non pari, at grato tamen munere.

Renasci, est iterum nasci. Pennas. *Attic. 55.* Qui mihi pennas inciderunt, nolunt eas renasci: sed ut spero iam renascuntur.

Renauare operam. *Attic. 10.* Cum Lucio in gratiam redi, uideo hominem, ualde petitur, renauabo operam: id est, iterum studebo, operam dabo.

Renouare, est quod iam uetus esse cœperat si nouum fiat, instauretur. Animum *ali. Cæ. 223.* At cohortes suis ex terrore firmatis, rursusq; renouatis animis legionarios conuersis equitibus, &c. Bellum. *2. uolum. orat. 9.* Quantum illud bellum fuit putetis, quod coniungant reges potentissimi, renouent agitatæ nationes, suscipiant integræ gentes. *3. uol. orat. 255.* Vt haberet Galliam ultimam aptissimam ad bellum renouandum: id est, partem Galliæ ultimam. Centesimas. *Attic. 91.* Sed centesimis ductis à proxima quidem syngrapha, nec perpetuis, sed renouatis quotannis numerabantur numi. Item. *85.* Commendationem. *in fam. 103.* Multa, mihi crede, assequêre, ego enim renouabo commendationem, sed tempore. Desiderium. Vide memoriam infra. Fœnus. *Att. 93.* Cyprij numerabãt, sed Scaptius centesimis renouato in singulos annos fœnore contentus non fuit. Gemitum. uide luctum. Hospitium. *3. uolum. orat. 145.* Tu uetus hospitium renouare uoluisti. Honores. *At. 313.* Quod nolit inquã renouare honores eosdẽ. Institutũ. *1. uol. or. 65.* Atq; adeo institutũ referri, ac renouari moleste ferũt. Luctũ & gemitũ. *3. uol. or. 30.* Luctũ & gemitũ renouare uoluisti. Memoriã. *3. uo. or. 252.* Itaq; Cæsaris munere Deciorũ quidẽ multo interuallo

uallo per hunc præclarum uirum memoria renouata est. 2. uol. orat. 199. Qui suo fletu desiderium mei memoriamq; renouaret. **Mundum**. 2. uo. ph. 49.. A quo rursum animæ, ac deo renouatio mũdi fieret. **Orationem**. ad Her. 15. Breuiter, ut renouetur, non redintegretur oratio. **Quæstum** paternum. 3. uol. orat. 98. Cum totius prouinciæ pecore compulso, pellium nomine omnem quæstum illum domesticũ paternum renouasti. **Reliquias**. 3. uol. orat. 73. Si succeditur, periculum sit, ne instauratas maximi belli reliquias, ac renouatas audiamus. **Rem**. 1. uol. orat. 12.. Tametsi nolo eam rem commemorando renouare. **Scelus**. 1. uolum. orat. 68. Cum in Cn. Dolabellam scelus suũ illud pristinum renouauit, instauraũt quæstorium. **Societatem**. in fa. 200. Quòd societatem reip. conseruandæ tibi mecum à patre acceptam renouas, gratum est.

Renumerare, est reddere quod ante nobis numeratum fuerat, ut aurum, dotem. Pl. 105. Decretum est renumerare iam omne aurum patri. **Dotem**. Ter. 112. Si est, ut uelit reducere uxorem, licet: sin alio est animo, renumeret dotem. est reddere dotem.

Renuntiare, modo est pro nunciare, referre. & tum dicimus aliquid, & de re aliqua: modo etiam recusare. Vt Asc. 51.. Renunciatio dicitur recusatio eius rei, quæ in placito, & promissione uenerat. ut **Conditionem**. 1. uol. orat. 69.. Renunciata est tota conditio. **Hospitium**. 1. uol. orat. 95.. Itaq; iste uehemẽter Sthenio infensus hospitiũ renunciat: est recusare uelle eo uti hospite. Ter. 12. Quasi tibi nõ renuntiata hæc sint sic fore. Item. 12. Renunciatũ est. ubi Do. ait re abundare, ut sit nunciatũ est. Ter. 14. Domũ modo ibo, ut apparentur dicam, atq; huic renũtio. **Aliquid**. Pl. 183. Quin tu illud primũ renuntias? **Aliq. alicui**. C. Gracchus apud Gell. 133. Vxor renũtiat uiro parum cito sibi balneas traditas esse, & parum lautas fuisse. **Repudium**. Ter. 137. Iam accipiat, illis repudium renuntiet,

renuntiet, hanc ducat. **Prætorem**. 2. uol. orat. 4. Nam cum propter dilationem comiciorum ter prætor primus centurijs cunctis renuntiatus sum. Item. 3. uol. orat. 176. Ita ædilis, & in cæteris magistratibus creandis. **Dere aliqua**. Pl. 135. Metuebam ne meæ uxori renuntiaret de palla.

Repedare, est quasi pedem retrahere. & pro recedere, & pro redire ueteres usi sunt. **Domum**. 2. uol. phil. 187. Domum cum laude repedandum: id est, redeundum.

Repellere, est reijcere, retro aliquid ingruens pellere. **Bellum**. 3. uolum. orat. 75.. Bellum Gallicum P. Conscripti C. Cæsare imperatore gestum est, antea tantummodo repulsum. semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius bello, quàm lacessendas putauerunt. **Aegritudinem**. 1. uol. phil. 205.. Ii turpe putantes ægritudinem repulerunt. **Dolorem à se**. 1. uol. phil. 55. Dolorem aspernari, ut summum malum, & quantum possit, à se repellere. **Labes animi**. de off. 122. Cæteras animi labes repellat. **Insidias**. 1. uol. orat. 67. Cum multæ mihi à C. Verre insidiæ terra, mariq; factæ sint, quas partim mea diligentia deuitarim, partim amicorum studio, officioq; repulerim, nunquàm tamen &c. **Vim**. 3. uol. orat. 11. Nõ uerebar, ne quis aut uim ui repulsam reprehenderet, aut &c. **Rationem**. 1. uol. phil. 231. Rationem omnem repellentes uitæ beatæ nullam partem relinquunt.

Rependere, aliquid pro aliquo. in orat. lib. 134. Cui pro C. Gracchi capite erat aurum repensum. est tãtum auri redditum, quantum Gracchi caput pependit.

Reperire causam. Ter. 127. Quid mihi dicent? aut quam causam reperient? **Exitum rei**. 1. uol. ph. 60. Reperire potest exitum.

Repetere. Verbi proprietas est, aut iterum & sæpius petere, aut quod alij dederis, quasi ut retro detur, poscere. aliquando pro sumere. & quædam alia significat. **Libertatem**. 3. uol.

orat.228.. Ita præclara est recuperatio libertatis, ut ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda. Ius suum. 1.uol. orat. 57.. Ecquid autoritatis apud uos in suo iure repetendo socij Pop.Rom. supplices uestri habere debeant. Aliq. iudicijs.in orat.lib.168.. Cum sublatis in Siciliam tyrannis res priuatæ longo interuallo iudicijs repeterentur. Aliq. ex lege. 1.uolum. orat. 57.. Quo nomine abs te sestertium millies ex lege repeto. Sacerdotium. Cæs.215.. Sacerdotium id repetebat:id est,iterum petebat.pendet enim longe à superiori. In consuetudinem. 1. uolum. orat.65.. Quàm hæc maiorum consuetudo longo interuallo repetita, atque relata: id est,iterum in cõsuetudinem reuocata. Initium rei.in fam. 91.Repeterem initium amicitiæ ex parentibus nostris. Exalto.in fam.32.. Tamen quoniam ex alto repetita sunt, non ne &c. Altius aliq. in fam.10.. Quod tibi, ut planius exponam,altius paulo rationem meorum consiliorum repetam necesse:id est,ab initio meæ cogitationis exordiar.ut ex alto. Diuinationem.2.uolum. phil.85. Est enim ab omni æternitate repetita:id est,ab ætatibus quasi per manum singulis acepta, comprobata est diuinatio. Dies. Cæs.191..Iam constabat Elide in templo Mineruæ repetitis,atque enumeratis diebus, quo die prælium secundum fecisset Cæsar. &c. Item.3. uolum.orat.44..Cur te fraterna uitia potius quàm bona paterna, & auita, & usque à nobis cum in uiris,tum etiam in fœminis repetita mouerunt? Memoriam alicuius. 3. uol. orat. 147. Obsecro Cæsar repete temporis illius memoriam: id est:reuoca,recordare. Memoria aliquid.in fa.72.Euentisq; aliorũ memoria repetendis nihil accidisse nobis noui cogitemus. Item in fam.181. Quãtum memoria præterita repetere possum:id est,recordari. Recordationem.in or.lib. 85. Ac mihi repetenda est ueteris cuiusdam memoriæ non sane satis explicata recordatio. Pœnam ab aliquo.2.uol.or.195..

Etenim

Etenim si à me,ut isti existimãt,Lentuli mortui,si Catilinæ notissimus furor,si amentia Cethegi,si luxuries ac stupra Cassij pœnas repetũt:id est,retro petũt.Ita.3.uo.or.103.Cũ ei,q exspectare uelit omnis iniusta pœna luenda sit, q̃ iusta repetẽda. Pœnam.Cæs.9.. Tametsi in ueteribus Heluetiorum iniurijs Pop.Ro.ab his pœnas bello repetisset. Aliquem Syracusas.in or.lib.170.Quarquàm Timeus eum quasi Licinia, & Mutia lege repetat Syracusas:id est,Syracusis eum uendicet.

Replicare. Dixerit Plin.& qui uelit replicare:pro iterum, & sæpius dicere:ego apud meos fateor non obseruasse. proprie autem significat dissoluere.Plaut.80.Replica tricam, atq; extende. Memoriam.2.uolum.phil.190..Nam licet uidere,si uelis replicare memoriam temporum,qualescunq; summi ciuitatis uiri fuerant,talem ciuitatẽ fuisse. idem esse uidetur, quod repetere.

Reponere. Semel tandem sit dictum, omnia uerba, quæ hac particula re composita sunt,proprie modo iterum,modo retro significare: nec non etiam contra,etsi aliquando etiam re,nihil ad suum simplex addit.dicimus uero aliquid, & aliquid alicui,& in aliquare, uel rem aliq. reponere. Aram. in fa.168..Putes'ne nos tutos fore in tanta frequentia ueteranorum, quos ante de reponenda ara cogitare audimus. nunc est iterum ponere. Numos. Plau.218. Vt des mihi numos sexcentos, quos pro capite illius pendam, quos continuo reponam tibi:id est,reddam. Aliquid alicui. in fami.114. Cur autem laudarim peto à te, ut id à me ne'ue in hoc reo,ne'ue in aliis quæras, ne tibi ego idem reponam:idest repetã. In numero aliquo.in or.lib.90. Quanquàm illos quidem censemus in numero eloquentiũ reponẽdos: id est,collocãdos.in or.lib.244.Tamẽ hũc in numero nõ repono:id est,non numero. In suis aliq. Att.162.Cæsarẽ maxime in suis M. Ciceronem reponere:id est,habere unũ ex suis intimis.

mis. In locum alterius. Att. 285. Qui se in eius locum repo-
ni pateretur. In deos. 2. uol. phil. 9.. Aut homines iam morte
deletos reponere in deos.

Reportare, est secum unde quis discedit ferre, quicquid illud
sit. Exercitum ex aliquo. Att. 65.. Exercitum Britania re-
portabant: id est, reducebant. Beneuolentiam ex prouin-
cia. Att. 86. Si nihil aliud de hac prouincia, nisi illius beneuolen
tiam reportassem: id est, retulissem. Victoriam. 2. uol. orat.
3. Vt ab illo insignia uictoriæ, non uictoriam reportarent. Asc.
67. P. Scipio Africanus frater eius legatũ se ei obtulit, ad id bel
lum gerendum, & uictoriam reportauit. Laudem. 2. uolu.
ph. 187.. Nihil enim præter laudem bonis atq; innocentibus,
neq; ex hostibus, neq; à socijs reportandum &c.

Reposcere rationem. Cæ. 56. Etsi grauius quid acciderit, abs
te rationem reposcent. Item. 1. uolu. orat. Legem sibi indi-
cunt innocentiæ, continentiæ, uirtutum omnium, qui ab altero
rationem uitæ reposcunt.

Reprehendere, est proprie iterum prehendere, castigare,
corrigere. & pro deprehendere usurpatur. Aliq. Pl. 103. Au
fugero hercle si magis usus uenerit, si ero reprehensus, macto
ego illum infortunio. ubi est pro iterum prehendere. Ita locum.
Ter. 76.. Pernoscite furtum, ne factum existimetis, an locũ re-
prehensum, qui præteritus negligentia est. Aliq. in aliqua re.
1. uol. orat. 148.. Vt ab ijs se abstineant maxime uitijs, in qui-
bus alterum reprehenderunt. Omnia in aliquo. 1. uolu. orat.
148.. Ego in uno homine omnia uitia, quæ possunt in homine
perdito nephario q; esse reprehendo: id est, deprehendo. Se.
Ter. 91. Sed me reprehendi tamen: id est, repressi me ne dicerẽ.

Repræsentare. Sanè repræsentare est aliquid præsens effice-
re. id uero tantum aut in præteritis aut in futuris fieri potest.
ideo ad solutionem maxime uerbum accommodatur. Memo
riam rei ali. 3. uolu. orat. 8. Quod ipsum templum repræsen-
tabat

tabat memoriam consulatus mei: id est, præsentem faciebat, re-
nouabat. Improbitatem. Att. 251.. Mihi quidem uidentur
istorum animi incendi, etiam ad repræsentandam improbitatem
suam: id est, renouandam. Medicinam aliquid. in fam. 72.
Neq; expectare temporis medicinam, quam repræsentare ra-
tione possimus: id est, qua in præsentia uti possimus. Cæ. 216..
Cæsar respondit se fore æquissimum Pharnaci, si, quæ pollice-
retur, repræsentaturus esset: id est, id in præsenti dissolueret.
De repræsentatione uidebis in fam. 266. id est, quod ad
solutionem præsentem attinet. Att. 196.. Si enim Faberianum
uenderem, explicare, uel repræsentare non dubitarem: id est, fa-
cile possem præsenti pecunia rem conficere. Item. 196.. Magno
enim adiumento Hermogenes potest esse in repræsentando: id
est, præsentem pecuniam soluendo. Att. 196. Si qua etiam iactu-
ra facienda sit in repræsentando quod possum, adducito. in fa.
262.. Conserua te mihi, dies promissorum adest, quẽ etiam re-
præsentabo, si aduenerit: id est, etsi nõdum uenerit, faciam ad-
uenisse, cum ipse aduenerit. Locus uero Cælij in famil. 112..
Certè inquam absolutus est, me repræsentante pronuntiatum
est. nisi sit (quando res in iudicio uersatur) quod uulgo etiam
nostrates patroni dicunt appresentar. locus mihi perobscurus
est. neq; enim offendor quòd Hortensius eum defenderit. Plu-
res enim iam pridem notum est, in una causa patronos adhibe-
ri solitos esse, quibus etiã suæ propriæ unicuiq; partes attribu-
tæ erant. Fortasse Cælio datum erat, ut reum in iudicium addu
ceret. Si uero lectio commutanda sit, me præsente, uel me rem
spectante, ego cum Rutilio libenter legerem.

Reprimere, est cohibere, compescere, atq; de ijs sæpius quæ
aliqua sunt uiolentia. Conatum alicuius. 1. uolu. orat. 176..
Ego tectus præsidio firmo amicorum Catilinæ, tum & Anto-
nij copias, & conatum repressi. Copias. Vide conatum.
Fugam. Att. 117. Itaq; fuga, quæ parabatur repressa est.

Iter. Att.162. Dubitabat noſtrum nemo, quin Cæſar itinera repreſſiſſet. Cædes. Att.294.. Sublata Myſiæ latrocinia, cædes multis locis repreſſas. Iracundiam. Ter.95. Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi. De. Repreſi, redij, mitto maledicta omnia. Famam. 3. Vo.or.235.. Hanc quæſo pro tua ſingulari ſapientia reprime famam, atq; effice, ne id quod non curas, cupere uideare. Sermones. in fa. 38.. Hos ego ſermones, q; & multi ſunt, & tuam exiſtimationem, ut ego ſentio, non offendunt, laceſſiui nunq̃, ſed non ualde repreſi. Se. Ter.54.. Sed reprimam me. nunc de eo, qui penè inceperat loqui. idem facit .91. per uerbum reprehendere. ſed me reprehendi tamen.

Repromittere, eſt proprie contra aliquid alicui promittere, præſertim à quo aliquid accipimus. In or.libr.166. Non me hercle, inquit, tibi repromittere iſtuc quidem auſus ſim. aſſecurar. Plau.25. Verum iſtuc argentum tamen mihi ſi uis dinumerare, repromittam iſtoc nomine ſolutam rem futurum. Item.2. uol.orat. 203. In referenda autem gratia hoc uobis repromitto, ſemperq; præſtabo. 1. uol.orat.51. Repromittis tu ab hinc triennium Roſcio. quid? recita iſta &c. 1. uol. orat.51.. Etenim forſitan hoc tibi ueniat in mentem, repromiſiſſe Fannio Roſcium, ſi quid à Flauio exegiſſet, eius partem dimidiam ſe domino exegiſſe.

Repudiare. Maxime ad uxorem recuſandam pertinet uerbum: quin ex eo factum uerbum uidetur. quod: quæ pudendis prædita eſt uxor, ea repudiatur. transfertur tamen ad cætera, quæ non probentur. Conſilium. in orat.lib.143. Neq; uero eſſe mirandum ſi cum ſuis conſiliis remp. profligaſſet, conſilium ſenatus à rep. repudiaret. Ter.17.. Repudio conſilium, quod primum intenderam. Cauſam. 2. uolum. orat. 125.. Si hominis & ſuis, & Pop. Roma. ornamentis ampliſſimam cauſam tanti periculi repudiaſſem.

Condi

Conditiones. 3. uol.orat.255. Si etiam queritur conditiones ſuas repudiatas æquas quidem, & uerecundas. Legem. de off.114. Itaq; lex popularis ſuffragijs populi repudiata eſt: id eſt, non accepta eſt. Sententiam. 3. uol.orat. 206. Intelligo Quir. à uobis hanc ſentẽtiam repudiari, neq; iniuria.

Repugnare aliquid alic.rei.de off.113.. Tum amicitiæ repugnant maxime: id eſt, aduerſantur.

Reputare. Quia re, iterum ſignificat, quæ uero iterata ſunt maius ſtudium habere ſolent: ideo reputare erit diligenter conſiderare, examinare. nam putare eſt cogitare, quia cogitando, quæ ſuperflua ſunt, mente recidimus. & aliquid reputamus, & cum animo noſtro. in fa.11. Tamen non reputans quid ille uellet, in omnibus meis ſententijs de rep. priſtinis permanebam. Item. 2. uolum. phil. 49. Nunc horum nihil unquam reputauiſſe certo ſcio: id eſt, conſideraſſe. Ter. 18.. Dum hæc reputo. Do. ait, putamus inſtantia, reputamus præterita.

Requieſcere, eorum eſt, qui defeſſi ſunt, ait Do. Ter.33.. Requieſcere ubi uolebat. In Sermone alic.in or.lib.130.. Sed tamen defeſſus iam labore, atq; itinere diſputationis meæ, requieſcam in Cæſaris ſermone, quaſi in aliquo peropportuno diuerſorio: id eſt, dum Cæſar loquitur, ipſe quieſcam.

Requirere, eſt diu quærere, inquit No. ideoq; etiam diligenter quærere ſignificat: nec non etiam deſiderare. uidetur etiam interdum neſcio quid tacitæ accuſationis habere. Signum. Att.171.. Signum requirent, aut manum, dices iis, me propter cuſtodias eas uitaſſe: id eſt, diligenter quærent. Aliq.1. uol.ph.232.. Nam & qui beatus eſt, non intelligo quid requirat, ut ſit beatior: id eſt, quid amplius quærat. Officium. in fa.8. Tamen non tam mihi moleſtum fuit accuſari abs te officium meum, q̃ iucundum requiri. de off.24. Prudentiam. de off. 117. In quo equidem continentiſſimorum hominum

maio

maiorum nostrorum sæpe requiro prudentiam: id est, desidero. uel etiam accuso prudentiam nostrorum, quæ in hoc nulla fuit. Et illi persimile est quod dixit alibi, desiderare animum alicuius ex aliqua re. Literas. Att. 261. Breues tuæ literæ, breues dico, imò nullæ, tribus'ne uersiculis his temporibus Brutus ad me? nihil scripsissem potius, & requiris meas. Item Epistolas. in fa. 195. Epistolas requiris meas: id est, quasi quòd cessem ad te scribere, me subaccusas.

Resarcire, est integrum facere. Vestem. Ter. 78.. Discidit uestem? resarcietur. Do. ait re abundare: id est, sarcietur. Damnum. in fa. 10.. Tamen à me minima putabantur in meis damnis resarciendis. Sarcire uero infamiam dixit Cæsar. 181. Tantumq; studium infamiæ sarciendæ: id est, delendæ.

Rescindere, est abscindere. Pontem. Cæ. 42.. Se in Galliam recepit, pontemq; rescidit: id est, demolitus est. Rem iudicatam. 1. uol. orat. 238. Vt damnati in integrum restituantur, uincti soluantur, exules reducantur, res iudicatæ rescindantur: id est, irritæ fiant. Ius belli. Sall. 78. Belli iura rescindi. Prætura m. 1. uolum. orat. 137. Metellus totam triennij præturam rescidisset.

Rescire. Scimus inquit Do. manifesta, rescimus occulta. Item rescire est recognoscere, & uix inuenire, quod quis nescierit. & scimus per nos, rescimus ex alio. Ter. 104. Hoc ubi senex resciuit, heri ea causa rure huc aduenit. Item. 104. Me abs te immerito esse accusatam postmodum rescisces. Item. 112.. Quod si resciuerit peperisse eam. Item Ter. 107. Priusquàm id rescitum est. Item. 121.

Rescribere. Præter notam significationem illud etiam eleganter significat, quod est renumerare. nam cum pecuniam præcedat scriptura, & eo nomine scribere sit dare, pari etiam ratione rescribere erit renumerare. Argentum rursus. Terent. 144. Sed transi sodes ad forum, atq; illud argentum iube rursum

rescribi Phormio: id est, reddi, renumerari. Att. 251. HS CCCC. si in præsentia soluerimus, reliqua rescribamus. Epistolæ. Att. 5.. Eo factum est, ut epistolæ tuæ rescriberem aliquid, breuitate temporis tam pauca cogerer scribere. Ad ea, quæ quæris. in fam. 10.. Vt tibi rescriberem ad ea quæ requiris. Ad equum. Cæ. 15. Pollicitum est in cohortis prætoriæ loco decimam legionem habiturum ad equum rescribere: id est, equos illis attribuere. uulgo far soldato a cauallo.

Resecare, est partē aliquam demere. Aduiuum aliquid. de offic. 99. Neq; id ad uiuum reseco. Prouerbialis est sententia, cum significare uolumus aliquid, atq; adeo multum de re, qua de agitur, nos aduersario concedere.

Reseruare, est differre. & aliquid alicui, & in aliquid reseruamus. Aliquid alicui rei. 2. uol. orat. 64. Et concioni reseruata Att. 310.. Præsenti sermoni reseruentur. In congressum. Att. 20. Aut in congressum nostrum reseruabo. Aliquem. in fa. 62. Vide, ne cum uelis reuocare tempus omnium reseruandorum, cum qui seruetur non erit, non possis. nunc est conseruare.

Residere, est proprie deorsum tendere. modo quiescere, cessare: interdum permanere esse uidetur. Pl. 50.. Ita uenter, gutturq; residunt esuriales ferias. Quem locū Adrianus etiam citat, sed dimidiatum: reliquit enim esuriales ferias. quid autem ille, ex eo sciri potest? ego magis cum Pylade sentio, qui ita exponēdo legit, Venter & guttur residunt esuriales ferias: id est, ociantur, aguntq; ferias esuritione plenas. & est residere ferias, ut uiuere uitam, seruire seruitutem. ego uero accusatiuum illum ea ratione positum esse potius dicerem, qua tempus poni solet, quia feriæ tempus continent, dixisseq; ferias residere, quasi dies feriatos ociari. Montes. 3. uol. orat. 97. Perficit ille, ut si montes resedissent, amnes exaruissent, non naturæ præsidio, sed uictoria sua, rebusq; gestis Italiam munitam

nitam haberemus: id est, complanati essent. **Mentem** à re aliq. Cæ. 96. Quorum mentes nondum à superiore bello resedisse sperabat: id est, quiescere. **Sensum**. in fam. 72. In qua si resideat sensus: id est, remaneat. **Aliquid** amoris. in fa. 62.. Vt si quid resident in te amoris: id est, remanet. **Plus** officij apud me. in fa. 63.. Apud me plus officij residere facilime patior: id est, esse. **Malum** aliquod. Att. 289. Cum tantum resideat intra muros mali: id est, restet, relinquatur. **Spem** salutis. 2. uol. orat. 93.. Quomodo spes salutis reliqua residebit: id est, manebit. **Suspitionem** rei. Att. 295.. In quibus non potest residere inertiæ, aut leuitatis ulla suspicio. **Religionem** in aliq. 2. uol. ph. 227. Qui in meis ædibus aliquam religionem residere diceret: id est, inesse, habitare. **Culpam** in ali. Att. 285. Cuius culpa nõ magis in te residet.

Resistere, proprie est opponere se. interdum pro consistere. **Suspicioni**. Att. 293.. Quæ resistat non solum gratiæ, ueritati etiam suspitioni. Cæs. 157.. At illi itinere totius noctis confecto, subsequi non poterant, atq; alij alio loco resistebant. i. consistebant. Item. 1. uo. ph. 244. Resistit extra fores (ut ante dixi) limenq; carceris. multa sunt supra. agit enim de uirtute.

Resoluere, idem est quod soluere, dissoluere. Pl. 68. Nam inde rem resoluo omnibus, quibus debeo. Pl. 25. Ehò ecquis proiectura oliui resoluit? **Damnum**. de re rust. 19. Siquid emptor, aut pastores, aut pecus emptoris domino damni dederit, uiri boni arbitratu resoluatur: id est, præstetur. Item. 19..

Resonare. 1. uol. ph. 190.. Ea uirtuti resonat tanquàm imago: id est, respondet. ita. **Ad neruos** in cantibus. 2. uo. ph. 56. Nares cornibus ijs, q ad neruos resonãt in cantibus: id est, qui sonum ipsum nisi conficiunt in neruis, saltem maxime adiuuant.

Respicere, est proprie retro aspicere. & quoniam miseria posterior est felicitate: ideo etiam dicimus respicere miserum, pro iuuare. ita in quibusdam alijs. quædam tamen & alia signi-

alia significat. & aliq. & ad aliq. respicimus **Ad aliq**. Ter. 32. Cum huc respicio ad uirginem, illa sese interea commodum huc aduerterat. **De improuiso**. Ter. 10. Quasi de improuiso respice ad eum: id est, retro respice &c. Item 138. **In secundis** aliq. Ter. 23.. Me in secundis respice: id est, cum tibi res tuæ secundæ sint, ne me deseras. Ter. 84.. Nam hercle alius nemo respicit nos. **Inimicum** Q. Metell. Numi. apud Gell. 96.. Quem ego mihi neq; amicum accipio, neq; inimicum respicio. summi est uox cõtemptus, quem dicat inimicum respectu etiam indignum. **Cæsarem**. Cæ. 119.. Sin Cæsarem respiciant, atque eius gratiam sequantur, uulgo, hauer rispetto, & obsequi Cæsari. in fa. 27.. Nam quod rogas, ut respiciam generum meum adolescentem optimum, mihiq; charissimum: id est, eius rationem habeam aliquam. ita Terent. 131.. Respice ætatem tuam. ita Terent. 32. Nullum remittis tempus, neq; te respicis: id est, consideras, quid sis ætatis, tibi non consulis. **Alicuius** rei. Cæ. 121. Quod illi turbulentissimi superioribus temporibus Tr. pleb. octauo deniq; mense suarum actionum respicere, ac timere consueuerunt: id est, considerare. **Aliquid** ad aliq. Cæ. 161. Ad hunc summa imperij respiciebat: id est, spectabat.

Respirare, est quasi spiritum sumere. inde & per translationem recreari, refici. & à re respirare, & animam dicimus. **A metu** paulum. 2. uol. orat. 60. Qui nunc primum post illam flammam aliorum facto, & cupiditate excitatam, spe uestræ æquitatis, erigere animum, & paulum respirare à metu cœpit. 225. Idem posteaq̃ respirare uos à metu cædis, emergere autoritatem nostram à fluctibus. **Auaritiam**. 1. uolum. orat. 9.. Quid ago? si mehercule hæc tecum duo uerba feciſſes. quid ago? respirasset cupiditas, atque auaritia paululum: id est, non tam pressa fuisset auaritia, ac cupiditas tua: id est, multum de auaritia, & cupiditate remisisses.

Animam.

Animam. 2. uol. ph. 53. Excipiatq; animam eam, quæ ducta sit spiritu, eandem à pulmonibus respiret, & reddat.

Respondere. Spondere inquit Sex. ante ponebatur pro dicere: unde & respondere adhuc manet. ut respondere sit ad dictum dicere. transfertur tamen à uoce ad rem, & plerunq; similitudinem significat. dicimus uerò alicui, & ad aliquid respondere. Pauca. 3. uo. orat. 40.. Videte quàm pauca respondeam. ita Paucis, Ore alicuius. in orat. 179.. Cui orationi Cæpionis ore respondit Aelius: id est, Aelius Cæpionis ore usus est, fecit Aelius orationem, sed eam habuit Cæpio. Ordine. in fa. 28. His ego ordine, ut uideris uelle, respondebo. Tempori aliquid. Att. 199.. Cum tamen breuioribus diebus quotidie respondebant tabellarij. Alicui aliq. 1. uol. ph. 91.. Vt ita eruditatur, ut & patri & Scipioni nostro, & tibi tam propinquo respondeat: id est, tui similis sit, te referat factis & moribus. Att. 198.. Iudicio ali. aliq. Att. 228.. Quòd si bonitas tua responderit iudicio meo, quod semper habui de te, gaudebo: id est, si talem te præstiteris, qualem iudico futurum. Optatis. in fa. 18. Quodq; in omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondet: id est, obsequitur meis optatis. Opinioni hominum. in fa. 19.. Non quo uerear, ne tua uirtus opinioni hominum respondeat: id est, talis futura sit, qualem ipsi homines opinantur futuram. Officijs. in fa. 149.. Tantis enim tuis officijs non uideor mihi respõdere posse: id est, satisfacere. Mutuo. in fa. 63.. Nulla enim re tam lætari soleo, quàm meorum officiorum conscientia, quibus si quando non mutuo respondetur, apud me plus officij residere facilime patior. Domum suam palatio. 2. uol. or. 255.. Velle se in carinis ædificare alteram porticum, quæ palatio responderet: id est, quæ palatio adiuncta esset aliqua parte, uel è regione aduersus illud extructa, uel par fòret. Ad tempus. Att. 251.. Vt ij, qui debent non respondeant ad tempus: id est, non soluant ad diem

diem constitutum. Ad rogatum. 2. uolum. or. 148. Nunquàm nobis ad rogatum respondẽt. De aliqua re. in fa. 181. Detulit ad me querelam tuam, de qua, prius quàm respondeo, pauca præponam.

Restagnare locum. Cæs. 152.. Quo mare succedit longius, lateq; is locus restagnat, quem si quis uitare uoluerit, sex millium circuitu in oppidum perueniet: id est, stagnum effecit.

Restare, est superesse, reliquum esse. modo resistere. Ter. 4. Restat Chremes, qui mihi exorandus est. Locum. 1. uol. ph. 62.. Restat locus uel huic disputationi maxime necessarius de amicitia. Item. de offi. 91. Quarta restat causa: id est, reliqua est. Aliquid alicui. 2. uol. orat. 1. Quæ tamẽ ei sola in malis resti terunt: id est, non amissa sunt. In ceruicibus ali. 2. uol. or. 143. Sed ab illo in speculis, atq; insidijs relicti, in capite atq; in ceruicibus nostris restiterunt: id est, relicti sunt. Pro resiste re. Terent. 73.. At si rogitem, iam quid est quod peccem, aut quamobrem id faciam, nescias: in qua re nunc tam confidenter restas stulta: id est, resistis.

Restinguere. Eadem ferè ratione se habet uerbum hoc, qua extinguere. Ardorem. 3. uo. or. 199.. Nomen ipsum legatorum, hunc quem uidimus, restinguet ardorem municipiorum, atq; Italiæ franget animos. Item. 1. uol. ph. 58. Incendium. 3. uo. or. 228.. Concurritur undiq; ad commune incendium restinguendum. Bellum. in fa. 173. Ex tuis literis, & ex Græceij oratione nõ modo non restinctum bellum, sed etiã inflammatum uidetur. Furorem. 2. uol. orat. 193. Sed quòd homo nouus pernicioſum nobilium restinxerit furorem. Sitim. 1. uol. ph. 66. Eadem'ne in quam quæ restincta sitiẽ &c. Sermonem. Att. 206.. Sermunculum enim omnem, aut restinxerit, aut sedarit. Verba. Ter. 26.. Hæc uerba una mehercule falsa lachrymula, quam oculos tetẽdo misere uix ui expresserit, restinguet. Studium. 3. uol. orat. 246. Ne conditio insidiosa

pacis libertatis recuperandæ studia restingueret.

Restipulari. Cum à stipe uerbum sit factum, eius proprium esse uidetur, qui pecuniam accipit: stipulari uero eius, qui eam collocat. Item. 1. uol. or. 51.. Repromittis tu ab hinc triennium Roscio. quid? recita istam restipulationem clarius. Item: Quid enim restipulatio clamat quasi repromissio.

Restituere, est unde aliquid ablatum fuerat, id eò referre. Inter uero reddi & restitui Do. hanc differentiã facit, ut reddantur quæ nostri cupida sunt: restituantur quorum nos cupidi simus. & aliquid alicui, & in aliquid restituimus. **Dignitatem** ordini. in or. lib. 133.. Equestri ordini restituit non solum dignitatem, sed etiam uoluptatem. **Voluptatem.** uide dignitatem. **Vim.** 1. uol. or. 291.. Qui dies totos, aut uim fieri uetat, aut restitui factam iubet: id est, præstare damnum per uim factum. **Potestatem** Tribunitiam. 2. uol. or. 73.. Quæ post restitutam Tribunitiam potestatem nemo attigit. Sall. 78. **Prælium.** Cæs. 18.. Itaq; prælium restitutũ est: id est, redintegratum. **Exercitum.** Sall. 83.. Restituto deinde apud Gaberam exercitu: id est, refecto. **Aliquem** alicui. Att. 5.. Primum de nostro amico placando, aut etiam planè restituendo polliceor. **Aedes.** in orat. lib. Ei cui domus ususfructus legatus sit, non restituturum hæredem, si corruent: id est, instauraturum. **Locum.** Ter. 123. Quem actoris uirtus nobis restituit locum. **In antiquum.** 1. uol. orat. 68.. Vt ea restitui in antiquum statum nullo modo possit. **In locum.** Pl. 154.. Aut facile te in eundem restitues locum. Ter. 16. Restituito in quem me accepisti locum. **In integrum.** 1. uol. orat. 238. Vt damnati in integrum restituantur, iuncti soluantur, exules reducantur, res iudicatæ rescindãtur. **In possessionem.** in fa. 160.. Si ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus restitutura est. **In ædes** suas alic. 1. uol. or. 291.. Quemadmodũ te restituat in ædes tuas, non habebit. **In gratiam**

tiam. 3. uol. or. 73.. Hic me meus in remp. animus pristinus, ac perennis cum C. Cæsare reduxit, reconciliat, restituit in gratiam. **Ab occasu.** Sall. 93.. Si uero urbem amplissimo nomini, & maximo imperio, iam ab occasu restitueris: id est seruaris occidentem.

Resupinare. Re, in hoc uerbo proprietatis suæ nihil retinet, nihilo enim plus est resupinare, quàm supinare, siquidem supinare est retro flectere, uel ita iacere, ut cœlũ aspiciamus, unde supini qui ita dormiunt, appellantur, quod idem est in resupino, & in resupinis. **Aliquem.** Ter. 142.. Ponè apprehendit pallio, resupinus respicio. rogo: quàmobrem retineat me.

Retardare, est moram facere. **Animos.** 1. uol. or. 79.. Quo animos testium retardarent: id est, minus uehementes efficerent in testimonio dicendo. Item. 1. uol. orat. 60. **Bellũ.** 3. uol. orat. 200. Vnde est adhuc bellum, nisi retardatione, & mora? **Impetus** & conatũ. 3. uol. or. 5. Reliqui coniurationis impetus, & conatus sunt retardati. **Absolute** protulit. 1. uol. ph. 164.. Veniet tempus, & quidem celeriter, & siue properabis, siue retardabis. uolat enim ætas.

Retexere. Tractum est uerbum à telis. est autem modo iterum texere, modo detexere. **Superiora.** in fa. 74.. Nam die tuo natali uictoria nuntiata in multa secula uidebamus remp. liberatam, noui timores retexunt superiora: & est iterum texunt. Se. in fa. 180. An quod adolescens præstiti, cum etiam errare cum excusatione possem, id nũc ætate præcipitata cõmutem, ac me ipsum retexam? id est, renouem. **Orationẽ** suã. 3. uo. or. 166.. Itaq; iam retexo orationem meam: id est, eadem scribam, quæ antea. **Præturam.** 1. uol. or. 21.. Vt totam suam prætu ram retexere uideretur. est quasi particulatim de ea agere. **Thecam** numariam. Att. 59. Quare in hoc thecam numariam ne retexeris.

Reticere. Ter. 52.. Ne retice, ne uerere. reticemus dolores ta-

cemus cõsilia:obticemus uero,quorum nos pudet,inquit Do.
Retinere, est conseruare, interdum alia. **In officio.** 1.uol. orat.30. Vt quos natura ipsa in officio retinere non potuisset. **Et officium.** de off.73.. Qui retinendi officij causa crucia tum subierit uoluntarium. **Mortem.** 1.uol.ph.64. Qui mos cum à posterioribus non esset retentus, Arcesilas eum reuoca uit. **Imperiũ.** Sall. Nam imperium his artibus retinetur. **Charitatem** in aliq.de off.109.. Retinent tamẽ charitatem in pastores. **Sententiam.** 1.uol.ph.244.. Sunt autem hæ de finibus,ut opinor,retentæ,defensæq; sententiæ. **Iudicium.** 1.uol.ph.58.. Et qui suum iudicium retinent:id est, in eo per stant quod iudicant. **Amplitudinem.** in fa. 4.. At ea exce pta,possum confirmare te & Senatus,& Po.Ro. summo stu dio amplitudinem tuam retẽturum. **Ius suũ.** 1.uo.or.155. Sed isti equites Ro. qui suum ius retinere se contra Apronĩ posse erant arbitrati. **Salutem.** in fa.93.. Et hac amissa salutem re tinere uoluisse. **Ad salutem.** Pl.40.. Si herum uidet supera re amorem,hoc serui esse officium reor,retinere ad salutem,nõ eum quò incumbat,eò impellere. **Aliquid** aliquem.in fa.68. Etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet:id est, dele ctat. **Tabellarios.** in fa.163. Tamen nequaquã tanta in mo ra est,quanta qui locis omnibus dispositi ab utraq; parte scru tantur tabellarios,ac retinent:id est, remorantur intercipiunt.
Retorquere pilã. de off.94.. Ne ue tanquã pilam retorserit.
Retrahere, est ab incepto abducere. **Ex itinere.** Sall.16.. Quem ad Catilinã proficiscẽtem ex itinere retractum aiebant. **Aliq.** aliquo.1.uol.ph.76.. Si Annibale in Africã retraxisset.
Retractare aliquid,est de illo iterum simpliciter agere.aliquã do etiam cum correctione quadam. Att.124. Augemus enim do lorem retractando. **Opus.** Att.252.. Sed tamen idẽ σύνταγμα nisi ad te retractatius:id est, diligentius correctũ. Itẽ.1.uol.ph. 244.. Vt sine retractatione libere dicere auderẽt,sapiẽtes esse semper

semp beatissimos:id est,perseuerãter in opinione permanerẽt.
Retrudere. 1.uol.or.77.. Sed etiam iacet in tenebris ab isto retrusa,atq; abdita.
Retundere, est hebetem reddere. **Ferrum.** 2.uol.or.183. Et in animũ inducam,cuius nuper ferrũ retuderim,flammamq; restinxerim,eiusdem nunc causam uitamq; defendere? **Sermo nes.** in fa.115. Quo facto retudit sermones.etsi legitur retu lit,quod nihil ad rem facere uidetur.
Reuellere iniurias. Att.79. Honorificisq; uerbis omnes iniu rias reuellimus superiores:id est, prorsus euellimus. **Tela.** 3. uol.orat.85. Et absentem principe Cn.Pompeio referente, & de corpore reip.tuorum scelerum tela reuellente,reuocarunt: id est,extrahente.
Reuenire, est redire,reuerti. **Rem** in eum locum.Pl.106.. In eum nunc reuenit res locum, ut &c. id est,ad id redit res. **In gratiam** cũ aliquo.Pl.253.. Cumq; eo reueni ex inimici tijs in gratiam. **Domum.** in or.lib.99. Cum miles domũ re ueniisset,egissetq; lege in hæreditatem paternam. Item in orat. lib.100. Ac postea domum reuenisset.Pl.112. Næ ille ædepol Ephesi multo mauellem foret,dum saluus esset,quàm reuenisset domum. Ter.100.. Reuenit Pamphilus.
Reuereri, est ingenue timere:cum timere proprie seruorum sit,ut in uereri dictum est.in or.lib.119.. Dicam enim non reue rens assentandi suspicionem:id est nihil timens, ne assentari uidear.
Reuertere. Et reuertere, & reuerti in eadem significatione usi sunt boni pro redire.ut ad pristinum. **Animum.** in fam. 161. Vt enim primum post Antonij fœdissimum discessum sena tus haberi libere potuit,ad illum animum meum reuerti pristi num. Item **Ad consuetudinem.** in fa.141.. Nisi ad supe riorem consuetudinem tum,cum Fauonius flaret,reuertisses. **Ad institutum.** Att.327. Quoniam tamen ex epistola,

quam ad te miseram, cognouit Cæsar me aliquid esse exorsum, reuertar ad institutũ: id est, pergam exequi quod institueram. Ad propositum. 1. uol. ph. 86.. Sed ut ad propositum reuertamur. Ad sanitatem. Cæ. 14.. Iamq; cum ad sanitatem reuerti arbitrabatur: id est, resipiscere. Ad suum commodum. in orat. lib. 83. Vtilitas autem aut in corpore posita est, aut in extraneis rebus, quarum tamen rerum multo maxima pars ad corporis commodum reuertitur: id est, spectat, pertinet. Obserue item in hoc uerbo reuerti id, quod etiam in redire, cum pro tractare, seu mentionem facere positum est, sæpe reuersionem ad eam rem fieri uideri, de qua ante nihil sit dictum. ut. 3. uol. orat. 38.. Equidẽ ut ad me reuertar: id est de me agam. Item ad Chrysippi laqueos reuertamur. cum de utroq; adhuc nihil egisset.

Reuinci aliq. 2. uol. orat. 187.. Nunquam enim hic neq; suo, neq; amicorum iudicio reuincetur.

Reuisere. Vide quædam ad uisere. Ter. 10. Reuiso quid agant: id est redeo, ut uideam.

Reuiuiscere, est iterum in uitam restitui. Fratrem alicuius. Apud Gell. loquitur Ap. cæci filia. sed utinam reuiuiscat frater. Iustitiam, Abstinentiam, Clementiam. Att. 76.. Mehercule etiam aduentu nostro reuiuiscunt iustitia, abstinentia, clementia tui Ciceronis. Libertatem. Att. 329. In quibus reuiuiscente libertate.

Reuocare, est retro uocare, retrahere, & quædam alia. De cursu aliq. in fa. 143.. Postea quam de meo cursu reip. sum uoce reuocatus: id est, retractus. Teren. 26. Excluſit, reuocat, redeam? & c. id est, retro uocat. absceſsus enim est in excluſit. Corpus. in fa. 107.. Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam. nã & uires & corpus amisi: sed si morbũ depulero, facile (ut spero) illa reuocabo: id est, & corpus, & uires. & est reficere. Vires. in fa. 107.. Vide corpus. Tempus. in fa.

fa. 62. Vide ne cum uelis reuocare tempus omnium reseruandorum, cum qui seruetur nõ erit, non posis: id est, quod præcesserit tempus. Animos. 2. uol. or. 242. Reuocate iam animos uestros ab hac subtili nostra disputatione ad uniuersam remp. id est, conuertite animos uestros ad remp. Se. 3. uol. or. 94. Se reuocare nõ poterat: id est, abducere. Ad sanitatem. Cæs. 201.. Ciues suos primum ad sanitatem reuocaret, deinde cõseruaret fidem Po. Ro. Ad coniecturam, Ad rationẽ. 2. uol. orat. 206. Nonnulli autem illam rem ad illam rationem, coniecturamq; reuocabant. Ad suum munus se. in or. lib. 153.. Nunc ad reliqua progrediar, neq; ad meum munus, pensumq; reuocabo: id est, referam. Ad arbitrium suum. Att. 875. Quod enim nondum senatus censuit, nec Po. Ro. iusit, id arroganter non præiudico, neq; reuoco ad arbitrium meum: id est, arbitratu meo non facio. Ad memoriam. 2. uol. or. 158.. Reuocarem animos uestros ad Mithridatici belli memoriam: id est, mentionẽ uobis facerem de bello Mithridatico, in memoriã uobis id bellũ adducerem. Ad ueritatẽ rationem. de off. 69. Nihil cõtra inutilius ei, qui id iniuste consecutus sit, inuenit, cum ad ueritatem cœpi reuocare rationem: id est, cum rationabiliter considero, atq; in consilium rationem adhibeo. Ad lucrũ. 3. uol. or. 189. Duobus, aut tribus Senatus Cons. è rep. beneficiis, reliquas res ad lucrum, prædamq; reuocarit, uẽdiderit: id est lucro, & prædæ habuerit. Ad prædã. uide ad lucrum. Ad uitam. Att. 116. Sed tamen M. Lepidum, L. Torquatũ, C. Cassium Trib. pl. (ij enim sunt nobiscũ: id est, in Formiano) Philotimi literæ ad uitã reuocarũt, quasi qui à uita iam discesserãt. Ad cœnas aliq. in fa. 142. Vides ut te philosophando reuocare coner ad cœnas. Ad suam naturã. de off. 24. In qua deliberatione ad suã cuiusq; naturam cõsiliũ est omne reuocandum: id est, secundum suam naturam consulere. Ad consuetudinẽ pristinam. in fa. 161. Senatum iam lan-

guentem & defeßum ad priſtinam uirtutem, conſuetudinemq; reuocaui. Item Att. 195. Quod me ad conſuetudinem reuocas. Ad calculos. de off. 107. Hoc eſt nimis exigue, & exile ad calculos reuocare amicitiã, ut par ſit ratio acceptorum, ac datorum: id eſt, adducere ad exilem computum amicitiam, eo modo eam dimetiendo. Ad primas notiones omnia. 2. uol. ph. 11. Sed ne omnia reuocentur ad primas notiones: id eſt, non eo omnia referãtur. Ad induſtriam ſe. in or. lib. 195.. Reuocare ſe ad induſtriã cœpit: id eſt, redire. In ſermonem longum. 2. uol. ph. 158. In longum ſermonem me reuocas Attice. In crimen. 1. uol. or. 37. In minimis, priuatiſq; rebus etiam negligentia in crimen mandati, iudiciumq; infamia reuocatur: id eſt, crimini datur. In dubium. 1. uol. or. 299.. Nihil amplius Po. Ro. cauſa, ciuitatis, ius, bona, fortunæ, poſſeſſionesq; in dubium, incertumq; reuocabuntur: id eſt, adducentur. Ab aliqua re ſe. Att. 84.. Quem etiam amare cœperam. ſed dico reuocaui me, ne te offenderem: id eſt, deſiti eum amare.

Ridere, cum abſolute prolatum eſt, in propria ſignificatione ponitur. cũ uero accuſatiuũ habet, magis eſt irridere. Amẽtiam ali. 1. uol. or. 16. Quid ad hæc Næuius? ridet ſcilicet, noſtram amentiam, qui in uita ſua rationem officij deſideremus. Aliq. in fa. 22.. Quod ita factum ſit, ut dederis nobis, quem admodum ſcripſeras ad me, quẽ ſemper ridere poſſemus. Item 22.. Niuem atram. Att. 314. Riſi niuem atram.

Rigere, eſt durum, aſperumq; fieri, idq; maxime ex frigore. Frigore aliq. 1. uol. ph. 102. Cæteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut urantur calore. Senſum alic. Tiro Cic. libertus apud Au. Gellium. 103. Senſusq; eorum expectatione cauſæ ſuſpenſos, rigentes, honorificis, uerecundisq; ſententijs commulcere.

Ringere, eſt ſtomachari, inquit Do. tractum à canibus latraturis. Terent. 129.. Dum tibi ſit quod placeat, ille ringitur, tu rideas.

deas. No. exponit, iraſcitur.

Rogare, eſt modo precari, modo interrogare, ſciſcitari. cum uero eſt cũ lege, ferè idem ſignificat quod ferre. Ex animo aliq. in fa. 207. Ego te plane rogo, atq; ita, ut maiore ſtudio, iuſtiore de cauſa magis ex animo nihil rogare poſſem. De re aliqua. Att. 71. Illud tamen non deſinam, dum adeſſe putabo, de Cæſaris nomine rogare: id eſt, quod ad Cæſaris nomẽ attinet. Ter. 3.. Accedo ad pediſſequas, quæ ſit rogo: id eſt, quæro, ſciſcitor. Legem. 2. uol. ph. 172. Eas tu igitur leges rogabis uidelicet quæ nunquàm abrogentur? Item. 174. 176. Ita rogationem. Pl. 65. Rogationes plurimas propter nos populus ſciuit, quas uos rogatas rumpitis: id eſt, latas. Sententiam. 1. uol. or. 74. Cum eſſet ſententiam rogatus, hoc initio eſt ſumma cum autoritate uſus. Att. 7. Primum ſcito me non eſſe rogatum ſententiam. 12. Rogatus ego ſententiam, multa dixi de ſumma reip.

Rotundare aliq. 2. uol. ph. 201. Cumq; ſimilem uniuerſitatis naturæ efficere uellet, ad uolubilitatem rotundauit. nos mundum nominauimus.

Roborare, eſt firmius reddere. Grauitatem. de offic. 23. Eamq; ipſe perpetua conſtantia roborarſſet.

Ruere. Multas habet ſignificationes hoc uerbum apud No. poßumus tamen his paucis uerbũ abſoluere. Nunquàm ſcilicet ſine uiolentia, quæ in uerbo ſuapte natura ineſt, quicquam rectè ſignificare. quod etiam Do. innuit cum dicit, ruere eſt toto corpore uti ad impellendum, quod faciunt qui ipſi præcipites alios proſternunt. inde ſues ruere dicuntur. tamq; intranſitiue, quàm trãſitiue à bonis in eadẽ ſignificatiõe poni ſolere. ut turris ruit, & ego cæteros ruerem. Remp. 3. uol. or. Quæ cũ accidũt, nemo eſt, quin intelligat ruere illã rẽp. In dicẽdo. 1. uo. ph. 68. Ruit in dicẽdo, ut mihi quidẽ uidetur: id eſt, temere, & perturbate agit. Suis cladibus aliq. 3. uol. orat. 259..

Quanquàm ruit ipse suis cladibus. **Transitiue** Teren.58.. Sed heus tu uide sis, nequid imprudens ruas. Ter.83.. Cæteros ruerẽ, agerẽ, raperẽ, tũderẽ, sternerẽ: id est, eruerẽ, inquit No.

Rumpere, est cõminuere, quod integrum sit infringere. sed perapte transfertur. **Testamentum**. 1. uol. or. 298.. Cuius filius agnatus sit, eius testamentum non esse ruptum, iudica. **Rogationes**. Pl. 65. Rogationes plurimas propter uos populus sciuit, quas uos rogatas, rumpitis: id est, irritas facitis, abrogatis. **Aliq**. ambulando. Ter. 110.. Perij, uouisse hunc dicam, si saluus domum redijsset unquam, ut me ambulãdo rumperet: id est, defatigaret, ait No. **Aliq**. re aliqua. Att. 318. Licentia audacium, qua ante rumpebar, nunc ne moueor quidem: id est, dirumpebar, magno dolore afficiebar. Teren. 36. Iam'ne rumpere hoc mihi licet gaudium? No. enim ita legit, nõ autem erumpere, exponitq; pro ferre quod retẽtum habueris. ut illud uirgilij: Quid me alta silentia cogis Rumpere? id est, proferre quod adhuc silentio compresseram.

Runcare, est purgare. de re rust. 1.. Spinas runcari.

S

Sacrare, est sacrum facere, dijs aliq. dicare. **Sanctione**. 3. uol. or. 61.. Deinde sanctiones sacrandæ sunt.

Salire Oues. de re rust. 46. Neq; pati oportet minores quàm trimas saliri. Item. 48. Veres octo mensuum incipiunt salire. est dare operam soboli. nos uulgo dicimus etiam de bestijs, quo tempore Venere agitãtur. andar in salto.

Salire: id est, nunc sale condire. **Pernas**. de re rust. 26. Qua ratione pernas salire. **Oleas**. de re rust. 6.. Oleæ caducæ saliantur.

Saltare, cum septem sint motus, neq; plures, neq; pauciores esse possint, duo sunt ante & post: duo in latera, duo item sursum, deorsum se mouẽtes: unus reliquus est in orbem se conuertens, de quo Ci. 3. uol. or. 84. Cum illum suum saltatorium uersaret orbẽ. primorum uerba sunt gradi, & retrogradi. alterum propriũ, factitium alterũ. alterum nullum, sed circumscribendum est. ut in latus gradi. Sursum uero, & deorsum. uerba sunt saltare, & desilire, quasi saltu se agere. quo quoniã in tripudijs crebri iterentur, ideo saltare pro tripudiare usurpatur. Sall. 9. Psallere, & saltare elegantius quàm necesse est probæ. **Aliq**. in or. li. 219. Dum ille quoq; imitari Lysiã uult, alterũ pene Demosthenẽ saltat, in cidẽs particulas: id est, imitatur Demosthenẽ. sed nouũ est, saltare Demosthenẽ, ut scilicet Demosthenes. quod eo fortasse dixit, quia incidẽs particulas dixerat.

Saluare. In uerbo uersatur salus. **Se**. Att. 259.. Ne sim saluus, si aliter scribo, ac sentio. **Rem**. in fa. 45.. Vtinam serui saluis rebus (sic enim est dicendũ) colloqui potuissemus. Ter. 31. Saluares est. **Remp**. 3. uol. or. 96. Me posse iterum saluare remp. si cessissem. Item. 96. **Auspicia**. in fa. 3.. Quod ad popularem rationem attinet, hoc uidemur esse cõsecuti, ut ne quid agi cum populo saluis auspicijs, aut saluis legibus aut deniq; sine uì possit. Item. 3. uol. or. 197. **Leges**. in fa. 3. Vide auspicia.

Saluere. De hoc uerbo hæc Do. ait: difficile est aliud inuenire uerbum, quod sic declinetur, salue, & pluraliter saluete. quippe huius uerbi per modos rara est declinatio: dicerem tamen & saluere, & salueto, & saluebis. ut Attic. 92. Valebis igitur, & ualere Pythiam & Cæciliam nostris iubebis literis, & saluebis à meo Cicerone: id est, salutem tibi mei Ciceronis nomine.

Salutare, est salutem dicere. Ter. 1. Opperiar hominẽ hic, ut salutem, & colloquar. **Verbis** alic. in fa. 109. Tironemq; meũ salutã nostris uerbis. Att. 61. Domus te tota nostra salutat. ita nomine alicuius.

Sanare, est ad pristinũ bonum statum ducere, sed proprie est de

de animo, & si sæpius etiam de corpore usurpetur. **Cupiditatem.** 1. uol. ph. 214. Nec adhibita ratio, quasi quædã Socratica medicina, quæ sanaret eã cupiditatem. **Voluntates.** 2. uol. or. 172. Volũtates uero cõsceleratas, & nefarias nec sanare potuit, nec tollere. **Ciuitatem.** 2. uo. or. 181. Ex magnis & diuturnis, & iam desperatis reip. morbis, ista repente uis erupit, ut ea confecta & eiecta conualescere aliquando, & sanari ciuitas posit. **Incommodum.** Cæs. 85.. Vti hoc incommodum acciperetur, id tamen se celeriter maioribus commodis sanaturum, quasi resarciturum. **Vulnera.** Att. 77.. Satis enim habeo negocij in sanandis uulneribus, quæ sunt imposita proinciæ. Cæs. 112. Sanatis uulneribus accersit omnes, qui sibi pecunias &c. **Corpus.** in orat. lib. 43. Vt medici officium dicimus esse curare apposite ad sanandum, finem cum ratione sanare. **Purpuram.** uide sufficere.

Sancire, est firmare, roborare, & quasi sanctum, atq; inuiolabile aliquid constituere. & aliq. & de aliq. sancire dicimus. **Legem.** 2. uol. or. 88.. At hoc Valeria lex non dicit? Corneliæ leges non sanciunt. Item ad Her. 9. id est, sancitum habent. **Fœdus.** in or. lib. 8.. Id enim fœdus meo sanguine ictum, sanciri posse dicebant. **Ius.** ad Her. 9.. Lege ius: id est, quod populi iussu sanctũ est. **Disciplinam** alic. rei. 1. uol. ph. 56. Sin ut dolore suo sanciret militaris imperij disciplinam. **Necessitudinẽ.** Att. 271.. Quæ cõiunctio necessitudinẽ eorũ sanxit. **De aliquo.** 1. uo. or. 59.. Cũ de eo nihil sanxerit, quod antea cõmissũ erat. **In aliqua re.** Att. 154.. Ego uero Solonis popularis tui, et, ut puto, etiã mei, legẽ negligam qui capite sanxit, si quis in seditione, nõ alterutrius partis esset: id est, qui tulit ut capitis puniretur, qui in dissensiõe neutrã partẽ esset secutus.

Sapere, tam animi est, quàm corporis. hinc enim sapor. inde sapientia. & sapere alic. aliq. dicimus. **Alicui** aliq. Ter. 61.. Hic mihi quanto nunc plus sapit, quàm egomet mihi? id est, quanto

quanto hic est in mea re prudentior, quàm egomet sum? **Palatum** alic. 1. uol. phil. 69.. Non enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatum. **Cor.** 1. uol. ph. 69.. Vide palatum. **Foris.** Ter. 71.. Non'ne id flagitium est te alijs consiliũ dare, foris sapere, tibi non posse te auxiliarier? **Suam** rem. Pl. 187. Recte ego meam rem sapio Callipho.

Sarcire, est reficere: resarcire, de ijs, quæ detrimentum aliquod passa sunt. **Aedes.** Plaut. 116.. Non uidetur mihi sarcire posse ædes meas, quin totæ perpetuæ corruant. **Funes** ueteres. de re rust. 1.. Semen purgari, funes ueteres sarciri. **Detrimentum.** Cæs. 169. Cupiens eius diei detrimentum resarcire. Item 64. 133. **Infantiã.** Cæs. 181.. Tantumq; studium infantiæ sarciendæ. **Aliq.** in fa. Sed idem sarciam: id est, idem præstabo.

Satagere, est anxium, & curiosum esse suarum rerum. & genitiuo coniungitur, inquit Do. ut Ter. 55.. Nam hic Clinia etsi is suarum rerum satagit. Do. tamen ipse cum accusatiuo coniunxit super illud Ter. 43.. Sanga uti fortes decet milites. qui ita ait: Sanga uero coquus, qui uicissim domi foco ministerium satagebat.

Satiare, & saturare, ita inter se differunt, ut satiare ad animum, saturare magis ad corpus pertineat, ut ait Do. in obsaturare. sunt q; omnino longe plus quàm explere. Cic. de rep. lib. 6. Quæ quia expleri, nec satiari ullo modo possunt. **Oculos,** & mentem. 3. uol. or. 112. Quod propter eosdem non sanguine, & uulneribus suis crudelissimi inimici mentem, oculos q; satiauit. **Re.** de off. 88. Satiari delectatione non possum. **Saturamur** uero & re, & rei alicuius. **Odium.** 3. uol. or. 30. Crudelitatem uestram odium q; diuturnum, quod in bonos iam inueteratum habebatis, saturare cupieretis. **Crudelitatem.** ad Her. 34.. Nullius mœror, & calamitas istius explere inimicitias, & nefariam saturare crudelitatem potuit. **Honorem.** 2. uolum. orat. 263. Quantum hominibus iam saturatis honoribus

honoribus esse potuerunt. **Alicuius** rei. Terent. 70. Næ tu propediem (ut istam rem uideo) istius obsaturabere. **Omnium** rerum. Terent. 94.. Sed postquàm intus sum omnium rerum satur.

Satisdare. 1. uol. or. 5.. 17. 50. uide dare satis.

Satis accipere. 1. uol. or. 51.. Vide accipere satis.

Satisfacere alicui de re aliqua. 1. uol. or. 112.. De quo multis uiris primarijs testibus, multorumq; tabulis uobis priore actione satisfactum est, HS. undecies numeratum esse. in fin. 101.. **Ad aliq.** 3. uol. orat. 55. Si minus ad referendam gratiam satisfacere potuerim, ad prædicandam & habendam certe satis esse facturum. **Pro aliqua re.** Pl. 26. Scibam hoc te capitulo hodie facturum satis pro iniuria.

Sauciare aliq. **Ad saturitatem.** Pl. 233.. Quod causæ est, quin uirgis te usq; ad saturitatem sauciem.

Scatere, est emanare, erumpere: proprieq; aquarum è uenis suis salientum esse uidetur. Plaut. 220. Amas pol misera, id tuus scatet animus: id est, indicat, emittit quasi fons.

Scindere, est diuidere. aliquando participare. **Penulam.** Att. 216. Venit enim ad me, & quidem id temporis, ut retinendus esset, sed ego ita egi, ut non scinderem penulam. memini enim tui, & multi erant, nosq; imparati. est quod etiam uulgo, mi ha stracciato la ueste. quando ironice significatur aliquis leuiter inuitatus. **Dolorem** narrando. Att. 45.. Nolo commemorare, quibus rebus sim spoliatus, non solum quia non ignoras, sed etiam ne scindam dolorem meum: id est, ne te mei doloris participem dolendo.

Scire. Scimus per nos, & manifesta. intelligimus ab alijs: rescimus occulta, & aliquid, & de aliquo, & re aliqua scimus. **Aliquid.** in or. lib. Ars enim eorum est, quæ sciuntur. **Sciri.** Att. 134. Quæ tamẽ iã sciãtur necesse est. 1. uo. ph. 157. Quod ex eo sciri potest. **Vt.** 2. uol. or. 129. Ille tenet, & scit ut ho

ut hostium copiæ, tu ut aquæ pluuiæ arceãtur. **Latine.** 3. uo. or. 197. Sed fac ita non esse, num latine scite? ita **Græce.** 1. uo. phil. 67. Cum græce, ut uideor, luculenter sciam. **Quid** agat quis. Pl. 34. Sed quid agã, scio. modus est loquẽdi cum hoc uerbo, & cũ uidere, de illis, qui sibi recte prospiciunt. **De odore.** Pl. 59.. Eaq; extẽplo ubi uino has cõspersi fores, de odore adesse me scit, aperit illico: id est, ex odore. **De re.** in or. lib. 90.. Illud uerius neq; quẽquam in eo disertũ esse, quod nesciat, neq; si id optime sciat, ignarusq; sit facũdiæ, ac poliendæ orationis, diserte id ipsum posse, de quo sciat, dicere. **De cognatione.** Ter. 45.. Ibi intro de cognatione ut sciam: id est, ut quid actũ sit de cognatione intelligã. **De se** aliq. Pl. 9.. Nam ego id nunc experior domi, atq; ipsa de me scio, cui uoluptas parũper data est: id est, in me experior, in me ipsa sentio. **Fidibus.** Terent. 27.. Is ubi hanc forma uidet honesta uirginem, & fidibus scire, pretium sperans, illico producit. **Certo.** in famil. 80. Nec uero quicquam uideo, quod non idem te uidere certò sciam. & certum.

Scire, pro sancire. & aliquid, & de re aliqua scimus. **Rogitationes.** Plaut. 65. Rogitationes plurimas propter uos populus sciuit, quas uos rogatas rumpitis. de off. 61. Durius etiam Athenienses, qui sciuerunt, ut Aeginetis, qui classe ualebant, pollices præciderentur. **De aliqua re.** 3. uol. orat. 60. Vt si Gaditani sciuerint nominatim de aliquo ciue Ro. ut sit ciuis Gaditanus.

Scisscere, pro sancire. **Aliq.** 2. uol. ph. 171. Quid? quod multa perniciose, multa pestifere sciscuntur in populis. Item. 174. Prorsus maiorem quidẽ rem nullam sciscam aliter. **Legem.** 3. uol. or. 76.. Eam se sciscere legem. Item de off. 61.

Scortari, est scortum ductitare. Terent. 55. Scortari crebro uolunt.

Scribere. Notum est proprie quid significet, construitur uero cum

cum datiuo,aut accusutiuo cum ad. extrinsecus uero multas etiam particulas recipit.in quibus autem transferetur,etsi aliud quippiam omnino significabit,nunquam tamen sine aliqua scriptionis ratione fiet,ut numos,dicam &c. **Libros** uersibus. in fa.10..Scripsi etiam uersibus tres libros de temporibus meis: id est, composui. **Exigue**. Att.180. Nam exigue scripta hæc est,& suspiciones magnas habet:id est,non plene. **Breui**.in fa.49. Decreui breui ad te perscribere. Item Att.33.3.uol.or. 25.paucis ubiq;. **Summatim**. Att.76..Itaq; subsedi in ipsa uia,dum hæc,quæ longiorem desiderant orationem,summatim tibi perscriberem. **Raptim**. Att.28. Subito cum mihi dixisset Cæcilius Quæstor puerũ se Romam mittere,hæc scripsi raptim. **Commode**. Att.205. Misi ad te epistolam,quia cõmode scripta erat,ut uolebam. **Studiose**.Att.35. Numestium ex literis tuis studiose scriptis libenter in amicitiam recepi:id est, diligenter,& summo cum studio. **Infra**. in fa.65.. Literas ad Senatum nostris de rebus gestis quo exemplo miseram,infra tibi perscripsi. **De aliquo** uehementer. Att.174. Deq; eo uehementius erat scriptum:id est,grauius in eum. **Salutem**.Pl.107..Scribe salutem tuo patri uerbis tuis. **Morbum, Mortem** alicui.Plaut.108.Scribe salutem tuo patri uerbis tuis.P. Quid si potius morbum,mortem scribat? **Ad lychnum**. Att.326..Hanc scripsi ante diem ad lychnum ligneolum. **Ad suos**. Att.61..Velim domum ad tuos scribas. **Ad coniecturam** ali.sensus.in fa.85.. Cum plurima ad alieni sensus coniecturam,non ad suum iudicium scribantur: id est,ut alij coniiciunt,suspicantur.non autem ut ipsi sentiunt. **Ad uoluptatem** aurium.in orat.lib. 200..Non enim ad iudiciorum certamen,sed ad uoluptatẽ aurium scripserat:id est, composuerat ad aurium oblectationem. **Ad sententiam** alterius.in fa.6.. Quare ea,quæ scribam sic habeto, me cum illo re sæpe communicata de illius ad te sententia, atq; autoritate scribere:

scribere:id est,quod & ipse ita sensit,ut ad te scriberẽ. **In sententiam**.in fa.19..In hanc sententiam scriberẽ plura: id est, haberem multa,quæ de hac re ad hunc modũ scriberẽ. **In tempus** uersus. Att.34. Nam & eiusmodi sunt ij uersus,uti ab inimico Pompeij,in tempus scripti esse uideantur:id est,opportune:uel ante tempus,de re,quæ futura sit,uti Sibyllarum carmina,siue illi uersus,ita apte in Pompeium cadebant,ut si in eum ipsum facti fuissent,aptius nõ possent cadere. **In aliquem**.in bonam partẽ.in or.lib.141. Dicunt enim cũ cœnaret Grãonæ in Thessalia Simonides apud Scopam fortunatũ hominẽ & nobilem,cecinisse;q; id carmen,quod in eũ scripsisset, in quo multa ornandi causa poëtarum more in Castorẽ scripta,& Pollucẽ fuissent,nimis illum sordide Simonidi dixisse,&c.ubi est bis,scribere in aliq.codẽ modo positũ. **In animo** dictum. Ter.7. O Mysis etiam nunc mihi scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis de Glycerio. **In rem** suam aliquid.1.uol.or.45. Si tabulas C.Fannius accepti & expensi profert suas in suam rem,suo arbitratu scriptas quo minus secundum illũ iudicetis,non recuso. **Numos**. Ter.144. Argentum iube rursus scribi Phormuo. Ph.quod'ne?ego perscripsi porrò illis,quibus debui.Pl.25.Nũc satagit,adducit domũ etiam ultro,& scribit numos : id est,dat. dictum est in rescribere,scribere esse dare, rescribere uero reddere. **Pecuniam** in aliq.faciendum.2.uo.or.155.. Maiorem etiam aliquam,cum huic ijdem darent,in ædem sacrã reficiendam se perscripsisse dicunt. **Dicam**. Ter.129..Cedo dum,an unquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam ? 1.uol.or.116. Scribitur Heraclio dica.117. Et eos, qui dicam scripserant. Pl. 43.Iam quidem ad prætorem hercle te rapiam, & tibi scribam dicam.Ter.224..Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam.ubiq; arbitror esse,quod uulgò, dar una querela. & idem esse cum deferre nomen. **Supplementum**.in fa.31..Censebant enim omnes,ut in Italia supplementum meis,& Bibuli legioni

gionibus scriberetur. Colonos aliquo. 2. uol. or. 81. Quinq; millia colonorum Capuam scribi iubet. Hæredem. 3. uo. or. 111. Et illum hæredem, & me scripserat: id est, fecerat. Sigilla. 1. uolum. or. 234. Impetum in eas tabulas facio, in quibus sigilla perscripta erant: id est, signata erant. Lineam. 1. uo. ph. 250. Vnde, quo, quanq; lineam scriberet: id est, duceret, signaret. Testamentum. in orat. lib. 70. Ratio est, pater enim & sibi, & filio testamentum scripsit, dum is pupillus esset. Item 110.. Pro transferre. 1. uolum. philosoph. 50.. Quod incideriint in inculta quædam, & horrida de malis Græcis, Latine scripta deterius.

Scrutari, est diligenter inquirere. Tabellarios. in fam. 163. Quanta qui in locis omnibus dispositi ab utraq; parte scrutantur tabellarios, & retinent. Arculas. de offic. 38. Præmittebatq; de stipatoribus suis, qui præscrutarentur arculas muliebres, & ne quod in uestimentis occultaretur telum, exquirerēt. Phanum. Pl. 41. Ibo intro, perscrutabor phanum, si inueniā uspiam aurū. Partes omnes. ad Her. 8.. Et diligentius omnes eius partes perscrutati sumus.

Secernere, est proprie separare, diuidere. interdum diuidendo deligere. Att. 11. Nam ut reiectio facta est clamoribus maximis, cum accusator tanquam censor bonus homines nequissimos reijceret, reus tanquam clemens lanista, frugalissimum quenq; secerneret. Iudices. 3. uolu. orat. 105.. Neq; uero quod nonnulli dictitant, secernit in iudicibus legendis amicos meos: id est, deligit.

Secare, est excindere. Segetes. de re rust. 35.. Id genus pabuli sunt segetes uirides sectæ ante, quàm gerant siliquas. In plures partes. in orat. lib. 119. Cum causas in plura genera secuerunt.

Sectari, est assidue esse cum eo, quem sequimur. & passiue ceteres etiam hoc usi sunt. Terent. 30. Sectari iussi. Ab aliquo

quo. de re rust. 53. Qui uellet se à cane sectari, uti r anam obijciat coctam.

Sedare, est proprie quod cōcitatum sit in tranquillum reddere: itaq; etiam de ijs, quæ nocent, recte dicitur. Seditionem. in or. lib. 169.. Seditionemq; cū autoritate, tum oratione sedauit. Att. 77.. Postremo seditio militum sedata est. Discordias. in or. lib. 169. Videmus item M. Valerium dictatorem dicendo sedasse discordias. item. 2. uol. orat. 254.. Non sedabantur discordiæ, sed etiam crescebat in eos odium, à quibus defendi putabamur. Peccatum. Ter. 94.. Rogas? in ipsa turba atq; peccato maximo, quod uix sedatum satis est, potasti scelus. Tempestatem. 1. uo. or. 85.. In littore signa illa Apollinis reperiuntur, iussu Dolobellæ reponuntur: tempestas sedatur. Iracundiam. in or. lib. 168. Conatumq; iracundiæ suæ, morte sedauit. Arrogantiam. 2. uo. or. 157.. Comprimāt animos suos, sedent arrogantiam. Mentem. in or. lib. 86.. Ratioq; dicendi in corū, qui audiūt, mentibus aut sedādis, aut excitandis exprimenda est. Inuidiam. 1. uo. or. 66.. Quod erat optandum maxime iudices, & quod unum ad inuidiam uestri ordinis, infamiamq; iudiciorum sedandam maxime pertinebat, id non humano consilio, & c. Miserias. Pl. 215. Nunc ego fortunatus, multorum annorum miserias, nunc hac uoluptate sedo. Calamitatem. Ter. 101.. Eam calamitatem uestra intelligētia sedabit, si erit adiutrix nostræ industriæ. Animum. Sallust. Nanq; animus in primis dijs, hominibusq; infestus neq; uigilijs, neq; quietibus sedari potuit. Sitim. ad Heren. 25.. Neq; habent qui sitim suam sedet. Appetiones. 1. uolum. philoso. 213.. Quemadmodum igitur temperantia sedat appetitiones. Calorem. de offic. 35. Et calorum molestiæ sedarentur. Malum. 1. uolum. philos. 243. Non enim uideo quomodo sedare possint mala. Aegritudinem. 1. uolum. philos. 223. Et si ægritudinis sedatio, & c.

Sedere. Planum est quid proprie significet. Pl. Si non ubi sedeas locus est, at est ubi ambules. Ter. 92. An sedere oportuit domi uirginem iam grandem. nunc est ignauæ cessationis, inquit Do. Proæde. 3. 198.. Et crudelissimum, qui pro æde Castoris sedens, audiente Po. Ro. dixerit. Ex lege. 2. uol. or. 39. Quod non suæ decuriæ munere, neq; ex lege sedisset. est de iudice, qui cum non iudex legitimus esset, tamen inter iudices sedit, & iudicauit. Ad gubernaculum Reip. 1. uo. or. 26.. Qui omni tempore ad gubernacula Reip. sedere dicebant.

Seducere, est seorsum ducere. sed maxime cõuenit, cum aliquẽ à cæteris colloquendi gratia abducimus. uulgò, tirar da parte. Att. 83. Seducit me Scaptius, ait se nihil contradicere. Pl. 34. Eo nũc te secretò huc foras seduxi. in or. lib. 105.. Qui cũ Crassum seduxisset, atq; ad eum retulisset. Ter. 103.. Diebus sanè paucis post Pamphilus me solum seducit foras. Aliq. in fam. 161. Quod uero à te uiro optimo seductus est: id est, abductus. Aliq. Ter. 15.. Etiam nunc me seducere istis dictis postulas: id est, ut tibi magis, quàm mihi ipsi credam. Testes. 2. uol. or. 135.. Obuersationes, testificationes, seductiones testium.

Segregare. Cum uerbum hoc à grege, quod est multitudo, factum sit, tamen sæpe tam ab uno, quam à multis aliquem segregari reperio. & aliq. ab aliq. segregatur. A se aliquid. Ter. 7. Ne abs te hanc segreges, neue deseras. Item. 118.. Suspiciones. Plaut. 29.. Suspiciones omnes ab se segreget: id est, se omni suspicione liberet. Sermonem. Plautus. 203. Segrega sermonem. Item. 154. Si quis ibi est odiosus, abeo domum, sermonem segrego.

Semigrare. Sanè migrare est aliquò habitatum cõcedere. unde cum multis alijs compositis est semigrare, cum scilicet quis à reliqua familia alio habitatum se confert. Ab aliquo. 3. uol. orat. 40.. Reprehendistis à patre quod semigrarit. Item. 41. Item non modo permittente patre, sed etiam suadente, ab eo semigrauit: id est, aliò ab eo habitatum discesset.

Seminare. Neq; quid hoc uerbum proprie significet, obscurum est, sed transfertur pereleganter. Stirpem. 2. uol. philos. 156. Nullius autem agricolæ cultu stirps tam diuturna, quàm poëtæ uersu seminari potest. Filios. Plautus. 7.. Alter decumo post mense nascetur puer, quàm seminatus, alter mense septimo. Familias. in orat. lib. 148.. Proseminatæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se, & multum disiunctæ & dispares. Frumentum, Faba, Ordeum, & cætera id genus proprie seminantur.

Semouere, est seorsum mouere. Sententiam. 1. uol. phil. 73.. Ita cæterorum sententijs semotis, relinquitur non mihi cũ Torquato, sed uirtuti cum uoluptate certatio.

Senescere, est grandiorem natu fieri. Quoniam uero quæ multis annis sunt, languidiora, ac debiliora, magisq; propè finẽ suũ fiunt, ideo etiam pro deficere poni recte solet. Morbum. in fam. 107.. Sed uisa est mihi loci mutatio, uel animi etiam relaxatio, uel ipsa fortassis iam senescentis morbi remissio profuisse. Lunam. 2. uolum. philosoph. 45. Lunæq; luminum uarietatem tum crescentis, tum senescentis &c. id est, deficientis. de re rust. 36. Laudem oratoris. 1. uolu. phil. 176. Atq; oratorum quidem laus ita ducta ab humili uenit ad summum, ut iam quod natura fert in omnibus ferè rebus, senescat, breuiq; tempore ad nihilum uentura sit. item in or. lib. 109. Omnia. Sall. 41. Auidus cos. belli gerẽdi mouere, quàm senescere omnia malebat: id est, quiescere: quia senum maxime propria est quies.

Sentire. Proprium est tactus sentire. transfertur tamen ad animum: aliquando damnum continet, ut ait Do. super illud Terentij. 60.. Sit rogas? sensi. nam ei unam cœnam, atq; eius comitibus dedi: id est, in ea cœna magno damno affectus sum. Item in fa. 54.. Omnia sunt misera in bellis ciuilibus, quæ maiores nostri ne semel quidem, nostra ætas sæpe iam sensit: id est, passa est.

Item.1.uol.orat.171.Etiam cæterarum ciuitatum damna,ac detrimentum senserunt. Illud. *in famil.4..* Te autem uidere, & sentire eandem fidem hominum in tua dignitate, quam ego in mea salute sum expertus, ex tuis literis intellexi. Pl.17.. Neq; nostrum quisquam sensimus cum peperit, neque præuidimus: id est,aduertimus.

Sepelire,est cadauera humo integere.sed trãsfertur ad ea,quæ planè extincta sunt,uel interius abstrusa. Bellum.2.uol.or.9..Quod bellum expectatione Pompeij attenuatũ,atq; minutũ est:aduentu sublatum,ac sepultũ. Virtutem.3.uol.or.264. Quod uestra uirtus nec oblitione eorũ qui sunt,nec reticentia posterorum insepultura esse poterit. 3.uol.or.81.. Hæc sunt ò carnifex in gremio sepulta cõsulatus tui.Somnum.Pl.128.. Vbi somnum sepeliui,omnemq; obdormiui crapulam.

Sepire,à sepibus factum est,quæ quod intra se positum est,tutũ communiunt. & re aliqua aliquid sepimus. Memoria *aliq. in or.lib.96..*Tum ea deniq; uestire,atq; ornare oratione,pòst memoria sepire.Opibus *sc.1.uo.ph.59..* Quòd si quis satis opibus hominũ sibi cõtra conscientiã septi esse,& muniti uidẽtur.Præsidio *alic.de offic.41.* Nullis præsidijs septi multis afficientur iniurijs.Muro.*2.uolum.orat.123..* Firmissimo me muro septum esse arbitrabar.

Sequi,proprie est in itinere post aliquem ire. ut illud Terẽ.4. I præ,sequar. sed transfertur ad imitationem, & ad quædam alia,ut in exemplis latius uidebitur. Mare.Att.90. Nacheronis narratione Græcos in eo reprehendit, quod mare tam secuti sunt.Quoquo *torqueas aliq.in or.lib.201..* Vt sequatur quocunq; torqueas.Sectam.*in fa.203.uide prudentiam.*Fidem *ali.Cæ.63..* In eo cõcilio Cingentorigem alterius principem factionis generum suum,quem supra demonstrauimus Cæsaris secutum fidem,ab eo non discessisse.Sententiam.*in or.lib.143.*Sententiamq; eam, quam Senatus frequens secutus est.

1.uolu.

*uolu.phil.76.*Si secutus esset eorum sentẽtiam:id est,si fuisset eorum sententia.*in fam.152.*Vt à me de scripto dicta sententia est,quam Senatus frequẽs secutus est.Exemplum *ali.1.uo.or.116.*Nullum exemplum,quod sequi uelles? Morem suũ. Sall.83..Secutiq; Romani non me,sed morem suum omnia regna subuertendi.Autoritatem *ali. in fa.47..*Quare meminisse debes eos,qui autoritatẽ & consilium tuũ nõ sunt secuti, sua stultitia occidisse.Itẽ.203..Amicitiam *ali.Cæ.95..*Illi, qui amicitiam Romanorum sequebantur.Beneficium.*Att. 140.*Cum hoc ne igitur inquies esse uis?beneficiũ sequor:id est, gratus esse uolo.Gratiam *ali.Cæ.119..*In Cæsarẽ respiciant, atq; eius gratiam sequantur.Officium.*1.uo.or.18..*Ita fit,ut absint propterea quod officium sequuntur,tacent autem idcirco &c.Ocium.*2.uo.or.137.* Qui remoti à studijs ambitionis ocium, ac tranquillitatem secuti sunt. Commodum. Att.327. Non enim commoda quædam sequebantur pauca & mediocria:id est,inde uentura erant. Hæredem *rem.de re rusti.29.* Quòd hæredem sequeretur,Hæredium appellarunt. Patrem. *in or.lib.222.* Si mulier cum fuisset nupta cum eo, cui connubij ius non esset, nuncium remisit, quoniam qui nati sunt,patrem non sequuntur.Pro Effici.*1.uo.phil.100..*At si sapientia bonum sit,non sequi,ut etiam diuitias bonum esse dicamus:id est,non effici.Pro Restare.*de offic.33.* Sequitur,ut hæc officiorum genera persequar.

Serere,idem est,quod seminare. pariq; ratione translatum orationem illustrat.Quercum.*2.uo.ph.156.*Si manet illa quercus,hæc est profecto,etenim est sanè uetus. Q. manet uero Atticæ noster,& semper manebit: sata est enim ingenio, nullius autem agricolæ cultu stirps tam diuturna,quàm poëtæ uersu seminari potest. Surculos. *in orat.lib.134..*Amabo te,inquit, da mihi ex ista arbore quos seram surculos. Arbusta. *de re rust.27.* Violam. *de re rust.33..* Poma. *de re rust.35..*

Lilium, Crocum. *de re ruſt. 35.*. Vlmos. *de re ruſt. 35.*. Vitem. *de re ruſt. 38.*. Brutos, Caſsios. *Att. 235. Tam enim Caſsij ſunt iam, quàm Bruti ſerendi.* Genus *humanum. 2. uo. ph. 160.*. *Nam cum de natura omni quæritur, diſputari ſolent nimirum iſta: perpetuis curſibus, conuerſionibuſq; cœleſtibus extitiſſe quandam materiam ſerendi generis humani, &c.* Remp. *1. uol. ph. 154.*. *Vir magnus leges, inſtituta, Remp. cõſeret.* Mores. *2. uo. ph. 160. Omneſq; leges accõmodandæ ad illud ciuitatis genus, ſerendi etiam mores.* Cauſam. *2. uo. ph. 145.*. *Capiet Numantiã Scipio? niſi ex æternitate cauſa cauſam ſerens hoc erit effectura.* Litem. *Pl. 206. Hodie doctiores nõ ſunt, qui lites creant, quàm hi ſunt, qui ſi nihil eſt litium, lites ſerunt.* Beneficium. *2. uo. or. 192.*. *Eſt enim liberale officiũ, ſerere beneficium.* Bellum. *Sall. 77.*. *Hi tumultũ ex tumultu, bellum ex bello ſerunt.* Tumultum. *uide bellũ.* Pugnos. *Pl. 143. Ego hiſce iam ſementem in ore faciam, pugnoſq; obſeram.* Frugibus *terram. 2. uo. phil. 183. Quam cum proximi fecerant, obductaq; terra erat, frugibus obſerebatur.*

Serpere, *eſt more ſerpentum tacite, & clam irrepere, ac ſenſim creſcere.* Rumorem. *2. uol. ora. 134.*. *Serpit hic rumor.* Amicitiam. *de offic. 112. Serpit enim neſcio quomodo per omnium uitam amicitia. nunc eſt peruagatus.* Conſuetudinem. *1. uo. or. 65.*. *Putant fore, uti, ſi paulatim hæc conſuetudo ſerpere, ac prodire cœperit per homines, &c.*

Seruare, *eſt retinere quod perdi poterat. aliquando eſt etiam cuſtodire, obſeruare.* Aliq. *3. uolum. orat. 21. Gemini nominis errore ſeruatus eſt.* Amorem. *in famil. 143.*. *Illud autem erat amoris mei, quem à tua pueritia ſuſceptum, non ſeruaui ſolum, ſed etiam auxi.* Vitam, *corpus. 3. uolum. orat. 247. Tu uero ita uitam, corpuſq; ſeruato, ita fortunas, ita rem familiarem, ut hæc poſteriora libertate ducas.* Conſuetudinem. *in fam. 65. Si tuam conſuetudinem in patrocinijs tuendis ſeruas* P. Va-

tinius cliens aduenit: id eſt, retines. Pacem. *3. uolu. orat. 213.*. *Cum his pacem ſeruabit Antonius?* Fidem. *Ter. 7. Vt neq; me conſuetudo, neq; amor, neq; pudor commoueat, ut ſeruem fidem? id eſt, præſtem.* Ordinem *dicendi. 2. uol. orat. 19. Et me meum dicendi ordinem ſeruare patiamini.* Ordines. *Cæ. 83.*. *Quæ rectis lineis ſuos ordines ſeruant.* Integrum *ſe ali. Att. 117. Quod me amiciſsime admones, ut me integrum, quoad poſsim, ſeruem, gratum eſt: id eſt, ut integrum ſit mihi quid facere uelim.* Domum. *Ter. 42.*. *Solus Sannio ſeruat domũ: id eſt, cuſtodit.* De cœlo. *2. uol. orat. 221. Negant fas eſſe agi cum populo, cum de cœlo ſeruatum ſit. Item. 3. uo. or. 176. Item 2. uol. phil. 123.*. *Iam uero de cœlo ſeruare non ipſos cenſes ſolitos, qui auſpicabantur? quid autem ſit ſeruare de cœlo, eo in loco Cic. oſtendit. uide item agere cum populo.*

Seruire. *Planam uerbum habet ſignificationem. uerum quia in dando operam rei alicui aliquo modo ei obligati eſſe uidemur, pro uacare, ſeruire recte poni ſolet. & alicui frequẽtius, interdum etiam aliquid ueteres ſeruire dixerunt.* Voci. *in or. lib. 107. Tamen me autore nemo dicendi ſtudioſus Græcorum more, & tragœdorum uoci ſeruiet: id eſt, dabit operam.* Societati *humanæ. de offic. 62. Quid agis? tute cum hominibus conſulere debeas, & ſeruire humanæ ſocietati, &c.* Petitioni. *1. uol. orat. 70.*. *Petitioni toto animo ſeruire propter iudicium non licebat.* Rei. *Teren. 105. Rus habitatum abij concedens uobis, & rei ſeruiens. in quo loco Do. ait: & res ſeruit diuitibus, quia abundat, & rei ſeruũt pauperes, quia coartant ſe ad anguſtias rei. Ita ergo res pro qualitate ſua, & ſeruit, & ei ſeruitur.* Gloriæ. *1. uol. phil. 229.*. *Alios gloriæ ſeruire, alios pecuniæ.* Perſonæ *alic. de offic. 73.*. *Quia cum tractaretur Atreus, perſonæ ſeruiendum fuit: id eſt, decorum ſeruandum.* Vtilitati. *de off. 60.*. *Sed ſuæ cuiq; utilitati q d' ſine alterius iniuria fiat, ſeruiendum eſt.* Seruitutem. *Pl. 40.*. *Nam qui*

amanti hero seruitutem seruit, quasi ego seruior. 2. uol. 138.. Si distortissimi sint, formosos: si mendicissimi, diuites: si seruitutem seruiant, reges. **Amantem.** Plau. 117. Matronæ, non meretricum est unum inseruire amantem: id est, uni tantum amanti operam dare. Item Plaut. 117. Si illum inseruibis solum. **Apud** aliq. Plaut. 33. Quam hoc pacto apud te seruiam. Item. 210..

Seuocare, est seorsum aliquid abducere. **Se ab** aliquo. Plaut. 40. Quid tute solus è senatu seuocas? id est, seducis? segregas? **Mentem** ab oculis. 2. uolum. phil. 63.. Non quod difficile sit mentem ab oculis seuocare.

Signare, est signum alicui rei facere. **Argentum.** in fa. 217. Cum signaretur argentum Apolloniæ, non possum dicere eum præfuisse, nec possum negare eũ affuisse: id est, cum cuderetur. Ita **Aes, Aurum.** 2. uol. phil. 185. Aes, argentũ, auruḿue publice signanto. **Librum.** Att. 170.. Accepi à te signatum libellum, quem Anteros attulerat.

Significare, est ostẽdere, declarare. Nam significare, ut uerbũ ex seipso exprimam, est signum rei alicui facere. & aliq. & de re aliqua significamus. **Gratulationem.** Att. 53.. Cũ esset mihi gratulatio significata, similis & frequentia, & plausus meusq; ad capitolium celebrauit. **Parsimoniam.** Att. 70.. Tu uero aufer ducentos, etsi meã in eo parsimoniam huius paginæ contractio significat: id est, ostẽdit. **Suspicionem.** in fa. 41. Sed tamen significatur in tuis literis suspicio quædam, & dubitatio tua. **Dubitatio.** uide suspicionẽ. **Voluntatẽ.** 1. uol. orat. 74.. Sed maximo clamore suam po. Ro. significauit uolũtatẽ. **Dolorem.** & quædã alia. in or. li. 125.. Tãta uis animi, tantus impetus, tantus dolor oculis, uultu, gestu, digito denique isto tuo significari solet. Att. 109. Vnam adhuc à te epistolam acceperam datam x 11. Calend. Ian. in qua significabatur aliam te ante dedisse, quam non acceperam: id est, in qua certior fiebam. Item. 57. **De aliqua** re. Attic. 287. Scribis mihi mirari

Cice

Ciceronem, quod nihil significem unquam de suis actis: id est, ne uerbum quidem faciam de suis factis.

Silere, est tacere, præsertim cum quis loqui cœperit. Nam tacere est non cœpisse loqui. Verũ à loquẽtibus ad quædã alia aptissime transfertur: cũ scilicet ab ijs cessatur: & absolute, & de re silemus. **De aliqua** re. in or. lib. 189.. Sileamus inquã Brute de istis, ne augeamus dolorem. **Leges.** 3. uolu. orat. 103. Silent enim leges inter arma. **Iudicia.** 3. uo. or. 86. Tu luctũ senatus, tu desideriũ equestris ordinis, tu squallorẽ Italiæ, tu curiæ taciturnitatẽ annuã, tu silentiũ perpetuum iudiciorũ, ac fori, tu cætera illa maledicti loco pones? **Ambitum.** 2. uol. phil. 192. Itaq;, ut omittam largitione corrupta suffragia, non uides siquando ambitus sileat, quæri in suffragijs quid optimi uiri sentiant. **Turbas.** Ter. 94.. Quid ego nunc agam, nisi dum hæ sileſcunt turbæ, interea in angulum aliquò abeam? atq; edormiscam hoc uini? sic agam: id est, dum hæ sedantur turbæ. Pl. dixit consileſcere. 153. Nam iam aliquo aufugiã & occultabo aliquot dies, dum hæ consileſcunt turbæ, atq; iræ leniunt.

Simulare. Iampridem planum est, simulare esse, quod non habeas, cum habere te fingas: dissimulare, cum quod habeas, non habere præ te feras. **Mortem.** Ter. 64.. Non simulare mortem uerbis, te ipsa spem uitæ dare. **Aegrum.** Terent. 104. Postquàm accersiuit sæpius, ægram esse simulant mulierem. **Morbum.** 1. uol. or. 80. Vt morbo simulato non quid respõderet, sed quemadmodum non responderet, deliberaret.

Sinere, est permittere. Ter. 4.. Siui animum ut expleret suum. Item. 78. Non siuit egestas facere nos. In imperatiuo uero munantis indignationem præ se ferre uidetur. ut Plaut. 38. Sine, hercle cum magno malo tuo, si hoc caput sentiet. Ter. 4. Sine ut eueniat quod uolo in Pamphilo, ut nihil sit moræ.

Sistere, est quod in motu sit, firmum facere. sed ad eos, qui rem habent ad iudices, maxime transferri uidebis. **Aliq.** 1. uolum. orat. 12.

orat.12. Vt Alphenus promittat Næuio sisti Quintium. Vadimonium. M. Cato: Quid si uadimonium capite obuoluto stitisses. Aliq. de offic. 61. Vas factus est alter eius sistendi. sed longe plura de hac tota Vadimonij ratione habebis in uerbo uadari.

Sitire, est auide aliquid appetere. Sanguinem. 3.uol.or.198. Sanguinem nostrum sitiebat, suum in illa gladiatoria pugna multum profuderat. Gloriam. Sallust.129.. Secundo rabies quædam temerariæ ambitionis sitiens immodicæ gloriæ.

Solicitare, est solo citare: id est, ex suo solo mouere, ait Sex. Quæ uero crebro loco mouentur, inquieta sunt: & quæ quiete carent molesta esse solent: ideo etiam pro molestare ponitur, interdum etiam pro assidue tentare. & aliquid, & de re aliqua solicitamur. Senectutem. Terent.21. Cur meam senectutem huius solicito amentia? id est, afflicto. De aliqua re aliq. in famil.24. Solicitus equidem eram de rebus urbanis: id est, maxime timebam, quiescere non poteram. Ex aliqua re. Ter.7. Laborat ex dolore, atq; ex hoc misera solicita est. Ciuitatē. Cæs.95. Quantum gratia, autoritate, pecunia ualent, ad solicitandas ciuitates mittuntur: id est, tentandas. Ita Exercitum. in famil.169. Nam de delectibus habitis, & pecunijs imperatis, exercitibus solicitatis, & nuntijs trās mare missis, quòd te quæstum esse negas. Ita Cæs.166. Quos ex ære alieno laborare arbitrabatur, solicitabat.

Solidare rationes. uide consolidare. in famil.75. 3.uol.or.130. Dixit solidum soluere.

Soluere, est quoquomodo quicquid impeditum sit, liberare. Nomen totum. Att.91. Salaminos autem (hos enim poteram cogere) adduxi, ut totum nomen Scaptio uellent soluere. Pecuniam. uide officium infra. Ita Argentum. Terent.91. Ipse egomet solui argentum. Item Sallu.11.. Ac nouissime memoria nostra propter magnitudinem æris alieni uolentibus omnibus

omnibus bonis argentum ære communi solutum est. Stipendium. Attic.73.. Stipendiumq; eis, usq; ad Id. Quintil. persoluitur. Ad denarium. 1.uolu.orat.3.. Quid ijs ad denarium solueretur. Solidum. 3.uol.orat.130. Ita bona uenerit, ut solidum suum cuiq; soluatur. Versura aliquid. Att.76. Vt uerear ne illud, quod tecum permutauui, uersura mihi soluendum sit. Versuram. Terent.39.. Versuram solues Geta. Idem esse uersuram soluere, atq; est uersurā facere Do. innuit hoc ipso in loco. nam uersuram soluere, inquit, est creditorem mutare. quod idem facit, facere uersurā. Ab aliquo aliquid. Attic.83. Deniq; coacturum dixi me homines, non modo non recusare: sed etiam hoc dicere, se ea à me soluere. quod enim prætori dari consuessent, quoniam ego non acceperam, se à me quodammodo dare. Soluere autem, siue dare ab aliquo, est cum soluimus, siue damus non ex nostro, sed ex eius, de quo agitur, quoquomodo id ab eo habeamus. Ex tributis. Attic.83. Ei tamen sic nunc soluitur tricesimo quoque die talenta Attica XXXVIII. & hoc ex tributis. Prouectura. Att.2.. Qui prouectura solueret. Plaut. uero dixit resoluit. 23. Soluendo. 3. uol.orat.161. Nec tu soluendo eras. ita absolute hoc profertur. Neq; enim dicas nomina soluendo non erant, inquit Lau. Val. Officium. 2.uol.or.203. Atqui in officio persoluendo dissimulis ratio pecuniæ debitæ est, propterea quod pecuniam qui retinet, non dissoluit: qui reddidit non habet. Promissum. in famil.201. Vt optime meritis militibus promissa soluantur. Item in famil.39.. Votum. 2.uol.orat.250. Tamen nostri imperatores maximis, & periculosissimis bellis huic deæ uota facerent, eaq; in ipso Pessimunte ad illam ipsam principem arā, & in illo loco, fanoq; persolerent. Notam. Asc.40.. Eorum notam succesor plerunq; soluebat. Iniuriam. Sall.75.. Est'ne uiris reliqui aliud, quam soluere iniuriam, aut mori per uirtutem? id est, ulcisci. Optionem eligendi. 1.uol.phil.55..

Nam

Nam libero tempore, cum soluta nobis est eligendi optio: id est libera. Voluntatem. Att. 33. His ex rebus non spes, sed dolor est maior, cum uideas uoluntatem ciuitatis solutam, uirtutem alligatam: id est, quicquid libeat efficere omnes, uirtutem iacere. Fidem. Terent. 15.. Tandem inuenta est causa, soluisti fidem. hoc in loco uidetur significare fidem fractam, non præstitam, nisi sit ironice à Carino dictum. In sequenti uero, magis est liberatam esse fidem. in famul. 156. In quibus aperte denuntiat, uideam ne fallar, suam fidem solutam esse, Reipub. ne desim, &c. Id est, se quod ad se attinet, in eo quod promiserat, præstitisse, dicit: non amplius teneri promissis. Tunicam. in famul. 164. Cum quidem pransus nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergum reiectis inambulares: id est, discinctus. Pœnas. 3. uolum. orat. 118. Sed iustæ tamen, & debitæ pœnæ solutæ sunt. de offic. 103. Pœnas Reipub. graues iustasq; persoluit. 3. uolum. orat. 237. Precium. 2. uolum. orat. 217.. Preciumq; prouinciæ meo sanguine tibi esset psolutũ. Ter. 2. Quod habui summũ pretiũ persolui tibi. etsi sit psoluere. Aliqua re aliq. Terent. 79.. Neq; tu uerbis solues unquam quod mihi re male feceris. Tergo aliquid. Plau. 23.. Quin si tergo res soluenda est, rapere cupio publicum. Pugnis rem. Pl. 63.. Pugnis rem soluant, siquis poscat durius: id est, decidant. Scelere. 3. uolum. orat. 103. Atq; hunc ille uir summus scelere solutum, periculo liberauit. Curis. Terent. 105. Cum ego uos solui curis cæteris. Ex morbo. Asc. 10. Ille per uiatorem accersitus cum iam ex morbo male solueretur dissuadentibus amicis. Cistulam. Plaut. 11.. Agedum eam solui cistulam. Ita quicquid ligari potest ad hunc modum. Epistolam. Attic. 240. Hanc epistolam si illius tabellario dedissem, ueritus sum ne solueret. Ergastula. in famul. 172.. Ergastula soluendo, omneq; genus hominum arripiendo satis magnum numerum uidetur effecisse. Item Cæs. 116. Nauem. Plaut. 6.. Nam nocte hac soluta est nauis nostra è portu Persico. Item

154.. Paulo post mediam noctem naues soluunt. Cæsar. 46.. Sine naui. Cæs. 43.. His constitutis rebus nactus idoneam ad nauigandum tempestatem, tertia fere uigilia soluit. de offic. 62. Ab aliquo loco. de offic. 62. Si idem sciat complures mercatores ab Alexandria soluisse: nauesq; in cursu frumento onustas petentes Rhodum uiderit, &c.

Somniare, est per quietem aliquid uidere. Quod uerbum cum proprie intransitiuam habeat naturam, Plaut. tamen transitiuam fecit, ubi ait. 257. Quis somniauit aurum. Item Teren. 28.. Me somnies, me expectes, de me cogites.

Sonare, est sonum edere, & neruis canere. interdum etiam significare. ut. 2. uolum. phil. 30.. Quid si plantani fidiculas ferrent numerose sonantes. Peregrinum. in orat. lib. 146.. Quare cum sit quædam certa uox Romani generis, urbisq; propria, in qua nihil offendi, nihil displicere, nihil animaduerti possit, nihil sonare, aut olere peregrinum, hanc sequamur. Subagreste. in orat. lib. 188.. Cotta quia se ualde dilatandis literis à similitudine Græcæ locutionis abstraxerat, sonabatq; cõtrarium Catulo subagreste quiddam, planeq; subrusticum: id est, alium uocis sonum edebat, atq; Catulus. ubi uideo uerbum contra propriam naturam transitiuum fieri, ni fallor tamen. Vocem uoluptatis. 1. uolum. phil. 65. Non intellegere interdum quid sonet hæc uox uoluptatis: id est, quid significet. Aliqua re aliq. 1. uol. ora. 41. Animi, & aurium causa tot homines habet, ut quotidiano cantu uocum, & neruorum, & tibiarum nocturnisq; conuiuijs tota uicinitas personet.

Sopire, idem est quod soporare: utrunq; autem leui, & placido somno dormire. & somno etiã sopiri dicitur. uide consopire. Virtutem. 3. uol. orat. 46. Quibus sopita uirtus conniueret.

Sorbere, est deglutire: maximeq; rerum est mollium. sed transfertur etiam. ut odium. Att. 328.. Vt eius ista odia non sorbeam solum, sed etiam concoquam.

Sordere aliquid alic. est id illi uile fieri, quasi si sint sordes. Att. 329.. Cui sordebat prouincia Macedonia.

Sortiri, est sortem extrahere, ac per sortem aliq. constitui. **Iudicem**. 1. uol. ora. 115. Siculi hoc iure sunt, ut quod ciuis cum ciue agat, domi certe suis legibus: quod Siculus cum Siculo nō eiusdem ciuitatis, ut de eo præter iudices ex P. Rupilli decreto, quod is de decem legatorum sententia statuit, quam legem Siculi Rupiliam uocant, sortiatur. **Tribus**. 2. uol. or. 90. Sortietur tribus idē Rullus homo felix, educet quas quas uolet tribus. **Dicas**. 1. uol. or. 116. Quo die sese ex instituto ac lege Rupilia dicas sortiturum Syracusis iste edixerat, paratus ad hanc dicam sortiendam uenerat, tum cum docet Heraclius nō posse eo die sortiri, quod lex Rupilia uetaret, dies xxx. sortiri dicam, quibus scripta esset: dies xxx. nondū fuerant. est autem, ut cōijcio, ex urna per sortē eorū nomina, qui accusarētur, extrahere. **Cōsilia**. Att. 64. Ab his cōsilijs, quæ erant oībus sortita in singulos candidatos. Nunc passiue positum uidetur, nisi sit mendum in codice maxime deprauato. nam admodum rarū est.

Spargere. uide quædā supra ad uerbū disperdere. **Os**. Ter. 75. Illam uirginē cæsiā, sparso ore, adunco naso? nō possum pater.

Spectare proprie est diligenter, attēteq; audire, inspicere. unde fabulæ proprie spectari dicuntur: aliquando pertinere, tēdere, & tunc accusatiuum cū ad requirit, interdum etiam uergere. **Comœdiā**. Ter. 1.. Posthac quas faciet de integro comœdias spectādæ an exigēdæ sint uobis prius. Ter. 6. Importunitatē spectate aniculæ: id est animaduertite. **Laudes** alic. ī fa. 21. Cur ego non adsum uel spectator laudum tuarū uel particeps. **Aliquid** ex aliqua re. Ter. 15.. Heu me miserū, q tuū animū ex aīo spectaui meo: id est, qui te talem esse in me, qualis ego in te sum, iudicaui. **Ad aliq.** Att. 324.. Valde uelim ista cōfici, præsertim cū ad meū quoq; usum spectēt: id est, ptineant. **Ad concordiā** rem. in fa. 46.. Nam oīa utriusq; cōsilia ad concordiam

cordiam spectauerunt. **Ad pacem**. Att. 227.. Quæres ad cædem maxime spectat. **Ad castra**. Att. 236. Mihi autem non est dubium, quin res spectet ad castra. **Ad bellum**. Att. 239.. Sed mihi totum eius consilium ad bellum spectare uidetur. **Ad interregnum**. Att. 323. Res uidetur spectare ad interregnum. **Ad perorandum**. in or. lib. 192. Nunc quoniam ad perorandū spectare uidetur sermo tuus, dicam, opinor, quod sentio. **Ad meridiem** aliq. 2. uol. phil. 87. Itaq; suis inuenta ad meridiem spectans: id est, uergens ad eam partem. Ita **Inter aliquas** partes. Cæs. 1.. Aquitania à Garumna flumine ad Pirenæos montes, & eam partem oceani, quæ ad Hispaniā pertinet, spectat inter occasum solis, & Septentriones. Ita **In uentum** aliq. de re rust. 2.. Ager oleto conserundo, qui in uentum fauonium spectabit, & soli ostentus erit, alius bonus nullus erit. **In nos** aliquid. de off. 12. Proximi liberi totaq; domus, quæ spectat in nos solos: neque aliud ullum potest habere perfugium. **Aliqu**. 1. uolum. orat. 71.. Homo in rebus iudicandis spectatus & cognitus. Ter. 3. Enimuero spectatum satis putabam, & magnum exemplum continentiæ: id est, probatum.

Sperare. Hoc uerbo non poëtæ tantum pro timere usi sunt, sed in eam significationem ab oratoribus quoq; usurpatur. aliquando est pro credere. Ter. 9.. Nam quod tu speras, propulsabo facile: id est, quod times. Item in fam. 59. Et mobili in me, meosq; esse animo non sperabā: id est, non timebam. ita Virg. 59. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem, Et perferre soror potero. Terent. 28.. Diesq; noctesq; me ames, me desideres, me somnies, de me cogites, me speres: id est, credas, Do. ait. Item. 45.. Spero me habere, qui cum &c. id est, credo.

Spernere, est contemnere, pro nihilo habere. Terent. 6.. Quot modis contemptus, spretus, facta, transacta omnia.

Spirare, est emittere. ut odorem. de re rust. Reliquisq; immundicijs tetrum odorem spirantibus. interdum pro uiuere: quia

maxime in spiritu uita consistit. & ad inanimata etiam transfertur. ut Mentem in scriptis. in orat. libr. 173. Hanc igitur ob causam uidetur Lælij mens spirare etiam in scriptis, Galbæ autem uis occidisse: id est, uiuere, uigere.

Spoliare, militare est uerbum. spolia enim sunt quæq; hosti detrahuntur, significat autem nudare, & re aliqua aliquid spoliamus. in orat. lib. 143.. Hos tribunatu spoliare instituit: ita tu de cæteris bonis. Fama aliq. de off. 67. Aut spoliaret fama probatum hominem. Animum sanitate. 1. uol. phil. 213.. Sic prauarum opinionum conturbatio, & ipsarum inter se repugnantia sanitate animum spoliat, morbisq; perturbat.

Spondere, est promittere. uide quædam ad uerbum despondere. Honores. 3. uol. or. 200. Honores, & præmia spopondistis. Præmia. uide supra.

Spurcari, est coinquinatum, impurum, lutulentum reddere. de spurco uero multa No. Nasum. Plaut. 132.. Næ ex istoc loco spurcatur nasum odore illutibili. nunc est fœtere: nam quæ fœtent, nasum odore suo offendunt, & quasi conspurcant.

Squallere. Non sordium plenum est tantummodo, ut nunc consuetudine persuasum est, sed honestare abundare, & refertum esse ueteres honesta autoritate posuerunt, duciq; hanc significantiam à squammis putat: Vt enim est in corporibus sordium alta congeries, qua squallere dicuntur: ita quod fuerit qualibet re densatum, oneratum, inculcatumq; squallere uoluerunt: hæc inquit No. Supellectilem. Plaut. 227.. Ita mihi supellex squallet, atque ædes meæ. Municipia. 3. uo. orat. 105. Squalent municipia: id est, sordent.

Stare. Sub firma, & certa rei mansione plura significat: Nam aliud est stare sententiam, aliud fabulam, aliud animis, aliud per aliq. ne aliq. fiat, & in quibusdam alijs, ut in exemplis. & aliquid aliqua re, & ab aliquo, & pro aliquo, & cum aliquo, & per aliquem stare dicimus. Animis aliqu. Att. 78.. Stamus animis,

animis, & quia consilijs (ut uidemur) bonis utimur, speramus etiam manu: id est, animum non abiecimus. Manu. uide animis: id est, à manu satis parati sumus. Conditionibus. Att. 112. Omnes cupiebant Cæsarem abductis præsidijs stare conditionibus, quas tulisset: id est, præstare quod obtulerat. Decreto ali. Cæs. 68.. Si quis aut priuatus, aut populus eorum decreto non stetit, sacrificijs interdicunt: id est, paruit. Ita edicto. Att. 87.. Ego tamen habeo ἰδιωμαῦσμ, sed recentiorem ex Q. Mutij P.F. edicto Asiatico, extra quam si ita negotium gestum est, ut eo stari non oporteat, &c. Iudicio. 3. uolum. orat. 96. Quibus rebus est perfectum, ut illi planè suo iudicio stare non liceret. Item Att. 121. Tuo tamen potius stabam iudicio. Facere aliqu. alic. Att. 272. Nam mihi stat alere morbum desinere. Ita Att. 46.. Neque adhuc stabat, quò potissimum, sed scies: id est, nondum deliberaueram, quò discederem. Sententiam. Terent. 29.. Vide quid agas. Ph. stat sententia: id est, certum est, decreui. Et sententia aliq. Pl. 61.. Ea omnes stant sententia: id est, firmi sunt in ea sententia. Fabulam. Ter. 111. Partim sum earum exactus, partim uix sicti: agitur fabula cum recitatur: stat, cum placet, Do. ait. Cum his uero præpositionibus à, cum, pro, fauere significat. ut, A're. in or. lib. 78.. Sin causam afferet is, qui à sententia stabit: id est, qui pro sententia erit. A nobis aliq. in or. lib. 57.. Aut à se potius, quàm ab aduersarijs stare: id est, sibi magis fauere, quàm aduersarijs. A mendacio. in orat. lib. 42. Quibus in controuersijs cum sæpe à mendacio contra uerum homines stare consueuerunt. Cum aliquo. Cæs. 137. Huic consilio suffragabatur etiam illa res, quod ex duobus contrarijs generibus, quæ superiore bello cum L. Sertorio steterant, ciuitates uictæ nomen atq; imperium absentis timebant: id est, eius partes secutæ fuerant. Ter. 128.. Nam ni hæc ita essent, cum illo haud stares Phædria: id est, illi nõ faueres. Pro aliquo. Asc. 3.. Sed Milo pro melioribus

ſtabat: id eſt, fauebat. 36. Pro Cinanis partibus contra Syllam ſteterat: id eſt, fauerat. Per aliq. Ter. 16.. Si poterit fieri, ut ne per me ſtetiſſe credat: id eſt, me impedimẽto fuiſſe. Cæſ. 132. Vbi cognouit per Afranium ſtare, quo minus prælio dimicaretur: id eſt, Afranium in cauſa eſſe, ne decerneretur.

Statuere, eſt ponere, deliberare. & quædam alia ſignificat. Tabernaculum. Cæſ. 142. Et eo die tabernacula ſtatui paſſus non eſt: id eſt, figi, collocari. Aciem. Salluſt. 48. Aciem, quam diffidens uirtuti militum, arcte ſtatuerat &c. id eſt, inſtituerat. Nauim. Pl. 102. Nauim extemplo ſtatuimus: id eſt, continemus, curſum comprimimus. Satis conſilij in ali. Att. 3.. Et ego qui in te ſatis conſilij ſtatuerim: id eſt, poſuerim. Apud animum ſuum. Salluſt. 89.. 91.. Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo. repetit idem. 91.. Cum animo ſuo. 1. uolum. orat. 108. Sic habuiſti ſtatutum cum animo, ac deliberatum. Finem rei. Terent. 102.. Haud opinor commode finem ſtatuiſſe orationi tuæ militem: id eſt, impoſuiſſe. Modum. 2. uolum. orat. 176. Intelliges honeſtius te inimicitiarum modum ſtatuere potuiſſe: id eſt, finem facere. ad Herenn. 17. Pretium rei. Ter. 51.. Si nunquam auare pretium ſtatui arti meæ: id eſt, conſtitui. 101. idem repetit. Ita Mercedem alicui. Att. 286. Nimium magnam mercedem ſtatui. Statuam alic. Pl. 106.. Huic decet ſtatuam ſtatui ex auro: id eſt, decerni, erigi. De re. 1. uol. phil. 81. Quid enim de amicitia ſtatueris utilitatis cauſa expetenda, uides: id eſt, iudicaueris. Ex dignitate. in fam. 64.. At ſpero ſtatues ex noſtra dignitate. Ex fide, fama, re. Att. 72. Statues, ut ex fide, fama, req; mea uidebitur: id eſt, pro fide, fama req; mea conſtitues. Ex uoluntate alic. Att. 4. Quid autem contendendum eſſet, ex tua putabam uoluntate ſtatuere oportere: id eſt, quemadmodum ipſe iuſſiſſes, & ſenſiſſes. Diem. Att. 87.. Ego ſic diem ſtatuo ſatis laxam, quam ante ſi ſoluerint, dico me centeſimas ducturum. In terram aliq. Ter. 83.. Sublimem me

mem medium arriperem, & capite primum in terram ſtatuerem: id eſt, infligerem, illiderem in terram. Exemplum in aliquo. 1. uolum. orat. 131. In quo homine tu ſtatueris exemplum eiuſmodi. eſt animaduertere in ſontes, quaſi ut alijs exemplo ſint. Terent. 51.. Exemplum ſtatuite in me. in bonam nunc partem. In aliquem. Cæſ. 7. Ne quid grauius in fratrem ſtatueret: id eſt, conſtitueret, decerneret.

Stercorari agrum. de re ruſt. 92. Sicuti refrigeſcere agrum, qui non ſtercoretur: ita uri ſi nimium ſtercoretur. de off. 88..

Sternere, eſt quaſi in terram extendere. & modo tegit, apparat: modo cædit, interficit. Lectos. Ter. 53. Video alios feſtinare, lectos ſternere: id eſt, menſas apparare. Triclinia. 1. uolum. orat. 207. Ludis Circenſibus mane apud Siſennam uirum primarium, cum eſſent triclinia ſtrata, argentumq; expoſitum in ædibus &c. Aliq. 1. uol. phil. 206. Si eorum plaga perculſi afflictos ſe & ſtratos eſſe fateantur.

Stimulare, eſt fodere, ictu adigere. 1. uol. or. 19.. Qui ſe dies noctesq; ſtimulat. Item in fam. 45. Nam ut uetus noſtra ſimultas antea ſtimulabat me, ut cauerem: id eſt, adigebat. Item Ter. 67.. Magis nunc amicæ dicta ſtimulant: id eſt, ſolicitant.

Stipare, proprie eſt ſtupa rimas opplere. transfertur tamen ad ea, quæ undiq; re aliqua ſepta ſunt. ut Senatum armatis. 3. uol. or. 189.. Armis & præſidijs Pop. Ro. & magiſtratus foro excluſerit, ſenatum ſtipauerit armatis. Sicarijs. 3. uol. orat. 23. Qui ſtipatus ſemper ſicarijs, ſeptus armatis. Telis. 3. uol. orat. 197.. Non poſſum affirmare nullis telis eos ſtipatos fuiſſe, hoc dico nec multis, & occultis.

Stipulari, eſt rebus contrahendis accommodatũ, cum res ſcilicet de qua agitur, conſenſu utriuſq; partis alligatur. Sulpitius apud Gell. 65.. Qui uxorem, inquit, ducturus erat, ab eo, unde ducẽda erat, ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri. & qui pecuniam allegat ſtipulari & re ſtipulari dicitur, Varrone autore.

Stomachari, est indignari, perturbari. & aliquid, & cum aliquo stomachamur. Omnia. Attico. 236. Stomachatur omnia. Cum aliquo. in or. lib. 133.. Ex quo genere illud etiam est, quod Scipio apud Numantiam cum stomacharetur cum C. Metello dixisse dicitur, si quintum pareret mater eius, asinum fuisse parturam. Terent. 32. Id quidem aduenies mecum stomachabar. Item. 1. uol. phil. 219.

Stringere gladium. Cæs. 187.. Celeriterq; ut erat præceptum à Cæsare gladios strinxerũt: id est, nudarunt, eduxerunt. Baccam. de re rust. 40. Durities enim illorum non solum stringit baccam, sed etiam ramos glubit: id est, ictu offendit. Folia. Cæs. 176.. Erat summa inopia pabuli, adeo ut fŏlijs ex arboribus strictis &c.

Struere aliquid. ad Herenn. 14.. Item uitiosum est de nomine, & uocabulo eius rei controuersiam struere. Solicitudinem ali. Attico. 81.. Sed dices me ipsum mihi solicitudinem struere: id est, comparare. Ad aliquid. Att. 317. Plura ponuntur in spe, quàm ponebamus in pecunijs, reliqua ad iacturam struentur.

Studere, est operam adhibere, uacare. & alicui, & aliquid, & in re aliqua ueteres studere dixerunt. Literis. in fa. 91.. Etsi me ipsum consolatorem tuum non tantum literæ, quibus semper studui, quantum longinquitas temporis mitigauit: id est, in quibus semper uersatus sum. Alicui. Att. 62.. Pompeius fremit, queritur, Scauro studet, utrum fronte, an mente dubitatur: id est, fauet. Prætura. 3. uol. orat. 42.. Fuisse meo necessario Bestiæ Cælium familiarẽ, cœnasse apud eum, uĕtitasse domum, studuisse prætura: id est, ei in petitione prætura fauisse. Rebus nouis. Cæs. 3.. Domnorix gratia, & largitione apud Sequanos plurimum poterat, & Heluetijs erat amicus, quod ex ea ciuitate Orgentorigis filiam in matrimoniũ duxerat, & cupiditate regni adductus, nouis rebus studebat. Sall. 57. Hamilcarem quendam

quendã hominem nobilem, factiosum nouis rebus studere, &c. id est, cupere res nouas. sane sæpe uox hæc nouam perturbationem cum publicæ rei, tum priuatæ significat, ut in nouitate, ut in tabulis nouis, ut deniq; in uerbo nouare conijci potest. Literas. 2. uol. or. 207. Cum uero literas studere incipit, & helluo immanis cum græculis philosophari, tum est Epicureus. Eadẽ. Ter. 104.. Vt omnes mulieres eadem æque studeant, nolintq; omnia: id est, cupiant. In aliqua re. M. Cato apud Gell. 151.. Poëticæ artis honos non erat, si quis in ea re studebat, aut sese ad conuiuia applicabat, grassator uocabatur.

Stuprare. Idem est cum uitiare. & proprie uidetur esse de ingenuis, & quæ honestam agunt uitam. nam stuprare meretricem nemo dicere auderet. Ingenuam. ad Herenn. 15.. Maius esse maleficium stuprare ingenuam, quàm sacrum lædere. Plaut. 33. Qui illam stupraui noctu Cereris uigilijs. & liberos constuprare. uide constuprare.

Suadere, est conari ut persuadeamus. & facientis est suadere, efficientis persuadere, inquit Don. sane suadere, & dissuadere grauissimæ personæ sibi uideri esse dixit Cicero. & in suadendo nihil optabilius esse, quàm dignitatem. in orator. libr. 139. Sed multa in persuadere.

Suauiari. Arbitror esse leuiter, & reuerenter osculari. Matrem. in orator. libr. 169. Qui de matre suauianda ex oraculo Apollinis tam acute arguteq; coniecerit. Attico. 253. Atticam nostram cupio suauiari, ita mihi dulcis salus uisa est per te missa ab illa.

Subagitare, est inire, uel id tentare. tantumq; de scorto usurpari dicerem, quemadmodum supra in stuprare de ingenuis tantum esse dicebam. Amicam alicuius. Terent. 62.. Nam istæc quidem contumelia est, hominem amicum recipere ad se, atque eius amicam subagitare. Pl. Dum ille meretricem subagitat, ego quiesco. Ita scortum.

Subdere, est supponere, adiungere. & aliquid alicui, & in locum alicuius subdimus. **In locum** alic. aliq. in fa. 150.. Tantum te rogo, in Hircij locum me subdas.

Subdocere aliq. Att. 121.. Ciceronesq; nostros meo potius labore subdoceri, quàm me alium magistrum quærere.

Subducere, est detrahere, & quasi subter ducere. **Ignem**. de re rust. Ignem subdito, ubi bullabit uinum, ignem subducito. **Cibum** alicui. 1. uolum. phil. 183.. Subduc cibum unum diem athletæ, Iouem ipsum Olympium, cui se exercebit, implorabit, ferre non posse clamabit. **Fundamentum**. 1. uol. phi. 115.. Neque intelligunt se rerum illarum pulchrarum, atque admirabilium fundamenta subducere. **De loco se**. Att. 324. Demetrius Caluinus is aperte absoluit, ut omnes uiderent, & Catonis diruptis tabellis, de circulo se subduxit, & Pompeio primus nunciauit. Terent. 38.. **Aliq**. Ter. 15.. Etiam nunc me subducere istis dictis postulas: id est, blanda oratione me fallere. **Rationem**. in fam. 12. Hic ego quantum humano consilio efficere potui circumspectis rebus omnibus, rationibusq; subductis, summã feci cogitationum mearum. Att. 83. Assident, subducunt, ad numum conuenit: id est, computum faciunt. Item Pl. 47. 63.. **Nauem**. Cæs. 45. Ita uno tempore & longas naues, quibus Cæsar exercitum transportandum curauerat, quasq; in aridum subduxerat, æstus complebat. **Classem**. de off. 61.. Huic ille classem Lacedæmoniorũ quæ subducta esset ad Gytheum clàm incendi posse. uulgò, tirar in terra. nam proprie subducuntur naues in terram, deducuntur in mare.

Subesse, est instare, non longius abesse, modo aliquid quasi latens inesse. **Diem comiciorum**. 3. uol. orat. 109.. Præsertim Iudices cum honoris amplissimi contentio, & dies comiciorum subesset: id est, adesset. **Hyemem**. Cæs. 36.. Quod hyems suberat. **Aequinoctium**. Cæs. 54. Ne anni tempore nauigatione excluderetur, quod æquinoctium suberat. **Simultatem**.

tatem. 3. uol. orat. 50.. Sin autem iam suberat simultas.

Subigere. Neq; ad unmi tantum uerbum hoc significatum se accõmodat. nam modo est cogere, modo domare, interdum exercere, aliquando etiam exarare significat. **Fieri** aliq. Sallust. 4. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit. Plaut. 18.. Me ui subacta est facere. **Populum** aliq. Asc. 76. Qui Metellus subactis Dalmatis, Dalmaticus appellatus est. **Nationes**. Sal. 4. Nationes feræ, & populi ingentes ui subacti. **Patriam** alic. Plaut. 110.. Atridæ duo fratres dicuntur fecisse facinus maximum quod Priami patriam Pergamum diuina mœnitum manu, armis, equis, exercitu, atque eximijs bellatoribus cum mille numero nauium decimo anno post subegerunt. **Animum**. Sall. 91.. Non inopia ærarij, non uis hostium, non aduersa res ingentem eorum animum subegit. **Ingenium**. in orat. lib. 120.. Subacto mihi ingenio opus est: id est, exercitato. **Terram**. 2. uol. phil. 58. Quibus cum terræ subigerẽtur fissione glebarum &c. De re rust. 93. Igitur eum locum, quem prato destinauerimus, æstate pressum, subactumq; sæpius per autumnum rapis, uel napis, uel fabã conserimus. de offic. 89.. Cum admiraretur Lysander proceritatem arborũ, & directos in quincuncem ordines, & humum subactam, atq; puram. **Segetes**. Ci. in or. Vt enim segetes agricolæ subigunt aratris multo antequàm &c. Vbi seges pro terra positum est. ut apud Virgilium sæpius. & Plaut. 33. Qui dixit stimulorum segetem.

Subijcere, proprie est supponere. sed quàm non uno modo oĩa subijciantur, exemplis uidebis. & alic. aliq. & sub aliq. subijcitur. **Rotas, Lapsus**. Cæs. 195. Subiectisq; eis rotis funibus iumentisq; obiectis, directis plateis in quãcunq; partẽ mouebãt. **Ceruices** securi. 3. uol. orat. 97.. Cum miser ille securibus hospitis sui ceruices subijcere gesturet. **Integros** saucijs. Cæs. 202.. Quas integras uulneratis, defessisq; subijciebat. nunc est in locum alterius, alterum submittere. **Testamentum**. 2.

uol.orat.105.. Quis tota Italia ueneficus? quis latro? quis sicarius? quis parricida? quis testamentorum subiector, &c. Verba alic. Asc.24.. Et scribam subijcere, & præconem pronuntiare passus nõ est. Est autem scribæ præire uerbis præconi, quæ præco altiori uoce postea pronuntiat. Præconi aliq. 3. uol. oration.16. Vt sedens cum purpura & sceptro, & illis insignibus regijs præconi publico subijceretur: quasi qui ueniret. Ali quid odio.in or.lib.102. Tum qui scelus fraudemq; nocentis posßit dicendo subijcere odio ciuium, supplicioq; constringere: id est, in odiũ adducere. Sententiam. in orat.lib.89.. Quid est enim tam furiosum, quàm uerborum uel optimorum sonitus inanis, nulla subiecta sententia, nec scientia? Scientiam. uide sententiam. Veritatem ali. de offic.4. Quocirca huic quasi materia quam tractet, & in qua uersetur subiecta est ueritas: id est, fundamentum est ueritas. Sub aliq. 1.uol. phil. 212.. Sub metum autem subiecta sunt pigritia, pudor, terror, timor: id est, ad metum referuntur. Sub aspectum. in orat. lib. 161.. Sub aspectum penè subiectio: id est, ante oculos ponere. Materiam. de offic.4. Vide ueritatem. Item in orat.lib.60.

Subire, proprie est ingredi. sed multis in locis proprietatẽ suã accommodabit ad earum uocum rationem, quibus adiungetur. & aliquid, & alicui rei subimus. Carnificinam. 1. uolum. philos.243.. Quãuis carnificinã prius subierint, quàm Ibim, aut Aspidem, aut Felem, aut Canem, aut Crocodilum uiolent: id est, pati possunt. Contumelias. 3.uo.or.98. Sed etiã nefarias libidinum contumelias, turpitudinesq; subierunt: id est, passi sunt. Ita Notas turpitudinis. 2.uol.orat.88.. Ita Turpitudines. 3.uolum.oration.98. Item. 1.uol.oration. 104. Crudelitatem. in orat.lib. 143.. Nam tibi aut pro uirtute animi, constantiaq; tua ciuilis ferri subeũda fuit crudelitas. Cruciatum. de offic.73.. Qui retinendi officij causa, cruciatum subierit uoluntariũ: id est, adierit. Dimicationẽ. Att.304.

Siqua

Siqua dimicatio subeunda erit: id est, suscipienda. Infamiam. Att.324.. Qui mihi aut inimicitias putet periculosas subeundas fuisse, aut infamiam sempiternam: id est, adeundas, suscipiendas. Inuidiam. 1.uol.orat.62. Poteris ne eius orationis subire inuidiam: id est, ferre, pati. 2.uol.phil.60. Tantummodo negare deos esse non audet, nequid inuidiæ subeat, aut criminis: id est, acquirat nunc. Iudicium. in orat.lib.95. Quo etiam grauius iudicium in dicendo subimus. Laborem. Att.47. Istos labores, quos nunc in naufragijs nostris suscipis, nõ subijsses: id est, passus esses. Ponderi. Asc.46. Quasi latine dixerit, & magno ponderi subire illud exponens. 1.uol. orat. 62. Poteris ne eius orationis subire inuidiam? ubi Asconius legit eius orationi absq; inuidiam. ut Virg. Ipse subibo oneri. quãuis alibi, portuq; subimus Cahonio dixerit. Pœnam. 3.uol. orat. 71.. Quam pœnam si tum aliorum opibus, non suis, inuitissimis nobis euolauerunt, at aliam multo maiorem grauioremq; subierunt: id est, passi sunt. Potentiam. in fa.79.. Cuius si essemus, & autoritatem, & consilium secuti, togati potius potentiam, quàm armati uictoriam subissemus. Periculum. 1.uolum. orat.105.. Cuius prædia subierunt pericula. Sermonem. Att.173. Minus sermonis subijssem: id est, dedissem. Victoriam. uide potentiam. Vituperationem. Att. 234.. Postremo se libenter uituperationẽ subire, quod amaret etiã mortuum Cæsarem. Vsum. in orat.lib.97.. Subeundus usus omnium, & periclitandæ uires ingenij: id est, assuescendũ est. Sub acumen stili. in orat.97.. Omnesq; sententiæ, uerbaq; omnia quæ sunt cuiusq; generis maximeq; illustria, sub acumen stili subeant, & succedant necesse est: id est, subueniant. Tempestates. 2.uol. orat.125. Cui uideo maximas Reipub. tempestates esse subeundas: id est, adeundas. Procellas. 3.uol.orat.102. Et quidem cæteras tempestates, & procellas in illis duntaxat fluctibus conciones semper putaui Miloni subeundas.

Subiungere

Subiungere, est addere, adiungere, augere. & aliquid alicui, & ad aliquid, & sub aliq. subiungitur. Vrbes sub imperiũ. 1. uol. orat. 87. Qui urbem pulcherrimam, atq; ornatissimam Corynthum plenissimam rerum omnium sustulit, urbesq; Achaiæ, Bœotiæq; multas sub imperium Pop. Rom. ditionemq; subiunxit? Sub ius. 2. uol. orat. Vt sub uestrum ius, iurisditionem, potestatem, urbes, nationes, prouincias, liberos populos, terrarum deniq; orbem subiungeretis.

Sublegere, significat clam & furto aliquid legere. Sermonem. Plaut. 159.. Clàm nostrum hunc illæ sublegerunt sermonem: id est, auscultarunt.

Subleuare, est proprie opitulari, opem ferre, ab ijs, qui abiecti sunt, cum eriguntur, tolluntur: tamq; quod prematur, quàm quod premat subleuari dicitur. Cæs. 71.. Neq; siquo afflictæ casu conciderunt, erigere sese, aut subleuare possunt. Offensionem. de offic. 112.. Vna illa subleuanda offensio est: id est, uel leuior facienda, uel tollenda. Laborem. Cæs. 75. Hunc cum reliquis rebus locum probabat Cæsar, tum quod superioris anni munitiones integræ manebant, ut nulitum laborẽ subleuaret: id est, leuiorem redderet. Vitium. 1. uolum. orat. 74.. Non deniq; aliquo mediocri uitio tot tantaq; eius uitia subleuata esse existimabantur: id est, adaucta. Aliqua re aliq. Cæs. 96. Nulla re ex prouincia, atq; ex Italia subleuari poterat.

Sublinere os alicui. Plaut. 53. Ita mihi stolido suis os subliuere offucijs. Item Pl. 41..

Subluere aliqu. flumina. Cæs. 97. Cuius collis radices duo duabus ex partibus flumina subluebant: id est, alluebant.

Subministrare, est suppetere, suggerere alicui, quod opus sit. Integros fessis. Cæs. 242. Labienus interim suis equitibus auxilia equestria summittere, saucijsq;, ac defatigatis integros, recentioribusq; uiribus equites subministrare. Tabellarios. Att. 314.. Et quoniam tabellarios subministras hodierni diei

diei res gestas lupercalibus habebis. Commeatum. Cæs. 206. Et quod Cappadocia his iugis subiecta magnam commeatus copiam erat subministratura. Copiam rei. uide commeatum. Pecuniam. 3. uol. orat. 148. Seseq; expoliare maluerit, quàm tibi pecuniam non subministrare. Spem alic. Sal. 131. Nunc uidẽdum est spem atrocissimi sceleris, unde illi subministratum fuisse iudicemus.

Submittere se alicui. 2. uol. orat. 264.. Appellaui populum, tribubus submisi me, & supplicaui: id est, ad hanc humilitatem descendi.

Subornare, modo idem est, quod ornare, modo falsa spe aliquem inducere. in familiar. 168. Tu Ci. quod adhuc feceris, idem præsta, ut uigilanter, neruoseq; nos, qui stamus in acie, subornes. Testem falsum. 1. uol. orat. 53.. Falsum subornauit testem Roscius Cluuium. Iudicem. 3. uol. orat. 47. Medicum iudicem subornauit.

Subrogare, est in locum alterius facere. Aliquem. L. Piso apud Gell. 95.. Cn. Flauius patre libertino natus scriptum faciebat, isq; eo tempore ædili curuli apparebat, quo tempore ædiles subrogantur: id est, cum in loco superiorum noui magistratus fiunt.

Subscribere, est sub aliam scripturam alia quæpiam adscribere. id quod maxime fiebat apud ueteres in accusationibus, cum accusatoribus alij quasi coaccusatores nomen suum in reum subscribebant: qui subscriptores dicti sunt. & alic. & in aliq. subscribimus. 2. uolum. oration. 38.. Sicut in statuis inauratis, quas posuit ad Iuturnæ, quibus subscripsit reges ab se in gratiam reductos esse. Infra aliquid. in familiar. 194.. Ego tamen nactus in nauigatione pusillum laxamenti concinnaui tibi munusculum ex instituto meo, & dictum cum magno nostro honore à te dictum concluſi, & tibi infra subscripsi. Asc. 25. Detulit nomen P. subscripsit C. duo enim fratres Cominij fuerunt

runt P. & C. In aliquem. Att.39. Lucullum, à quo solitum esse ad se mitti C. Fannium illum, qui in P. Clodium subscripserat: id est, qui unus fuit ex P. Clodij accusatoribus. 2. uol. orat. 42. Quos contra leges, pecunias cepisse subscriptum est. Causam. 2. uol. orat. 42. Video igitur iudices animaduertisse censores in iudices quosdam illius consilij Iuniani, cum istâ ipsam causam subscriberent. Item in orat. lib. 69. Quia paricidij causa subscripta esset. Item paulo infra. Quoniã & id causæ subscriptum, & ex ea re.

Subsequi, est quod paruo interuallo præcedens sequitur. in famil. 30.. Mirifice ipse suo sermone subsecutus est humanitatem literarum tuarum: id est, lectis perhumanis tuis literis, & ipse statim uerba fecit maxime ad tuas literas accommodata.

Subseruire alicui rei. Terent. 17.. Tu ut subseruias orationi, utcunq; opus sit uerbis, uide: id est, obsecundes.

Subsistere, est consistere, gressum retinere. 3. uol. orat. 3. Subsistendum, atque expectandum fuit.

Subsortiri, est in locum alterius alterum per sortem eligere. & aliq. in locum alterius subsortiri dicitur. In locum alic. Asc. 76.. Subsortitus est in eorum locum Verres.

Substare, est sustinere, & resistere. Terent. 21. Perij, metuo ut substet hospes: id est, ne deficiat.

Substituere, idem est cum subrogare, sufficere. In locum alicuius. 1. uol. orat. 250. Tum iste homo nefarius in eorum locum, quos domum suam de piratis abduxerat, substituere, & supponere cœpit ciues Romanos.

Subtrahere, est quod rei alicui subsit, auferre. Materiam. 2. uol. orat. 215. Non ne id agendum nobis omnibus fuit, ut materiam subtraheremus furori tuo?

Subuenire alicui. Plaut. Qui toties tibi misero subueni: id est, opem tuli. Tempestati. de offic. 17. Subuenire autẽ tempestati quauis ratione, sapientis est: id est, uitare tempestatem.

Subuertere

Subuertere. Tanta sanè uis est particularum, ex quibus uerba componuntur, ut ipsa uerba significationem suam ad earum rationem plerũq; conuertant. Vt in auertere ui particulæ, a, est aliorsum se uertere: ita aduertere, aduersus nos aliquid uerti: euertere, ab interiori parte uertere: ita subuertere est quasi desuper uertere, diruere, demoliri. Montes. Sall. 5. Nam quid ea memorem? quæ nisi ijs, qui uidere, nemini credibilia sunt, à priuatis compluribus subuersos montes, maria constructa esse. Regnum ali. Sallust. 83. Secutiq; Romani non me, sed morem suum omnia regna subuertendi. Aliq. Terent. 95.. Ne nimium modo bonæ tuæ istæ nos rationes Mitio, & tuus iste animus æquus subuertant. Artes bonas. Sallust. 4. Nanq; auaritia fidem, probitatem, cæterasq; artes bonas subuertit: id est, funditus tollit.

Succedere, modo est euenire, modo in alterius locum uenire. Bene, Male, Recte. Ter. 82.. Ita quæso quãdo hoc bene succesit, hilarem hunc sumamus diem. Sub manus. Plaut. 156.. Lepide hoc succedit sub manus negotium. Ex sententia. Att. 315. Sed si ex sententia successerit, bene erit opera posita. Via aliqua. Ter. 16. Hac nõ succesit, alia adgrediamur uia. Alicui de prouincia. in fa. 32. Vt omnes intelligant nec me beneuolentiori cuiquam succedere, nec te amiciori potuisse prouinciam tradere. Ex S.C. 3. uol. or. 237. Quoad cuiq; ex S.C. successum sit. Integros defessis. Cæs. 89. Cũ crebro integri defessis succederẽt, nostrosq; assiduo labore defatigarent.

Succendere frumenta. Cæs. 42.. Cæsar paucos dies in eorum finibus moratus omnibus uicis, ædificijsq; incensis, frumentisq; succensis, se in fines Vbiorum recepit: id est, cumbustis, concrematis.

Succensere, est potioris, & in re graui & iusta irasci, Donait. Item cum succensere dicimus, qui cum amare debeat, læsus irascitur. Sibi aliq. Terent. 71.. Merito mihi nunc ego

succenseo

succenseo. de or. lib. 185.. Et ij tibi succenseant, quos prætereris. Terent. 11. Sed est quod succenseat.

Succingere, est circũdare. & re aliqua aliq. succingimus. **Portibus.** 2. uol. orat. 83.. Delecta Carthago est, quod cum hominum copijs, tum ipsa natura, ac loco succincta portibus, armata muris, excurrere ex Africa, imminere fructuosißimis insulis Po. Rom. uidebatur. **Factionibus.** Asc. 13. Sed etiam factionibus armatorum succincti: id est, armatorum manu stipati.

Succumbere, est subiacere, uinci permittere. & rei alicui succumbimus. **Doloribus.** 1. uol. phil. 59. Vt enim mortis metu omnis quietæ uitæ status perturbatur, & ut succumbere doloribus, eosq; humili animo, imbecilloq; ferri miserũ est. **Alicui.** Att. 286.. Sed certe non succumbam succumbentibus.

Succrescere alicui. in orat. lib. 164.. Non enim ille mediocris orator uestræ quasi succrescit ætati.

Succurrere, est subuenire, opem ferre, interdum in mentem uenire. Ci. Neq; enim mihi succurrebant uerba, quæ ante discessum à Dolobella audiebamus.

Sufficere, est modo sustinere, modo quod satis sit dare, suppeditare, aliquando inficere, maculare significabit. **Consulem.** 2. uol. oration. 143.. Nam ne sufficiatur, consul non timet. **In locum** alterius. in famul. 66. Si mehercule Appium haberem, in cuius locum suffectus sum. **Vires.** Cæs. 83. Neciam uires sufficere cuiusquam, nec ferre operis laborem posse: id est, sustinere. Cæs. in Hort. Vt ij, qui cõuiuijs purpuram sufficiũt, post sanant medicamentis quibusdam.

Suffocare urbem fame. Att. 140. Consilium primum est, suffocare urbem, & Italiam fame, deinde agros uastare.

Suffundere, & aliquid alicui. & aliqua re. **Frigidam.** Pl. 81.. Clam si occasio ulla est, frigidam subdole suffundunt. **Maleuolentia** aliq. in famul. 16. Tum nulla in cæteros maleuolentia suffusum. **Calore** aliquid. 2. uolum. phil. 37. Nam tenuis

nuis, ac perlucens, & æquabili calore suffusus æther.

Sugere, est leniter sorbere. **Errorem.** 1. uolum. phil. 190.. Vt pene cum lacte nutricis errorem suxisse uideamur. **Lac.** uide errorem. **Sanguinem.** Plaut. Ego me uertam in hirudinem atq; eorum exugebo sanguinem.

Suggerere, est sufficere, suppeditare. **Sumptum** alic. Ter. 77.. Cur tu his rebus suggeris sumptus? id est, cur ad hæc tu omnia pecuniam suppeditas.

Sumere. Cum & hoc uerbum multa significet, proprie tamen est consumere, accipere, tollere. cætera in exemplis. **Cõfidentiam.** Plaut. 55. Nimium ædepol, ni hic in uentrem sumpsit confidentiam: id est, uĕtri fidit. **Fiduciam.** Asc. 49. Per hos omnes Verres ludendi iudicij fiduciam sumpserat. **Arrogantiam spiritus.** Cæs. 11. Ipse autem Arioui stus tantos sibi spiritus, tantam arrogantiam sumpserat, ut ferendus non uideretur. **Exemplum** sibi. Ter. 80. Atq; alijs sumere exemplum sibi. **Spatium** ad cogitandum. 1. uol. phil. 100. Aut spatium sumamus ad cogitandum. **Operam** frustra. Ter. 66. Frustra operam hanc, opinor, sumo. **Initium.** 2. uo. ph. 169. Et tibi aliud dicendi initiũ sumendũ est. **Saga.** 3. uo. or. 200.. Saga sumi dico oportere. Item. 258.. Ab eorũdem aris, ad quas togati adierimus, ad saga sumenda discedere. **Bellum** cum aliquo. Sallust. 83. Qua primo cum rege Macedonum Philippo bellum sumpsere. **Satietatem** alicuius rei. Terẽt. 141.. Quo pacto satietatem amoris ait se uelle sumere. **Testimonium** ab aliq. 1. uol. or. 46. Nisi à C. Fannio ipso testimonium sumo. **Legationem.** 2. uol. or. 162.. An legationes sumere liberas exigendi causa: id est, accipere. **Diem.** in fa. 107. Quem uellet alium diem si sumpsisset, me ei non defuturum: id est, eligeret. **Arbitrum.** 1. uol. or. 47. Qui eum de hac pecunia, de tabularum fide arbitrum sumpsit, iudicauit sibi pecuniam nõ deberi. **Diem.** Ter. 96. Et rei hilarem hũc sumamus diem: id est, tra-

ducamus. **Supplicium** de aliquo. 1. uol. or. 127. Tum homo nefarius de homine nobili, atq; id ætatis suo hospite uirgis supplicium crudelissime sumeret. Ter. 15. Cur nō habeo spatium, ut de te sumam supplicium, ut uolo. Cæs. 163. **Mutuum** pecuniam. 2. uol. or. 156. Pecuniam sumpsit mutuum à Sex. Scola iudice hoc nostro primario. Item. 3. 229. Pecunias q; à quibus uidetur ad rem militarem mutuas sumat. Sallust. 9. **Fœnore.** Plaut. 89.. Sumpsisti fœnore? **Nauim.** de offic. 70. Quoad enim peruentum est eo, quo sumpta nauis est: id est, conducta. **De aliquo.** Asc. 55. Nondum enim nomina de imperatoribus sumpserant: id est, nondum ab imperatoris nomnibus denominabantur. nam de mensibus Sextili & Quintili agitur. **In manum.** in or. lib. 144. Sed à cæteris, qui hæc in manum sument. 1. uolu. ph. 176.. Epicurum autem & Metrodorum non ferè præter suos quisquam in manus sumit. **Offensionem.** Attic. 68. Vt enim si qua fuerit ex ratione sumpta offensio, non appareret: id est, si quid recte indignatus esset. **Sauium.** Plu. 22. Sauium si sumpsit, sumere eum licet sine retibus. **Loco** rei ali. Cæ. 138.. Argumēti sumebat loco. **Dies** aliquot. Ter. 141.. Nunc una res restat mihi, quæ etiam cōficienda, otiū ab senibus ad potandum ut habeam. nam aliquot hos sumam dies.

Summittere, est in locum alterius mittere. **Adiutorem.** Cæ. 178. Huic quod ualetudine minus commoda utebatur, Fuluium Posthumium adiutorem summiserat. **Exercitum.** in fi mil. 156. Omnia ut integra seruem dabo operam, quoad exercitus huc summittatis. **Alicui.** 3. uol. ora. 70.. Huic uos nō summittetis? hunc diutius manere patiemini?

Summouere, est repellere. **Hostes.** Cæ. 44. Atq; inde fundis, tormētis, sagittis hostes propelli, ac summoueri iussit. Item M. Varro apud Gell. 182. Nunc stipati serui publicis nō modo prehendi non possunt, sed etiam ultro summouēt populum.

Superare, proprie est supergredi, interdum uincere, suppetere signifi

significat: & nos aliquid superamus: & nobis aliquid superat. **Solem** è mari. Plaut. 153. Commodum radiosus esse sol superabat ex mari: id est, sursum petebat, uel terram superabat: & est exoriri. **Impetum** fortunæ. Att. 290.. Sic illi fortunæ impetum superare non possent. Ita **Thaidem.** Terent. 29.. Hæc superat ipsam Thaidem. **Satietatem** sui. 2. uo. or. 128.. Sed tamen ego mei satietatem magno meo labore superaui: id est, uici. Plus potui quàm mei satietas. **Famam** literas. Attic. 289.. Etsi non dubitabam quin hanc epistolam multi nuntij, fama deniq; esset ipsa sua celeritate superatura: id est, celerius ad te peruentura. **Morbum** aliquem. Sallust. 33.. Nam morbus haud sæpe quenquam superat: id est, tollit. Ter. 81. Numquàm ita magnifice quicquam dicā, id uirtus quin superet tua: id est, maior sit. **Amorem** aliq. Plaut. 40.. Si herum uidet superare amorem, hoc serui esse officium reor: id est, uinci ab amore herum. **Aliqua re** aliq. Asc. 38. Antonius paruulis centurijs Catilinam superauit. **Scelere.** 3. uolum. orat. 259.. Qui omnes hostes scelere superauit, nomine hostis carebit? **Aetatem** uirtute. 3. uolum. orat. 63. Quandoquidem uirtute superauit ætatem: id est, plus fecit quàm ætas ferebat. **Pecuniam** alicui. Sallust. 7.. Etenim quis mortalium, cui uirile ingenium sit, tolerare potest illis diuitias superare: id est, plures illis esse pecunias, quàm impendere possint, &c. in or. lib. 219. Domus tibi deerat, at habebas: pecunia superabat, at egebas. **Pro** superesse. Sal. 55. Quæ Iugurthæ fessa, ac maioribus astricto superauerant: id est, quibus ipse uacare non poterat.

Superesse, modo est restare. modo superare, interdum superstitem esse. nonnunquam super, eam significationem retinet, quam cum iunctum est cum satis. ut satis, superq;. **Aliq.** alic. in orat. lib. 129.. Nihil superest, libidines totum dissipauerunt. in oratorijs li. 202. Idemq; motu sic utetur, nihil ut supersit in gestu. **Pro** superare. Cicer. ex Gell. 20. Nec uero scientia

iuris maioribus suis Q. Helius Tubero defuit, doctrina etiam superfuit:id est,superauit. Superstitem alic. Plaut.19.. Sicut tuum uis unicum gnatum tuæ superesse uitæ sospitem,& superstitem.in fa.166. Nam neq; deesse,neq; superesse Reipu. uolo. Plaut.150. At metuo ut satis sis subdola. Ph. ne doceto malas ut sint malæ:mihi sola ego supersum:quia dixerat satis. Ma.obtulit super.

Supersedere, est omittere. & re aliqua supersedemus. Labore itineris. in famul.47. Supersedeas hoc labore itineris. Rebus. Plaut.89. Supersede istis rebus iam:id est,omitte iam istæc. Prælio. Cæ.21. Cæsar primo & propter multitudinem hostiũ,& propter eximiã opinionẽ uirtutis prælio supersedere statuit. Litibus. de re rust.2. Litibus familia supsedeat:id est abstineat se à litibus. In passiua significatiõe hoc uerbo usus est ad Her.11. Hæc causa iudicialis fieri non potest,ut in primo libro ostendimus,sed quod potest,uel ad senatum,uel ad concilium uenire,non uisa est supersedenda:id est,omittenda.

Suppeditare,est perfundare:quod uictis fieri solet,ideo pro uincere ponitur. Est etiam pro sufficere, abunde præbere. Et aliq.alic.uel re,& de re aliqua suppeditamus. Cice. Nunc uideo in iudicio mecum contẽdere non uis:ubi suppeditari turpissimum,superare pulcherrimum est:uides ut opponãtur suppeditare & superare. Frumentum.3.uol.orat.63. Quem in caritate annonæ,ut sæpe ante fecerat,frumento suppeditato leuauerunt. Item.1.uolum.orat.110. Varietatem.in famul. 68. Multam etiam casus nostri tibi uarietatem in scribendo suppeditabunt plenam cuiusdam uoluptatis. Abundantiam rerum omnium.de offic.112.. Atq; ibi suppeditans omnium rerum,quas natura desiderat,abundantiam, & copiam. Ingenium.in famul.68.. Quod non ingenium mihi solum suppeditatum fuerit tuum:id est,præbitum,præstitum quantum satis erat. Vitam.in or.lib.187. Cui si uita suppeditauisset,sublato ambitu

ambitu cos. factus esset.3.uol.orat.186. Cuius etiam naturalis pater, si uita suppeditasset cos. factus esset. Sumptibus aliq.Ter.71.. Nam si illi pergam suppeditare sumptibus:id est, pecuniam suggerere ad sumptus. Amori suo.Ter.49.. Vt tuo amori suppeditare possis,sine sumptu tuo. Merces.1.uo. orat.110. Quos illa partium mercibus suppeditandis,& c. De suis bonis aliq.alicui.1.uol.or.78.. Suppeditabit nobis Atticus de thesauris suis.

Suppetere,est quod satis sit præbere, sufficere, suppeditare. nisi quòd intrãsitiue semper profertur:nã ego pecuniã tibi suppetam,nõ recte dici puto. Crimina.1.uol.orat.82. Credo si meis horis in accusando uti uoluissem, uererer ne mihi crimina nõ suppeterẽt,ne oratio deesset,ne uox uiresq; deficerẽt. Materiem alic.Pl.89. Id modo uidendum, ut materies suppetat scriptoribus. Vitam.1.uol.ph.51. Scribentur fortasse plura,si uita suppetet:id est,superabit. Facta dictis.Pl.182. Vtinam quæ dicis,dictis facta suppetant. Nunc est respondeat dictum,factum cum sequitur. Copias rei.1.uol.ph.246. Vt amori,ut ambitioni,ut quotidianis sumptibus copiæ suppetant.

Supplantare. Proprie usus est hoc uerbo Cicer.de offic.60.. Scite Chrysippus ut multa qui stadium,inquit,currit, eniti & contendere debet quàm maxime possit,ut uincat, supplantare eum,qui cum certet, aut manu depellere nullo modo debet:id est,eum pedum dolo deijcere.

Supplicare. Oramus,inquit Do.quæ bona sunt.supplicamus in aduersis malis,uel cũ lachrymis.et tantũ, quod ego repererim, alicui supplicamus. Ter.7.. Ipsum hunc orabo,huic supplicabo, amorem huic narrabo meũ.1.uol.or.182.. Quæ uestris animis pro huius innocẽtis salute supplicẽt. Itẽ.3.uo.or.72. Itẽ.2.uo. or.261.. In or.lib.104. Nemo Remp.implorauit,nemo supplicauit.quo quidẽ exemplo caue credas posse dici supplicare alicui quem. Nam remp.tantum ad implorauit refertur. non item ad

supplicare, quod etiam in similibus sæpius fieri comperies.

Supplodere, *est pedibus obstrepere.* Pedem. *in or. li. 104.. Quid multa? pedem nemo in illo iudicio supplosit.*

Supponere, *est sæpius aliud pro alio ponere: idq; dicitur tam de bono, quàm de malo: aliquando pro infra ponere, subijcere. ut.* Puerum. *Terẽ. 25.. Puerum supponi: id est, aliunde puerum sumere: quem se peperisse dicat mulier.* Personam. *Asc. 75.. Aut per suppositum personam. Item. 2. uol. or. 43. Qui testamentum interleuerit, qui supposita persona falsum testamentum signandũ curauit: id est, illegitimam personam adhibere in signando testamẽto.* Testamentũ. *2. uol. ph. 164.. Ius esset lenocinari, ius adulterari, ius testamenta falsa supponere, si hæc suffragijs, aut scitis multitudinis probarentur.* Iudices. *Asc. 76.. Et princeps illorum iudicum damnatus esset Iunius, quòd diceretur alios supposuisse, qui etiam damnarent, nõ eos, quos prætor fuerat subsortitus.* Fidem amico. *1. uolu. orat. 37. Quod quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ uicaria fides amicorum supponitur: id est, in nostro loco ponitur.* Exemplum *literarum. Att. 122. Deinde supposuit exemplum epistolæ Domitij, quod ego ad te pridie misseram: id est, infrascripsit.* Partes *generi. in or. lib. 44. Huic genere Hermagoras partes quatuor supposuit.*

Supprimere, *est quod aliò, et fòras spectat, retinere, occultare.* Pecuniam. *2. uol. orat. 32. Capit hoc consilium, ut pecuniam quibusdam iudicibus leuissime polliceatur, deinde eam postea supprimat. Item. 31.. Stalenus ille biennio ante, cum causam bonorum Safinij Attellæ recepisset, sexcẽtis millibus nummûm se iudicium corrupturum à se dixerat, quam cum accepisset à pupillo, suppressit. Item. 38. Ne illa quidem testimonia recito, quæ dicta sunt de* HS. DD *millibus, quæ ille cum accepisset nomine iudicij Safiniani, sicut in Oppianici iudicio postea retinuit, atq; suppressit.* Vocem. *2. uolu. orat. 172.. Qui cum*

cum suppressa uoce de scelere P. Lentuli, de audacia coniuratorum omnium dixisset: id est, humili & depressa uoce. Iter. *Cæ. 138.. Iter supprimunt, copiasq; in castris continent.*

Surgere, *est se erigere, & cubantium est maxime. ut Ter. 88. Vt triduo hoc perpetuo è lecto nequeat surgere.* Serius. *Attic. 315.. Vt si serius, quàm uoluerint, surrexerint.* Cubitu. *de re rust. 2.. Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat. Ecce iterum apud ueteres supinum in tu de loco positum: ut redire obsonatu dixit Pl. Item in or. lib. 64.* Sella *aliq. Sal. Histo. lib. 5. Sella surgere, caput aperire solitum.*

Suscipere, *est sæpius capere, sumere. Neq; enim satis exponi potest, quid proprie significet. Affert enim sub, ei nescio quid inexplicabile.* Amorem. *in famil. 143.. Illud autem erat amoris mei, quem à tua pueritia susceptum non seruaui solum, &c. Id est, quem à pueritia cœpi amare.* Animum. *2. uol. orat. 5.. Videte quem uobis animũ suscipiendum putetis: id est, sumendum.* Autoritatem. *1. uol. phil. 45.. Speusippus autem, & Xenocrates, qui primi Platonis rationem, autoritatemq; susceperant.* Bellum. *2. uolum. orat. 9. Multa præterea consulto, sed ea uos coniectura perspicitis, quantum illud bellum factum putetis, quod coniungant reges potentissimi, renouent agitatæ nationes, suscipiant integræ gentes. in fa. 52.. 182.* Cogitationem. *de re. Attic. 141. De ijs rebus rogo uos, ut cogitationem suscipiatis. Item. 235..* Contentiones. *3. uolum. orat. 22. Omnia pericula, summos labores, grauissimas contentiones, inimicitiasq; suscepit.* Cohortationem. *in famil. 8. Quæ quidem mea cohortatio ne tibi inanis, aut sine causa suscepta uideatur.* Curam. *Attic. 99.. Hanc quoque suscepi curam, quemadmodum experiamur. in familiar. 388. Videbaris enim non solum fauere nobis, id quod & nostri, & Reipub. causa semper feceris, sed etiam grauem curam suscepisse, uehementerq; esse de nobis*

solicitum. Dedecus. uide flagitium. Delectum. Att. 112.. Neq; delectum ullum, neq; negocium suscepisse. Dolorem. 3. uol. orat. 67.. Dolorem in alienis, luctum, mœroremq; suscipimus. Item. 3. uol. orat. 3. Aegritudines. 1. uolu. phil. 221.. Non enim suscipere ipsi ægritudines propter alios debemus. Exilium. 2. uol. orat. 196. Neq; exilium turpe, quod uirtute suscipitur sponte, &c. Flagitium. 2. uolum. orat. 126.. Sed aliquod aut in Asia susceptum, aut ex Asia deportatum flagitium, ac dedecus. Filium ex aliqua. 2. uol. or. 55.. Inuito despondit ei filiam suam illam, quam ex genero susceperat. Liberos. in fa. 72. Cum beatissimi sint, qui liberos non susceperint. Item. 1. uol. phil. 190. Fraudem. 3. uol. or. 88.. Suscepta fraus, impedita, & oppressa mens conscientia, bonorũ omnium odium. In alteram aurẽ. Att. 212.. Sed quoniam tu suscipis in alteram aurem de retentione: id est, aliqua parte retentionẽ probas. Inimicitias. Att. 10. Et multorum odia, atq; inimicitias reip. causa suscepimus. Item in fa. 41. 1. uol. or. 64.. 218. Inimicos. Att. 287. Qui ualentissimum Antonium suscipere pro Rep. nõ dubitauit inimicum. Inuidiam. 2. uol. or. 19. Vt intelligitis nihil esse homini tam timendum, quàm inuidiam, nihil innocenti suscepta inuidia tam optandum, quàm æquum iudicium. Iter. 3. uol. or. 19. Hoc interim tẽpore P. Sextius Iudices designatus iter ad C. Cæsarem pro mea salute suscepit. In se aliq. Asc. 64.. Qui in se susceperant procurationẽ corrumpendorum iudicũ. In se scelus. 3. uol. or. 232. Miserior igitur qui suscipit in se scelus, quàm is, qui alterius facinus subire cogitur. Impunitates omnes. 3. uol. or. 191.. Cũ omnes impunitates pudica in domo quotidie susciperes uino lustrisq; confectus. Labores. uide contentiones. Liberos. uide filium. Luctum. uide dolorem. Maculam. 2. uol. orat. 5. Delenda est uobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta. Maleficium. 1. uolum. orat. 34. Quare intelligatur summam tibi facultatem fuisse maleficij suscipiendi. Mœrorem. uide dolorem. Negocium. Att. 113. Nunc si me amas mi Pete, negocium totum suscipe, molestia Fabium libera. Item in fam. 142.. Orationem. 2. uolu. or. 258. Atq; ego hanc orationem P. C. tam tristem, tam grauem, non suscepissem. Odium. Att. 89. In quo, ut audio, magnum odium Pompeij suscepistis: putat enim suos numos uos comedisse: id est, magnũ odium Pompeij in uos concitastis. Officum amici. in fa. 40.. Deme tibi, usq; eo, autoritate cari hominis (ut spero) apud ciuitates, grauitate Imperatoris, susceptum officia, atq; partes. Paricidium. 1. uolu. or. 30. Agitur de paricidio, quod sine multis causis, suscipi non potest. Patrocinium. 2. uo. ph. 139. Qui quidem ipsi per se minus ualerent, & magis contemnerentur, nisi somniorum patrociniũ philosophi suscepissent. Sall. 17. in or. lib. 148.. Ea philosophia, quæ suscepit patrocinium uoluptatis. Partes rei alic. 1. uol. or. 218.. Cur ego tuas partes suscipio? cur tuum onus sustineo? Item. 3. uol. or. 3. Periculum. in or. lib. 82.. Fortitudo est considerata periculorum susceptio, laborũ perpessio. Personam ali. 2. uo. orat. 38.. Irridebatur hæc illius reconciliatio, & persona uiri boni suscepta: id est, facere, quod uirum bonũ facere decet. Pœnam. 2. uo. or. 5. Non modo adhuc pœnam nullam suo dignam scelere suscepit: id est, dedit. Item. 2. uol. or. 198. Vt si meas rationes, unquam uestræ saluti anteposuissem, sempiternam pœnam sustinerem mea uoluntate susceptam. Vides cum hac uoce pœna, uti duo inter se similima uerba sumere, & suscipere significationem uarient: illud enim punit aliũ, hoc uero seipsum supplicio afficit. nam suscipere pœnam de aliquo, ut sumere: non recte arbitror dici posse. Profectionem. 2. uolum. orat. 198. Et illam miseram profectionem uestræ salutis gratia suscepissem. Propugnationem. in fam. 64. Suscepiq; mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis. Proscriptionem. 1. uo. or. 44. Cauete per

deos immortales iudices, ne noua, & multo crudelior per uos proscriptio instaurata esse uideatur, illam priorẽ, quæ facta est, in eos, qui arma capere potuerant, tamen Senatus suscipere no luit: id est, recusauit, reiecit. Querimonias. 1. uo. or. 65.. Sociorum querimoniæ delatæ ad hominem non inertissimum, suscepte ab eo, qui uidebatur eorum fortunas fide, diligentiaq; sua posse defendere. Religionem. 2. uol. phil. 131.. Valeantq; ad deportandas potius, quàm ad suscipiendas religiones. Salutem reip. 3. uol. or. 14. Neminem unquam fore, qui auderet suscipere contra improbos ciues Reipub. salutem: id est, defensionem salutis Reip. Scelus. 1. uolum. orat. 218. Quo quidem scelere suscepto, &c. Item in se. 3. uolu. orat. 232. Miserior igitur qui suscipit in se scelus, quàm is, qui, &c. id est, admittit. Seueritatem. 3. uol. or. 45. Redeo nunc ad te Cæli uicissim, ac mihi autoritatem, patriam, seueritatemq; suscipio: id est, sumo. 2. uolu. orat. 184. Salus esset omnium amissa una nocte, nisi esset seueritas illa suscepta. Simultates. Att. 239.. Ex quibus nõnullas simultates cum magna mea lætitia susceptas habemus. Votum dco. Plaut. 4. Imperator uterq; hinc, & illinc uota suscipere, hortari exercitum: id est, faciebat. Vigilias. 1. uolu. philoso. 138. Qui etiam nunc agendi aliquid, discendiq; causa propè contra naturam uigilias suscipere soleamus. Vt. Atti. 197. Quare illud non suscipiam, ut quæ de iracundia dici solent, &c.

Suscitare, est excitare, quod iam extinctum erat reparare, renouare. Bellum. in fa. 169. Nos si alia hortarentur, ut bellum ciuile suscitare uellemus, literæ tuæ nihil proficerent. Rationem. 2. uol. or. 195.. Humilitatem generis obijciunt nobis, qui nouam rationem suscitant.

Suspendere. Suspendunt qui ex aliquo superiori loco pendunt, qui quoniam in dubio sunt, ideo suspensus idem est, quod dubius. & aliq. in loco, & de loco suspendere dicimus. Se de

ficu. in orat. lib. 134. Quòd diceret uxorem suam suspendisse se de ficu. Gradum aliq. Terent. 142.. Ad fores suspenso gradu placide ire perrexi, accessi, astiti: id est, dubio, incerto. nã pedetentim solent ire, qui clam aliquid obseruant. Bullam in collo infantibus. Ascon. 76. Etiam bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertini scortea: id est, pendi.

Suspicari aliq. in fam. 6. Tantum te suspicari uolo. Item. 55. Suspicarer autem multum interesse rei familiaris tuæ. Item. 34.. Cum posses iam suspicari, ubiq; pro putare, arbitrari.

Suspicere, est supra aspicere. sed & rei admirationem continet. Astra. 1. uolumi. philosoph. 161. Et astra suspeximus. Eloquentiam. in ora. lib. 205.. Sed hanc eloquentiam, quæ cursu magno, sonituq; ferretur, quam suspicerent omnes, quam admirarentur, quam &c.

Susurrare, est quasi imperfecte loqui, à susurro, quæ est uox inarticulata. Terent. Iam susurrari audio ciuem Atticam esse hanc: id est, dici.

Sustentare. Non sine difficultate eius rei, quæ sustẽtatur unquã poni uerbũ uidebis, id quod etiã fit in sustinere. Aerumnã. 3. uo. or. 4. Et maximis officijs & illius ærumnam quoad uixit, & filiæ solitudinem sustentauit. Imbecillitatem. in fa. mil. 95. Tu modo istam imbecillitatem ualetudinis tuæ sustenta, & tuere, ut facis. Famem. Cæs. 81. Vsq; eò, complures dies frumento caruerint, & pecore è longinquioribus uicis adacto extremam famem sustentarent: id est, difficulter uictitarent. Parsimoniam alicuius re aliqua. 3. uolumine oratio. 45.. Quæ etiam aleret adolescentes, & parsimoniam patrum suis sumptibus sustentaret. Casus. in famil. 56.. Ipse enim pari fortuna abiectus, aliorum opibus casus meos sustentabam. Aliquem. Sall. 50. Sed milites Iugurthini paulisper à rege sustentati. Aedificationem ad aliquod tẽpus. Att. 310. Aedificationem arcani ad tuũ aduentũ sustentari placebat:

id est

id est, differri. Item in fa. 227. Primum de Pausania Alabandēsi sustentes rem, dum Nero ueniat. **Bellum.** Cæ. 23. Quorum auxilijs, atq; opibus si qua bella inciderint, sustentare consueuerint. **Laborem.** Sall. 86.. Postremo sapientes pacis causa bella gerunt, laborem spe ocij sustentant: id est, æquo animo patiuntur. **Se conscientia.** in fa. 78.. Non uereor ne eum, qui se optimorum consiliorum conscientia sustentare possit, mserū esse nefas sit dicere. **Solitudinem.** 3. uol. or. 4. uide ærumnam. **Aegre** aliq. Cæ. 20.. Aegre eo die sustentatū est: id est, difficultatem habuimus in nobis tuendis. Item. 38. Aegre is dies sustentatur. eo modo, quo superius.

Sustinere aliq. in fa. 174. Cum sustinere eos non posset, in posterum diem iter suū contulit: id est, retinere. **Assensus** suos. 2. uol. ph. 96.. Vt quidam Academici constituisse dicuntur, extremum bonorum, & summum munus esse sapientis, obsistere uisis, assensusq; suos firme sustinere. uulgò, sustentar. **Autoritatem** alic. 2. uo. or. 240. uide personam. **Beneficiū.** in fa. 20. Neq; enim sum ueritus ne sustinere tua in me uel innumerabilia beneficia non possem. **Causam** suam. in fa. 84. Quia non putat se sustinere causas posse multorum, si tibi, cui iustius uidetur irasci posse, concesserit. **Cōmeatus** ali. Cæ. 21. Qui magno nobis usui ad bellum gerendum erant, commeatusq; nostros sustinebāt: id est, suppeditabant. etsi idipsum ægre. **Conuitium.** 1. uol. or. 11.. Qui posset scurræ diuitis quotidianum conuitium sustinere: id est, æquo animo pati. **Culpam** alic. Att. 101.. Vt iam ne istius quidem rei culpam sustineam. 2. uol. phi. 191.. Nam Cassiæ legis culpam Scipio tuus sustinet, quo autore lata esse dicitur: id est, illi culpa hæc adscribitur. **Curam.** in fam. 145.. Interim maximam hic solicitudinem, curamq; sustineo: id est, ualde hic curis distorqueor. **Dies.** in fa. 27.. Velim quæras quos ille dies sustinuerit in urbe dū fuit, quàm acerbos sibi, quàm mihi, quàm socero non honestos. **Dolorem.**

in ora.

in orat. lib. 165.. Hunc autem & præter cæteros, aut cum paucis sustineret dolorem: id est, pateretur. **Iudicium.** 3. uo. ora. 22.. Dicta est à me causa Iud. & perorata, iam intelligitis quātum iudicium sustineatis, quanta res cōmissa uobis: id est, quàm graue sit iudicium hoc. **Incursiones** hostium. Cæ. 107.. Qui subitas hostium incursiones sustinerent: ita impetus. **Inuidiam.** 1. uo. or. 124. Inuidiam se sustinere non posse tantam arbitrabatur: id est, opprimi tanta inuidia arbitrabatur. **Magnitudinē rei.** 1. uo. or. 66.. Quapropter Iud. uestrū est deligere quem existimatis facilime posse magnitudinem causæ, ac iudicij sustinere fide, diligentia, consilio, autoritate. **Munus** consulare. in fa. 157. Qui quod consules aberant, consulare munus sustinebat more maiorum. 2. uolum. ph. 41.. Et sustinendi muneris propter imbecillitatem difficultas munime cadit in maiestatē deorum. est fungi difficilimo munere. **Negocium.** in fam. 86. Totum negocium tu sustineas oportet, in te mihi omnis spes est. hauer il cargo. **Onus.** in famil. 24. Quia maiora in Rep. onera sustinere, & posim, & soleam. 1. uo. orat. 218.. Cur ego tuas partes suscipio? cur tuum onus sustineo? **Officium.** in fa. 21. Ego ni te uidere scirem, cum hæc ad te scriberem, quantum officij sustinerem: id est, quantum meum esset officium, uel quanto premerer officio. **Pœnam.** 2. uolum. orat. 214.. Ne ego indemnatus atq; optime de Rep. meritus damnatorum pœnam sustinerem. item. 228. Potest igitur damnati pœnam sustinere indemnatus? id ist, pati. **Personam** alic. in or. lib. 118. Qui sua dignitate personam Pop. Ro. atq; autoritatem imperij sustinerent. 2. uolum. or. 240. 205.. Hoc uestro iudicio tanto, tamq; præclaro excitatus, ita Cal. Iun. ueni in Senatum, ut meminissem quam personam impositam à uobis sustinerem. **Prælium.** Cæ. 75. Pauli sper prælium unà sustinent. **Quæstionem.** in or. 200. Vt si sustinere tantam quæstionem non potero, iniusti oneris impositi tua culpa sit: id est, ferre. **Recentes** &

tes & integros. Cæ. 91.. Simul & cursu & spatio pugnæ defa tigati non facile recentes, atq; integros sustinebant: id est, non ferebant. Sese. Cæ. 21. Nuntios ad eam rem mittit, nisi subsidiũ sibi mittatur, sese diutius sustinere non posse. mantenerse. Se. in fa. 129. Expectabam omnino iandiu meq; sustinebam, ne ad te prius ipse quid scriberẽ, quàm aliqd accepissem: id est, ægre me à scribendo retinebam, ineſt enim in uerbo tacita quædam in plerisq;, nisi semper difficultas. Seueritatem. Att. 293.. Hæc institutio, atq; disciplina potest sustinere in rebus statuendis decernendisq; eam seueritatem, qua tu in his rebus usus es. nunc est conseruare, retinere. Simulationem. in fam. 14. Quibus simulatio facile sustinetur. Suspicionẽ alicuius rei. Cæ. 155.. Vt magno cũ dolore infidelitatis suspitionẽ sustinere uiderẽtur: id est, grauiter ferre: addidit etiam magno cum dolore ad uerbi difficultatẽ. Humeris aliq. 3. uo. or. 106. Tota ut comitia suis (ut dictitabat) humeris sustineret. Aliqua re aliq. ut fide. 3. uo. or. 129.. Labentem excepit, corruere non siuit, sulsit, sustinuit re, fortuna, fide, ho die q; sustinet, nec amicũ pudentẽ corruere patitur: id est, illum his omnibus rebus tuetur.

T

TAbescere, est languere, deficere, aliquo malo consumi. & re, & in re tabescimus. Dolore, Miseria aliq. Ter. 90.. Quæ dolore ac miseria tabescit. In calamitate aliq. Att. 52. Ex quibus prospicio nobis in hac calamitate tabescendum esse. Opiniones. 2. uo. ph. 26.. Etenim uidemus cæteras opiniones fictas atque uanas diuturnitate extabuisse: id est, quasi tabo concidisse.

Tacere. Tacemus consilia, reticemus dolores, obticemus, quorũ nos pudet, inquit millies Do. modo etiam silentium infert. Pl. 243.. Animum aduerte, ac tace Gripe. modo securũ facit. Ter. 80.. Tace, egomet conueniam ipsum. modò de consuetudine usurpatur. Terent. 40. Tace obsecro. Non enim prorsus uetat loqui, sed quod dixerat, reprehendit. ut uulgò, non dir per tua se.

Tangere. Cum proprie corporis tactus sit, transfertur tamẽ ad incorporea, ut in exemplis. Viam uilla. 3. uo. or. 111. Suspicari tamen debuit, cum etiamsi Romam eo die reuerti uellet, ad uillam suam, quæ uiam tangeret, diuersurum: id est, quæ propter uiam erat. Rhenum. Cæ. 48. Hæc ciuitas longe plurimũ totius Galliæ æquitatu ualet, magnasq; habet copias peditũ, Rhenumq; (ut supra demonstrauimus) tangit: id est, iuxta Rhenum condita est. Prouinciam. 1. uo. or. 81.. Verres simulac tetigit prouinciam, statim Meßanam literas dedit. Att. 85.. Itaq; ego quo die tetigi prouinciam: id est, in primam prouinciam ueni, attigi prouinciam. Dolore aliq. tangi. 1. uo. or. 125.. Tangebatur tamen animi dolore necessario: id est, dolore afficiebatur. Itẽ in or. lib. 196.. Hic me dolor tangit, hæc me cura solicitat. Ab inuito. 2. uo. or. 79.. Idcirco, inquit, agros nominare nõ poßum, quia tangam nullũ ab inuito: id est, omnes moleste ferunt, nemo uult à me nominari. Minis aliq. in or. lib. 132.. Sentin' senem tactũ triginta minis? Itẽ Pl. 98. Argento aliq. Pl. 182.. Si minime aliũ potero, tuũ tangã patrẽ. Acu aliq. Pl. 246.. Tetigisti acu. prouerbialis est sententia in eos, qui stilo ad uiuũ peruenũt, &c. Calicẽ. Pl. 155. Tetigit calicẽ. uulgò, ha toccato il boccale. Te. 34. Quid illud gnato? quo pacto Rhodiũ tetigerim in cõuiuio: id est, tractarim. Aliq. At. 33.. Quæ mihi proponuntur, modice me tangunt: id est, mouent. De cœlo aliq. de re rust. 4. Si de cœlo nulla tacta siet. Leuiter aliquid. 1. uolum. orat. 32. Tametsi neq; omnia dicam, & leuiter unumquodq; tangam.

Tardare, est remorari, ab instituto suo aliquem impedire. Administrationem. Cæ. 145. Sed magnitudo operum, altitudo muri, atq; turrium, multitudo tormentorum omnem admi

administrationem tardabat. Aliq. in orat. lib. 186.. Nam eius æqualem M. Glabrionem bene institutum aui Scæuolæ diligentia, socors ipsius natura, negligensq; tardauerat. Studia alic. aliq. in orat. lib. 197. In quo uereor ne, si id quod uis effecero, eumq; oratorẽ, quẽ quæris expressero, tardem studia multorũ.

Tegere. Nota est uerbi significantia. sed quia quæ tecta sunt, ut defensa habentur, ideo etiam pro defendere sæpius poni solet. Prudentiam. in or. lib. 169. Qui summam prudentiam simulatione stultitiæ texerit. Se re aliqua. Cæ. 203. Quod nisi loco rum notitia reliqui se texissent. Excusatione aliq. de offic. 104.. Non modo excusatione amicitiæ tegenda non est: id est, defendenda.

Temperare. Se temperant, qui intra modum se continent, & sibi moderantur. & aliq. & alicui, & ab aliquo, & cum aliquo temperamus. Remp. 1. uolum. philosoph. 148. Rem uero publicam nostri maiores certe melioribus temperauerunt & institutis, & legibus. Ciuitatem. 1. uolum. philosoph. 209. Vt de moribus, institutisq; maiorum & disciplina, ac temperatione ciuitatis loquamur. Victoriam. 3. uolum, oratio. 132. Iracundiam cohibere, uictoriam temperare. Corpora. 1. uo. philosoph. 162.. Ad maturitatem frugum, & ad temperationem corporum aptas. Aes. 1. uolum. orat. 223. Tu uidelicet solus uasis Corinthijs delectaris? tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta solertißime perspicis? Modum. in orat. lib. 202.. Nam ut imago est animi uultus, sic indices oculi, quorum & hilaritatis, & uicißim tristitiæ modum, res ipsæ, de quibus agetur, temperabunt. Alicui in re aliqua. 1. uolum. or. 112. Si cuiquam deniq; ulla in re unquam temperauit, ut uos quoq; temperetis. Item. 107. 3. uol. or. 67.. Vt nostras inimicitias ipsi inter nos geramus, amicis nostrorum inimicorum temperemus. Se ab aliqua re. Cæ. 3. Neq; homines inimico animo data facultate per prouinciam itineris faciundi, temperaturos ab iniuria, & maleficio existimabat. Aliq. cum aliq. in or. lib. 205.. At uero hic noster, quem principem ponimus, grauis, acer, ardens, si ad unum est natus, aut in solo se exercuit, aut huic generi studet uni, nec suam copiam cum illis duobus generibus temperauit, maxime est contemnendus: id est, communicauit.

Tendere, proprie est laxitatem distendere, & sine rugis facere. Sed ad aues, seu feras captandas accõmodatur, quia retia scilicet tenduntur, & laquei: trãsfertur tamen ad quædã etiam alia, & aliquid, & alicui tendimus. Manus. Cæs. 89. Hedui manus tendere, & deditionẽ significare: id est, tollebant. Cor. Pl. 124. Cor tenditur, inde ferit iterum: id est, distenditur. Insidias. Sal. 41.. Deinde, ubi res postulabat, insidias tendit. Laqueos. Sall. 133.. Quos uero tetenderit cõiurationis laqueos. Plagas. de off. 65.. Sunt´ne igitur insidiæ tendere plagas, etiam si excitaturus non sis, nec agitaturus? Fallaciam in aliq. Ter. 62.. Intendenda in senem est fallacia.

Tenere. Neq; hoc uerbũ in latino sermone parum loci obtinet, tot enim significationibus se cõmunicat, ut uix comprehendi possit, proprie tamen est eius, quod tenemus, compotes esse, siue sit possidere, siue habitare, siue intelligere, siue cætera. quæ in exemplis cognosci poterunt. Aliquid. de off. 73. Quod autem affirmatiue, quasi deo teste promiseris, id tenendum est, præstandum. Aliquid aliquem. in or. lib. 175.. Præclare inquit Brutus teneo, quid istam turbam uoluminum effecerit: id est, intelligo. Anchoras. Cæs. 197. Sed loca sunt egregia omni illa regione ad tenendas anchoras: id est, retinendas. Antiquitatem. in or. lib. 86.. Tenenda est præterea omnis antiquitas: id est, scire debemus. Arma. in orat. lib. 87.. Quid autem tam necessariũ, quàm tenere semper arma, quibus uel tectus ipse esse possis, uel prouocare improbos, uel te &c. Aures. 2. uol. or. 182. Tenet enim aures uestras mediocris orator: id est, delectat. Autoritatem. de off. 84.. Tenebat non modo autoritatem,

sed etiam imperium in suos: id est, habebat. Animis aliquid. 3. uol. or. 58. Sed uos Iud. animis ac memoria tenetote. 70.. Itaq; omnia illa, quæ & sæpe audistis, & tenetis animis, etiam si non audiatis, permitto: id est, recordamini. Benefacere. Pl. 107. Nullus frugi esse potest homo, nisi qui bene, & male facere tenet, improbus cum improbis sit &c. id est, scit. Campum. Att. 56.. Milo inde campum tenebat: id est, occupauerat. Cautam. 1. uolum. orat. 297.. Et hoc loco Scæuolam dixisti causam apud centumuiros non tenuisse: id est, obtinuisse. Consilium alienum. Pl. 149. Iube eam cito domum transire, atque hoc ei præmonstra, & præcipue ut teneat consilia nostra: id est, memi nerit. Consuetudinem. 1. uol. phil. 71. Si deniq; consuetudi nem uerborum teneret: id est, sciret. Constantiam. de off. 24.. Is constantiam teneat: id est, seruet. Concionem, & fo rum. 3. uol. 30.. Armati homines forum, & conciones tenebant: id est, in foro, & concionibus dominabantur. Cupiditates. 1. uol. or. 148.. Nisi facile cupiditates nostras teneremus: id est, cõtineremus, cohiberemus. Cursum. Cæs. 49. Cognoscit LX. naues, quæ in Medis factæ erãt, tempestate reiectas, tenere cur sum non potuisse. 3. uol. orat. 216. Quem enim cursum industria mea tenere potuisset sine forensibus causis? sine legibus? sine iu dicijs? quæ esse non possunt ciuili pace sublata. 1. uol. phil. 216. Reliquæ disputationis cursum teneamus: id est, pergere nauiga re, agere, disputare. Cum aliquo. uide iuxta cum aliquo. Decorum. de off. 26. Status, incessus, sessio, accubatio, uultus, oculi, manuum motus teneant illud decorũ: id est, seruent. Decus. de off. 28.. Modus autem est optimus decus ipsum tenere: id est, seruare. Delectum. 1. uol. phil. 55. Itaq; harum rerum hic tenetur à sapiente delectus: id est, habetur. Dignitatem suam. in fam. 54. Ego enim ipse tenerem opes, & dignitatẽ meã: id est, non amisissem. Disciplinam aliq. in or. 189. Prætered perfectus in literis, iurisq; ciuilis iam à patre Aculeone traditam tenuit

tenuit disciplinam: id est, retinuit. Dolorem. Att. 199. O homi nem cauendũ, quanquàm mihi quidem, sed tenendus dolor est: id est, non dolori obsequendum est. Dolum. 2. uol. phil. 75. Quem dolum idem Aquilius tum teneri putat, cum aliud sit si mulatum, aliud actum: id est, haberi, iudicari. Famam suã. in fam. 54. Fortuna, quod honesto otio tenueris & statum, & fa mam dignitatis tuæ: id est, conseruaueris. Cæs. 176. Pompeius au tem ut famam, & opinionem hominum teneret, sic pro castris exercitũ cõstituebat. Fidem. 3. uol. or. 245. Nõ tenuit omnino colloquiũ illud fidem: id est, non præstitit, non seruatũ est, quod in eo colloquio promissum fuerat. Forum aliq. in orat. 174.. Hic optimis illis temporibus, est patronus habitus, coq; forum te nente plura fieri iudicia cœperũt: id est, in causis dicẽdis primas obtinente. Gratiam alic. Att. 316.. Quod Cæsaris, quod Pom peij gratiam tenemus: id est, habemus. Gubernaculum. 2. uol. ph. 109. Cũ gubernacula reip. tenebamus: id est, regebamus. Imperium. de off. 84. uide autoritatẽ. Imperium in suos. de off. 84. uide autoritatẽ. Institutum. 1. uo. or. 210. Tenuit hoc institutũ in thuribulis omnibus quæcunq; in Sicilia fuerunt: id est, idem fecit. 1. uol. ph. 210. Sed defendat quidem quod quisq; sentit: sunt enim iudicia libera, nos institutum tenebimus: id est, pergemus ut instituimus, agere. Ius suũ. in or. li. 104. uide liber tatem. Ius ciuile. in or. lib. 101. Non ne uidetis, usq; eò, ita tenere ius ciuile, uti cum ab hoc discesseris, nemo de ijs, qui peritissimi sunt, anteponatur: id est, callere, intelligere. Ius. Pl. 1.. Quippe illi iniqui ius ignorant, neq; tenent: id est, quid sit ius, ignorant: id est, honestum. Iuxta aliq. cum aliq. Pl. 42. Dixi tibi mater, iuxta rem mecũ tenes super Euclionis filiã. In promissis aliq. 3. uol. or. 10.. Plures etiã in spe, & promissis tenebat: id est, ut spe rarent, efficiebat. In ditione aliq. 1. uo. or. 96. Istum in sua po testate, ac ditione tenuit. In corde aliq. Plaut. 206. Iam tenes præcepta in corde? Co. pulchre: id est, recordaris? In promissis.

uide in spe. Lachrymas. 1. uol. orat. 271. Paulo ante Iud. lachrymas in morte miſera, atq; indigniſſima Nauarchorum non tenebamus. Att. 36. Sall. 59.. Id eſt, flere cogebamur. Legem. 3. uol. or. 196. In quo te lex tenet, ſi hoc non eſt? id eſt, cui legi obtemperas? Libertatem impunitam. in or. lib. 104. Tamen ſuum ius, atq; omniũ rerum impunitam libertatẽ tenere debeat. Locum oratorum. in ora. 186. Ita tanquam Curio copia nonnulla uerborũ, nullo alio bono tenuit oratorum locum: id eſt, numeratus eſt inter oratores. Locum apud aliq. in fa. 33.. Et noſſe locum, quem apud te is teneret: id eſt, quanti à te fieret. Manum alic. Pl. 55.. Manum inquam cedo, tuam actutum. Aeg. tene. i. cape. Manibus aliq. 3. uo. or. 18.. Quæ cũ res manibus teneretur: id eſt, minime dubia. Item in or. lib. 190.. Manifeſto. 1. uol. or. 181. Et manifeſto tenetur. Ita. 145. Manifeſtis in rebus hominem iam teneri uidebitis. 128.. Si manifeſto in maleficio teneretur. Manifeſtum. Pl. 274. Manifeſtam mendacij mala te teneo. Matrimonium alicuius. 3. uolum. ora. 44. Non denique modo te Q. Metelli matrimonium tenuiſſe ſciebas? id eſt, Metello nuptam fuiſſe? Memoriam alicuius aliq. 2. uol. or. 198. Vt aliquando uos, patres q; conſcriptos, Italiamq; uniuerſam memoria mei, miſericordia, deſideriumq; teneret: id eſt, ut noſtri recordaretur, miſereret, nos deſideraret. Item in fam. 79.. in or. lib. 195. Ita Memoriam uiuam alicuius. in orat. lib. 109.. Vt cum etiam nunc uiuam illorum memoriam teneremus, hunc immortalem redderẽ, ſi poſſem: id eſt, eos retinerem in hominũ memoria. Memoria aliq. in or. lib. 143.. Tenemus enim memoria Q. Catulum uirum omni laude præſtantem, cum ſibi non &c. de off. 79.. Item. 3. uol. or. 58. Modum. de offic. 21.. Diligenter ei tenendum eſſe modum eius fruendæ: id eſt, ſeruãdum. Morem. 2. uol. or. 149. O morem præclarum diſciplinamq;, quam à maioribus accepimus, ſi quidẽ teneremus: id eſt, ſeruaremus. Occaſionem. 3. uol. orat. 160.

Hanc

Hanc igitur occaſionem oblatam tenete per deos immortales. P. C. id eſt, capite. ut manum. Omnia. in fa. 53.. Sed, mihi crede, etiam is, qui omnia tenet. Ordinem. 3. uol. or. 201. Sed qui ordo in ſententijs rogandis ſeruari ſolet, eundem tenebo in uiris fortibus honorandis. Pl. 4.. Quiſque ut ſteterat, iacet, obtinetq; ordinem: id eſt, nemo loco ceſſit. Opinionem. Cæ. 176. Pompeius autem ut famam, & opinionem hominum teneret. paſſiue: id eſt, quæ de ſe habebãt homines. Partes. Att. 40. Sine te autem non eſſe nobis illas partes tenendas: id eſt, adeundas. Primas. in or. lib. 196. Et facile primas tenebat adoleſcẽs. Secundas. in or. lib. 210. Nam quis unquã dubitauit, quin in rep. noſtra primas eloquentia tenuerit ſemper urbanis, pacatisq; rebus, ſecundas, iuris ſcientia? ita tertias. Principatum. 1. uol. ph. 152. Alijs pars quædã cerebri uiſa eſt animi principatũ tenere. Att. 276. id eſt, obtinere. Portum. in fam. 15.. Sed ut in nauigando tempeſtati obſequi artis, etiam ſi portum tenere non queas: id eſt, capere. Populum aliqua re. de off. 24.. Si igitur non poterit, ſiue cauſas defenſitare, ſiue populum concionibus tenere, ſiue bella gerere. Prouinciam. in fa. 7. Qui Ciliciam, Cyprumq; teneas: id eſt, qui duabus illis prouincijs præſis. 3. uol. or. 201. Rationem. Pl. 146. Tantum eſſe oportet, recte rationem tenes. uulgò, tu fai bene il conto. Rationem dicendi. in or. li. 189. Splendidam quandam, minimeq; uetera-toriam rationem dicendi tenet: ita bene uiuendi. 103. Rem. in familiar. 2.. Teneri enim res aliter non poteſt: id eſt, obtineri. Remp. in fa. 12. Ego ſi ab improbis, & perditis ciuibus remp. teneri uiderem: id eſt, occupatam eſſe. 54. Quod non multo ſecus fieret, ſi is remp. teneret, quem ſecuti ſumus. in orat. lib. 88. Riſum. in or. libr. 192.. Equidem in quibuſdam riſum uix tenebam. 130.. Hoc mirabilius, quod uos inter uos riſum tenere poſſitis. 2. uo. ph. 15.. Vt lachrymas. Senſus alicuius. 3. uo. or. 7.. Quibus reconditos eius ſenſus tenere poſſemus: id eſt, intel

ligere. Se. 2. uol. orat. 148. Tamen tenuit se, neq; attulit in iudicium quicquam ad lædendum, nisi uoluntatem. Se castris. Cæs. 17.. Vbi cum castris sese tenere Cæsar intellexit: id est, non exire è castris. Ita Se oppido. Att. 150.. Pompeius se oppido tenet, nos ad portas castra habemus. Sententias. Plaut. 116.. Vt lepide omnes res tenet, sententiasq; amantium. ut sensus supra. 1. uol. philos. 56.. Hanc ego cum teneam sententiam: id est, cum hæc mea sit sententia. Somnum. in orat. lib. 190.. Somnũ isto loco uix tenebamus: ut risum, lachrymas. Statum. in fam. 78. Tamen illa quæ requiris suum statum tenent: id est, in suo statu sunt. Summam imperij. Cæs. 25.. Qui summam imperij tenebat: ut omnia, ut imperium. Tacitum. in or. 148.. Vt illud etiam si est uerissimum, tacitum tamen tanquam mysterium tenent: id est, occultant. Venas ætatis. in or. lib. 104. Teneat oportet uenas cuiusq; generis, ætatis, ordinis. ut sensus, sententias. ita uias omnes. Vim deorum apud aliq. 2. uolu. orat. 203.. Qui apud me deorum immortalium uim, & numen tenetis: id est, habetis, obtinetis. Vrbem. Att. 127.. Quod feci non uitandi oneris causa, sed quod uidebatur teneri urbem sine exercitu non posse: id est, defendi. Quædam separatim adscripsi, quæ nos tenent, quæ nos cõtrà non tenemus. Aquam intercutem aliq. Pl. 141.. Num eum uetemus, aut aqua intercutis tenet? id est, laborat aqua intercute. Desiderium alic. in fam. 124. Me mirum desideriũ tenet urbis. Difficultatem aliq.. 1. uol. or. 202. Num tanta difficultas eum rei numariæ tenuerit? tanta egestas? tanta uis oppresserit? Expectationem aliq. in or. lib. 115. Tum Catulus, quo ista maiora, ac mirabiliora fecisti, eo me maior expectatio tenet: id est, magis auide expecto. Insaniam aliq. Pl. 52.. Sed hoc primum expurgare tibi uolo, me insaniam, neque tenere, neque mi esse ullum morbum, nisi quod seruio. Legem. 3. uol. or. 196. In quo te lex tenet, si hoc non est? Odium aliq. rerum. Att. 6.. Summum meorum studium

dium tenet, sicut odium iam cæterarum rerum. 1. uol. orat. 80.. Homines scito esse quosdam quos tantum odium uestri teneat, ut hoc palam iam dicĕtent. Pestem. Pl. 8. Pestis te tenet: ut insania. Spem. Sallust. 89. Cæterum additis nouis ciuibus magna me spes tenet fore, ut &c. Satietatem aliq. Ter. 114.. Satias iam tenet studiorum istorum. Studiorum aliq. uide odium. In quibus omnibus nequaquã ego contrà auderem dicere: id est, ego teneo desiderium, pro ego desidero: ita spem, pro ego spero: & ita in reliquis. Hæc uero etiam separatim ponere placuit, quæ cum passiuo coniuncta sunt. Beneficijs aliq. de officijs. 38. Veruntamen quandiu imperium Pop. Rom. beneficijs tenebatur, non iniurijs &c. Culpa. 3. uolum. orationum 133. Et si aliqua culpa tenemur erroris humani, at scelere certe liberati sumus. Iureiurando aliqu. de officijs. 72. Quandiu iureiurando hostium teneretur, non esse senatorem. Lege. 3. uolumine orationum. 124. At iste ordo lege non tenetur. Pœna. Attico. 309. Ea pœna, quæ est de ui, tenerĕtur. Spe. in familiarib. 70. Spe ulla teneri. Vadimonio. Cæsar. 210. Quin aut uadimonio teneretur, aut in reos referretur. Rei alicuius. 2. uolum. philosop. 190.. Quis enim ferret istos? cum uideret eorum uillas signis & tabulis refertas, partim publicis, partim etiam sacris & religiosis? quis non frangeret eorum libidines? nisi illi ipsi, qui eas frangere deberent, cupiditatis eiusdem tenerentur: id est, nisi & ipsi earum rerum delectatione caperentur.

Tentare, est experiri, periculum facere, aliquando solicitare. & aliquid aliqua re tentamus. Fortunam. Sallustius. 28. Statuit eum obiectare periculis, & eo modo fortunam tentare. Sententiam ali. Terent. 136. Visum est mihi, ut eius tentarem sententiam. Vadum. Cæs. 199. Sed ubi locis primum cognitis, undisq; pertentatis, pauci nostri in littore constiterunt. Aliq. Terent. 14. Sed ea gratia simulaui, uos ut pertentarem.

Omnia. Att.190.. *Habeo enim nihil tentatis rebus omnibus, in quo acquiescam.* Rationem. 1.uol.orat.114. *Neque nunc tam mihi isti Verrem defendere uidentur, quàm in Verre defensionis tentare rationem: id est, quærere.* Animos *ali.Sallust.* 46.. *Vrbs maxima alienata, ager hostibus cognitus, animi popularium tentati.* Aliqua re *aliqu.ut Sall.*46. *Et insidijs locum tentare: id est, experiri utrum insidiæ succedere possent.* Arte *aliq.Sall.*46. *Ac suis se artibus tentari animaduertit: id est, uti ipse alios tentare solebat.* Bello *aliq.Sall.*3. *Igitur Reges, populiq; finitimum bello tentare.* Valetudine *aliq.Cæ.*160. *Et grauis autumnus in Appulia, circumq; Brundusium ex saluberrimis Galliæ, & Hispaniæ regionibus omnem exercitum ualetudine tentauerat.* Scelere *aliq.*3.*uolu.*49. *Domus autem illa, quæ tentata scelere isto nefario dicitur, plena integritatis, officij, religionis: id est, quæ accusata est tanto scelere.* Pecunia *aliq.*1.*uol.or.*120. *Iccirco suum decretũ pecunia esse tentatum.*

Terere, *est tundere, fricare: sed perapte trãsfertur.* Lapidem *lapidem.Plaut.*19.. *Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit?* Oculos. *Ter.*26.. *Hæc uerba una mehercle falsa lachrymula, quàm oculos terẽdo misere uix ui expresserit, restinguet: id est, fricando.* Diem. *Att.*134.. *Etiam M. Lepidus quo cum diem conterere solebã, cras cogitabat: id est, consumere.* Tempus. *Sall. Triẽnio ibi frustra trito.* Aetatẽ. *Pl.*108.. *Ferratusq; in pistrino ætatem conteras.* Opes. *Sall.*27. *Bello punico secũdo, quo dux Hannibal post magnitudiuẽ nominis Rom. Italiæ opes maxime attriuerat: id est, extenuarat.* Verbum. 1.*uol.phil.*6. *Iam enim hoc pro φαρτακία uerbum satis hesterno sermone triuimus: id est, nostrũ usu fecimus.* Ita Nomen. 1.*uol.ph.*93. *Nã cũ in græco sermone hæc ipsa quondã rerũ nomina nouarũ nõ uidebãtur, quæ nunc cõsuetudo diuturna triuit, quid censes in latino fore?* Viam. *in or.lib.*191. *Vt eam laudis uiam rectissimã esse diceret, quam maiores eius tritam reliquissent: id est, facilem.*

Terrere

Terrere, *est metu concutere. Verum duo uerba sunt terrere, & exanimare, quæ cum in se suapte natura metum habeãt, tamen ad propriam significationem addi etiam permittunt uocem metum. ut & terreri, & exanimari aliquem metu dicatur.* Metum *aliquem.ut.*2.*uol.orat.*242. *Ita istius uecordissimi mentem cura, metusq; terrebant.* Metu *aliq.*1.*uol.or.*389.. *Cum essent metu omnes perterriti.* Ita Timore *aliq.* 2. *uol. phil.* 92. *Nec contremuisse timore perterritum.* Oculos. 3. *uol. orat.*191. *Tamen hæc noui iudicij forma terret oculos.*

Tergiuersari. *No. Marcellus in huius uerbi expositione, inquit, tergiuersari, est fallere, & dicta mutare, & est quasi tergũ uertere. ut Pl. in Amph. Versipellem se facit &c. ego arbitror No. adduxisse illud Plauti uersipellem, quia à uertendo: uerum ad id, quod proposuerat, non satis quadrare uidetur. Nam de uerbo tergiuersari, non autem pelliuersari, quod nusquam est, agitur. Nam, ut fatear, pellem, & tergus idem esse, nũquam idẽ faciam in pelle, & tergo. nam à tergo, non autem à tergore cõpositum est uerbum. Verum fac etiam aliquo modo idẽ ut sint, nemo tamen unquam uertere pellem, & uertere terga idẽ esse proferre audebit. nam illud est pellem mutare, hoc uero fugere, quod alio etiam modo dicũt dare terga: ergo tergiuersari proprie eorum est, qui in conflictu terga uertunt, & quærũt uertendo salutem: sed transfertur ad reliquas etiam contentiones. ut.*1.*uolum. philosop.*244. *Itaq; eam tergiuersari non sinent. Item.*1.*uolum. oration.*51. *Attende quæso Piso Fannium inuitum, & huc atque illuc tergiuersantem testimonium contra se dicere.* Aliq. *de offic.*76. *Atque in his tribus generibus quoquomodo possunt non incallide tergiuersantur: id est, uel uertendo callide contendunt, nec tota terga uertunt.* 1.*uol.phil. Quid tergiuersamur Epicure? nec fatemur eam nos: id est, quid fugiendo contendimus? cur nõ dedimus potius nos, ut hostes recte uicti solent?* Aliquem. 2.*uol.orat.*156. *Hunc æstuan-*

tem, & tergiuersantem iudicio ille persequitur: id est, inepte uitantem, fugientem iudicium. Vt in uerbo interdum inesse uideatur quid inanis defensionis.

Terminare, est finire, modum rei imponere. Fines. de off. 7.. Itaq; illorum fines, sicut ipse dixerat, terminauit. Orationem. 3. uol. orat. 136. Sed ut unde est orsa, in eodē terminetur oratio mea: id est, finiat. Orationem aliq. in orat. lib. 198.. Quod ipsum alij aspera, tristi, horrida oratione, neq; perfecta, neq; cōclusa, alij leui, & instructa, & terminata: id est, quæ non extra terminū uagetur. Comprehensionem uerborum. in orat. lib. 167.. Et spiritu quasi necessitate aliqua uerborū cōprehensio terminatur. Gloriam. de off. 94. Vide uitā. Sententiam. Att. 154. Sed stomachari desinamus, & aliquando sententiā terminemus. Imperium. in fa. 44. Decedenti mihi, & iam imperio annuo terminato ante No. &c. Vitam. de offic. 94. Si ijs finibus gloriam meam, quibus uitam essem terminaturus. Modum. 1. uol. phil. 149. At nos metiendi ratiocinandiq; utilitate huius artis terminamus modum.

Testari, est in testimonium adducere. & aliquid testamur, & testari etiā aliquid passiue dicitur. Deos de suo scelere. 2. uol. orat. 58.. Quibus illa etiā deos immortales de suo scelere testatur. Item. 3. uol. orat. 63. Testantur & mortuos nostros imperatores, quorum uiuit immortalis gloria. Pecuniam re aliqua. in fam. 75.. Nisi ista pecunia grauissimis esset, certissimisq; monimentis testata, cui data, quo S.C. quibus tuis, quibus meis literis P. Sextio tradita esset. Itē. 1. uol. orat. 74. Postremo ego causam sic agam Iud. eiusmodi res ita notas, ita testatas, ita magnas, ita manifestas proferam &c.

Testificari, si non idem est quod testari, hoc inter se possunt differre, ut testari sit alium adducere in testimonium, testificari dicere ipsum, qui agit, testimonium, & hoc uerbo fidem suis uerbis facere. Aliquid. in orat. lib. 160.. Quod eo sæpius testificor

testificor, ut autoribus laudandis ineptiarū crimen effugiā. Item 200. Sed testificor me à te rogatum, & recusantē hæc scribere ausum esse. Voluntatem. Att. 15. Quod & mihi, & cæteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando testificata tua uoluntas omittendæ prouinciæ.

Texere. Ordiri, & texere à tela sumpta sunt uerba, quorū alterum ad rei initium, alterum ad opus transferimus. Telam. in orat. lib. 164. Quāquàm ea tela texitur. Asc. 61.. Cilicia texta de pilis in castrorum usum atq; nautarum. Opus luculenter. Att. 325. Sane texebatur opus luculenter. Epistolas. in fa. 139. Epistolas uero quotidianis uerbis texere solemus. Basilicā. Att. 66.. Paulus in medio fōro Basilicam iam penè texuit ijsdem antiquis columnis.

Timere. Notum est quid sit: hoc autem modo in construendo uariatur, ut cum alterius damnum timemus, is in datiuo ponatur, aut in ablatiuo cum de: cum ne nos is offendat, tum in accusatiuo, necnō etiā in ablatiuo cum de. Ab aliquo uero timere, est cuius causa possum aliquid pati, etiā si ipse nihil in me mali consulat, Do. ait. Vitæ alicuius. Ter. 5. Sin illū relinquo, eius uitæ timeo. Parti suæ. Ter. 10.. Nunc nostræ parti timeo quid hic respondeat. Receptui. Cæs. 173. Cæsar receptui suorum timens: id est, si se receperint. De aliquo. in fa. 100. Quo qui dem nūtio ualde mehercule de te timueram, sed tu in re militari multo es cautior quàm in aduocationibus: id est, tibi. Iouem. de offic. 72.. Cum iratum timerem Iouem. Vicem alterius. in fa. 176.. Valde & meā, & uestram uicem timeā necesse est: id est, & mihi, & uobis. De bello. Cæs. 29.. Quod dilatione facta obsidibusq; acceptis nihil de bello timendum existimarat: id est, bellum. Ab aliquo. 3. uol. orat. 260. Hæc à quibus timebantur, eos hostes appellare dubitamus?

Tingere, proprie est inficere, sed trāsfertur. Literis aliq. in orat. lib. 116.. Sit enim mihi tinctus literis, audierit aliq. legerit,

ista

ista præcepta acceperit, tentabo quid deceat: id est, leuiter literis imbutus sit.

Titubare, *proprie est pedibus non ualentis insistere, quales sunt ebrij, sed & ad animũ transfertur. Ter. 58.. Verũ illa ne-quid titubet.* **Linguam** *alicuius. 2. uol. orat. 241.. Nedũ ualeat eò usq; , sine autore, sine scriptore, furtim, mente, ac lingua titubante fecisse dicatur.* **Mente.** *2. uol. or. 241.. Vide linguã.*

Titillare, *est dulciter cõmouere, excitare.* **Sensus** *uoluptatẽ. 1. uol. philosop. 57. Si ea sola uoluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, ut ita dicam. Itẽ. 200.. Nisi sensus quasi titillarẽtur uoluptate.* **Aliquid.** *de offic. 46. Hæc est grauium hominum, atque magnorum, illa quasi assentatorum, populi, multitudinis læuitatem uoluptate quasi titillantium.* **Voluptates.** *de offic. 86.. At non est uoluptatum tanta quasi titillatio, in senibus credo, sed nec desideratio quidem: uides ubiq; Ci. uoluptati titillationem attribuere, neq; unquam eam libere titillationem tamen appellare audere, quin addat semper quasi, ut fortasse etiam non satis proprie dicat id, quod sentit.*

Tolerare, *est difficulter pati, ac ferendo uincere quod tolera-mus, uel mala patientis. ut Do. ait.* **Violentiam.** *Sallust. 22. Ad hoc sæpe fortunæ uiolentiam tolerauisse: id est, ferendo su-perasse.* **Seruitutem.** *Sall. 39. Vos Quirites in imperio nati æquo animo seruitutem tolerabitis? id est, ferre poteritis.* **Sump-tus.** *Sallust. 9. Mulieres aliquot etiam, quæ primo ingentes sumptus stupro corporis tolerauerant. Terent. 62. At nunc quid expectas Syre, an dum hinc denuo abeat, cũ tolerare huius sumptus nequeat: id est, ferre.* **Hyemem.** *Cæs. 60.. Quod ibi impedimenta exercitus, obsides ciuitatum, literas publicas, frumentumq; omne, quod eò tolerandæ hyemis causa deuexe-rat, relinquebat.* **Parcendo.** *Cæs. 98. Ratione inita fru-mentum se exigue, dierum triginta habere, sed paulo etiam lon-gius tolerare posse parcendo: id est, si paulo etiam partius eo*

utantur

utantur, posse plures etiam dies illud frumentum sibi uictum præstare. **Famem.** *Cæs. 9.. Et quod omnibus frugibus amis-sis domi nihil erat, quo famem toleraret: id est, sustentaret.* **Equos.** *Cæs. 174.. Libenter etiam ex perfugis cognosce-bant, equos eorum tolerare posse, reliqua uero iumenta inte-risse: id est, adhuc durare, superesse.* **Equitatum.** *Cæs. 176.. Quoq; erat eius rei minor copia, hordeo adaugere, atq; his ra-tionibus equitatũ, tolerare: id est, his rationibus alere equitatum, sustẽtare.* **Aliquid** *uiolẽter. Ter. 138. Ita patrẽ adolescentis facta hæc tolerare audio uiolenter: id est, ferre impatienter.*

Tollere. *Et hoc uerbum in quasdam certas significationes di-stribuimus, ut statim uidebis.*

CVM REI ABLATIONEM CONTINET.

Amicitiam. *de offic. 105.. Non tantum ualet, ut tollat è uita amicitiam.* **Anchoras.** *Cæs. 43. Et sublatis anchoris &c.* **Auiditatem** *rei. de offic. 86.. Quæ mihi sermonis auidita-tem auxit, potionis & cibi sustulit.* **Aditum** *rei. 2. uol. orat. 211. Aditus templorum erant non solum præsidijs & manu, uerum etiam demolitione sublati.* **Concordiam.** *de offic. 49.. Labefactant fundamenta Reip. concordiam primũ tollũt.* **Aliquid** *funditus. 3. uol. orat. 12. Vt per ipsos publicum con-silium funditus tolleretur.* **Controuersiam.** *2. uolum. orat. 156. Quẽ si patiũtur eundem esse philosophũ, sublata cõtrouer-sia est.* **Conuictum** *humanum. de offic. 56. Nam princi-pio tollit conuictum humanum, & societatem.* **Societatem.** *uide conuictum.* **Crimen.** *1. uolum. oration. 49. Tametsi iam hoc tuo testimonio crimen sublatum est.* **De tabula.** *3. uol. oration. 19. Nomen suum de tabula sustulit: id est, exemit.* **De sua** *oratione. Att. 39. Primum Cœpionẽ de sua oratione sustulit: id est, exemit. Nam eũ antea nominarat.* **Discrimen.** *1. uol. orat. 133.. Iste, qui omnia iura precio exæquasset, omniũq; rerum delectum, atque discrimen pecunia sustulisset, se ipsum*

declarauit

declarauit, dicēs pretio omnia iura exæquasset. **Dubitationem.** 2.uo.phil.182. Hanc [illegible] dubitationem quāquàm nulla erat, tamē nequa posset esse, senatus hodierno die sustulit. **De medio** aliq.1.uol.orat.2. Perfacile hunc hominē incautum, & rusticū, & Romæ ignarū de medio tolli posse: id est, interfici. **E' medio.** 2.uol.or.131.. Tollitur è medio nō sola ista uestra uerbosa simulatio prudentiæ, sed etiā ipsa illa domina rerū sapientia. **E' numero.** 2.uol.orat.148. Sublatus erat è numero recuperatorum: id est, exemptus. **Errorem.** 1.uol.phil.56.. Vt tollatur omnis error imperitorum: id est, eruatur. **Exemplum.** in famil.13.. Exemplum præclarissimū in posterū uendicandæ seditionis de Rep. sustulerunt: id est, prorsus abstulerunt. **Ex aliquo** loco aliq.1.uol.orat.87. Quæ signa atque ornamenta ex urbe hostium & uirtute capta belli lege, atq; imperatorio iure sustulit: id est, abstulit. **Ex natura** aliq.1.uol. orat.30. Non ne uidentur hanc homines ex rerum natura sustuliſſe: id est, occidisse. **Gradus** dignitatis. 2.uol.orat.135.. Vt omnes & dignitatis, & gratiæ gradus tollerētur. **Hominem** ex homine. de off.57. Quid cum eo disseras, qui omnino hominem ex homine tollat: id est, qui humanitate hominem spoliet. **Hilaritatem.** in fa.95. Apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem. **Iudicia.** in orat. lib.193.. Sed tamen sublata iam esse in perpetuū ratio iudiciorum uidebatur. in famil. 137.. Sic ego sublatis iudicijs, amisso regno forensi. **Iter.** Att. 253.. Iter illud Brundusium, de quo dubitabam, sublatum uidetur. **Leges.** de offic. 49. Tanta sublatis legibus & iudicijs expilatio, direptioq; sociorum. **Lamentationem.** 2. uol. philosop.182. Tollit etiam lamentationem: id est, uetat lamentari. **Luctum.** in famil. 72.. Quæ maximos luctus uetustate tollit. **Malū.** de Rep. de offic.51. Vt hoc tantū malū de Rep. tolleretur. **Mendum.** in famil. 85. Nam cū mendū scripturæ litura tollatur: id est, corrigatur. Itē Att.212. **Memoriā** ali.

de offic.

Universidad de Deusto
Biblioteca